NOTIONES ARCHAEOLOGIAE CHRISTIANAE

DISCIPLINIS THEOLOGICIS COORDINATAE

AVCTORE P. SYXTO O. C. R.

VOL. II PARS PRIMA

EPIGRAPHIA

Alterum mille.



NOTIONES

Archaeologiae Christianae

P. SYXTVS O. C. R.

NOTIONES

Archaeologiae Christianae

DISCIPLINIS THEOLOGICIS

ET LITURGICIS COORDINATAE

VOL. II. PARS PRIMA

EPIGRAPHIA

Biblioteka Instytutu
Archeologii i Etnologii PAN
0034676

ROMAE

DESCLÉE ET SOC. EDITORES

—

MCMIX

Conceditur ut figurae libro propriae reproducantur, dummodo debito modo et auctoris et operis nomen referatur.

II 1401/II ca 1
R. 1960. W/o

IMPRIMATUR

† Fr. Augustinus Marre Ep. Const.,
Abbas Gen. O. C. R.



IMPRIMATUR

Fr. Albertus Lepidi O. P., S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Iosephus Ceppetelli Patriarcha Constantin., Vicesgerens.

Romae - Ex off. typogr. Forzani et Soc.

EXCELLENTISSIMO DOMINO

AVGVSTINO MARRE

EPISCOPO CONSTANTIENSI

ABBATI GENERALI O. C. R.

LIBER SACER

ESTO

AUCTOR LECTORI HUMANISSIMO

Cum *studiorum ratio ipsiusque huius operis finis esset, omnia quae auxilio possent theologiae studiosis venire argumenta e monumentis deducta, scientifica, uti dicunt, methodo exponere; visum est, postpositis quae ad coemeteriorum delubrorumque descriptionem pertinerent, statim volumen aggredi secundum, in quo de epigraphia, de symbolis figurisque tam depictis quam sculptis tractaretur.*

Praesens igitur liber rem epigraphicam attingit quae fons veluti ecclesiasticae traditionis extat luculentissimus; neque pauca praebet quae hucusque inaudita prorsus plerisque videbuntur. Non quidem quod materia nova sit, neque modus eam cum scriptis documentis conferendi inusitatus; sed conclusiones ex collatione illa, iuxta strictiorem artis criticae normam deductae, non parum arbitror utilitatis theologiae sunt allaturae studiosis. Eiusmodi enim totius Christiani orbis monumentorum selecta theologicis disciplinis coordinata, aetate quidem nostra, quod sciam, etsi res parva, nova tamen est res, eaque necessaria, si animadvertatur qualia quamque multa, in his quadringentis paginis, invicem collata et explanata monumenta proponantur quae solummodo in innumeris magnaeque molis voluminibus inveniri fas est. Labores autem mei eo minus imperfecte evasere, quod large consiliis usus sum Leonis de Kerval, clarissimi viri, cuius nomen huc referre operis decus est, cuique publice grati animi mei signa exhibere libet.

Quod quidem et aliis praestare intelligo egregiis viris, qui ad opus facilius exarandum, sive primas corrigendo impressiones, sive monumentorum figuras mihi suppeditando, non parum me adiu-

varunt, doctissimus praesertim P. Bonaventura Stürzer Ordinis CC. RR. Procurator Generalis, atque egregius iuvenis Henricus Iosi, antiquitatis Christianae haud pedaneus cultor.

Hunc librum, Deo adiuvante, alius proximo anno sequetur, symbola et picturas illustrans, minoris non certe momenti; tuque vero, lector ac studiose benigne, si quid, ex his laboribus meis, utilitatis perceperis, ora pro Syxto.

Romae, mense Mariano, anni MDCCCCIX.

DE CHRISTIANA EPIGRAPHIA

Ratio tractationis et materiae divisio.

Non immerito viri antiquitatum Christianarum periti queruntur hodie quod, aetate ante I. B. De Rossi elapsa, si Marini opera excipiantur, vix quidquam de Christianis epigraphis illustrandis fuerit cogitatum. Id profecto non mediocri Christianae historiae iacturae fuit, ne dicam ipsius quodammodo relligionis nostrae, quippe quae in hoc monumentorum genere novum ditissimumque traditionis fontem inveniat. Quantam enim priscae Christianae fidei historiae studentibus lucem contulissent epitaphia plurima hodie deperdita, vel etiam quae nobis adhuc extant in syllogis transcripta, in museis coacervata, si accurate saltem de loco ubi iacebant, vel ex quo evulsa sunt mentio facta fuisset! Quae quidem iactura eo reputabitur maior, quo maioris momenti evadunt relicta epitaphia, a I. B. De Rossi ceterisque epigraphistis nostris temporibus illustrata.

Quidquid hodie circa Christianae epigraphiae regulas evulgatur, totum prorsus ex ingentibus De Rossi atque Le Blant operibus excerptum debet intelligi; vix enim quidpiam scientia haec post I. B. De Rossi profecit. Quod quidem nihilominus de scriptis in publico propositis verum est dumtaxat; nam scimus illustrem Prf. Gatti, virum huius materiae peritissimum, plura in promptu habere volumina; necnon ex ipsius ore accepimus nihil ut haec publicentur deesse, nisi quaedam inter typographum et Italici regni summos magistratus de compositione et evulgatione pacta reformanda.

Interim ad Rossianum fontem saepe hauriendum est quod certe neminem pigebit, cum tanta sit huius viri immortalis auctoritas firmitasque doctrinae. Dixi saepe, non semper; nam multa sunt quae I. B. De Rossi ipse non cognovit, utpote post eius obitum inventa; item multa quae in ceteris Christiani orbis regionibus in lucem prodierunt, quibus tamen illustrandis minime clarissimus archaeologus animum adiecit.

Itaque locuturus de hoc eruditionis genere, ego minime aliquam aliam volui materiae divisionem excogitare quae ab illa differret quam in musei Lateranensis inscriptionibus ordinandis I. B. De Rossi adhibuit. Iuxta porro praefatum ordinem, inscriptiones omnes, cuiuscumque aetatis et loci, in duas classes divisae sunt, nempe: *Inscriptiones sacras* et *Epitaphia.*

Prior series inscriptiones complectitur quae templis, baptisteriis, altaribus, locis denique rebusque sacris apponebantur. Nobilissimae huius generis maximique momenti sunt inscriptiones Damasianae, carmina videlicet a magno illo pontifice concinnata atque martyrum plerumque sepulcris inscripta. De iis speciali modo nobis erit loquendum.

Posterior autem series, multo priore nobilior, omnes inscriptiones funerarias comprehendit, quarum proinde nonnullae apostolicum usque ad aevum pertingere possunt; omnes vero illae priscorum Christianorum et domesticos saepe et religiosos intimioresque affectus, necnon fidem revelant, licet nonnisi quasi alludendo et innuendo de praecipuis dogmatibus Christianis iudicia et testimonia perhibeant.

Hinc altera exurgit epitaphia distinguendi ratio, nempe secundum indolem cuiuslibet epitaphii propriam, in quo etiam I. B. De Rossi distinctionem, paucis mutatis, adoptandam putavi, quae est huiusmodi:

INSCRIPTIONES SACRAE:

I-II . . . . . *Monumenta publica cultus Christiani.*
III . . . . . *Elogia martyrum Damasiana.*

EPITAPHIA SELECTA :

IV–VII . . *Epitaphia certam temporis notam exhibentia.*
VIII–IX. . *Epitaphia dictionis singularis Christiana dogmata significantia.*
X. . . . . *Pontifices, presbyteri, diaconi, et ceteri Ecclesiae ministri.*
XI. . . . . *Virgines, viduae, fideles, peregrini, neophyti, catechumeni.*
XII . . . . . *Viri et feminae illustres, milites, officia varia, artifices.*
XIII. . . . . *Cognatio, familia, natio, patria.*
XIV–XV. *Imagines, symbola et notae Christiana dogmata significantia.*
XVI . . . . *Imagines et symbola artium aliaque id genus civilia et domestica.*
XVII. . . . *Epitaphia varia singularis dictionis.*

Verum cum inscriptiones dogmata significantes aut de symbolis dogmaticis deque personis sacris loquentes eo praestantiores habendae sint quo antiquiores extent, ideo inter praecipuas quaestiones veniet ordo chronologicus inscriptionum stabiliendus, sive ipsae certa temporis nota instructae sint, sive ea careant. Haec igitur quaestio statim postea quae ad elementa rudimentaque materiae praevia pertinent notiones, accurate per diversas partes in quas dividi potest argumentum, est tractanda.

PROLEGOMENA

Pleraeque Christianae inscriptiones tabulis saxeis incisae sunt, sicut ethnicae inscriptiones. Romae marmor potissimum adhibebatur imperii temporibus, sed non desunt inscriptiones in tabulis testeis, perraro quidem incisae, saepe vero rubro colore inductae. Hae ultimae inter antiquissimas habendae sunt, easque I. B. De Rossi quandam constituere familiam docuit, quam Pompeianam vocavit, quia in ruinis Pompeianae urbis plurimae huiuscemodi inscriptiones, scilicet in parietibus minio depictae, in lucem prodierunt.

Tab. I. Inscriptio in tegula minio exarata
(Ex *N. Bull. di arch. crist.* 1902, p. 14, Tab. 10).

Tardius vero Urbis et antiquiorum Romanorum provinciarum Christiani cippis aut veteribus tum marmoreis tum tiburtinis tabulis, iampridem inscriptiones exhibentibus, usi sunt; unde interdum in regionibus coemeterialibus saeculi quarti et quinti, *opistographae* cernuntur inscriptiones; nempe quae in utroque unius tabulae latere sunt incisae, ita ut hinc ethnica,

illinc Christiana, raro autem ex utraque parte Christiana, verba appareant, absconditis, rariusque abrasis prioribus. (1)

Quandoque etiam nonnullae inscriptiones in calce adhuc molli factae sunt, sepulcrorum commissuris inducta, rarissime vero in duro corio parietum: quae enim numerosae inscriptiones huiusmodi apud praecipua sanctuaria apparent, non quidem epitaphia, sed piae peregrinantium adclamationes sunt, quae hodie communi vocabulo *graffiti* vocantur. De iis suo loco loquendum.



Tab. 2. Marmor loculum claudens iam alibi adhibitum cum inscriptione in calce incisa.

In septentrionalibus imperii regionibus, plerumque petra arenaria titulis efficiendis adhibebatur, aut quaelibet petra calcaria.

(1) I. B. De Rossi arbitratus est plerasque ethnicas inscriptiones in catacumbis inventas e soli superficie per scalas vel luminaria in cryptas cecidisse, nisi opistographae sint. Verum tot ethnicae repertae sunt inscriptiones, istis temporibus, in locis quo ex alto dilabi nequiverunt, ut egregius Marucchi haec affirmare potuerit: « ... Il numero assai grande di iscrizioni pagane le quali si rinvengono continuamente negli scavi delle catacombe, non ci permette più di supporre che esse vi si rinvengano per caso fortuito, perchè precipitate dai lucernai o dalle scale, come sempre si è detto. Oggi dobbiamo ammettere che se ne fece veramente commercio dal quarto secolo in poi, e che servirono assai spesso come materiale di chiusura dei sepolcri cristiani » (*Nuovo Bull.* an. 1904, pp. 133–134). Quibus verbis adiungendum est ne superbis quidem imperatorum inscriptionibus Romanos illius temporis pepercisse.

In Africa vero septentrionali et in Hispania, non raro epitaphia opere elaborabantur musivo, sicuti opere musivo totum aliquando sepulcrum exornabatur.

Tab. 3. Sepulcrum musivo opere ornatum (Carthagine repertum).

In sarcophagis denique ubi tabella nulla fuerat parata, inscriptio in margine superiore capsae incidebatur, aut in margine inferiore operculi; nonnunquam sub anaglyptis prope basim, vel ubicumque in acroteriis.

Ut autem litterae incisae magis essent perspicuae, interdum minio linebantur, raro atramento, rarissime auro.

Romae et in septentrionalibus regionibus, primum in epitaphiis lingua Latina non minus quam Graeca adhibita est, item in Africa, et in Hispania; saeculo vero vertente secundo, inscriptiones Graecae numero decrescere inceperunt, ita ut saeculo ineunte tertio ipsae epitaphiorum tertiam constituant partem; deinde magis magisque factae sunt rarae usque ad saeculum quintum, quo Latina epitaphia Graeca prorsus submoverunt. Id sane pretiosum est indicium chronologicum, et ex eo repetenda eius est caussa, quod lingua Graeca, praeterquam large usurpata est Romae apud scriptores et bonarum artium cultores, proprius insuper et vere ecclesiasticus veluti sermo apud Christianos fuit, ne dicam hieraticus; nam hac lingua omnia Novi Testamenti scripta, si forte Matthaei Evangelium excipias, exarata sunt. (1)

(1) Quod autem de Christianis, multo magis de Iudaeis dici debet, quorum historiae praecipuus scriptor, Iosephus Flavius, Graece scribere ideo voluit, ut libentius a Romanis legeretur. Epitaphia vero eorum omnia, paucis exceptis, Graeca fuerunt lingua redacta, idque constanter ad saeculum usque quartum, uti Iudaica coemeteria Romae alibique reperta luculenter demonstrant.

Maior vero longiorque fuit huius linguae usus in Magnae Graeciae seu Italiae meridionalis regionibus, praesertim in Sicilia insula; quod quidem sedulo in coemeteriorum aetate quaerenda et definienda animadvertendum est.

Latina lingua in Africa praevaluit, licet et Graeca exclusa non fuerit; serius vero in aliquibus regionibus, praesertim in Aegypto, etiam Copticus sermo adhibitus est.

In Oriente plerumque Graece inscriptiones redactae sunt, sed neque exclusae sunt linguae Semiticae, neque Latinae inscriptiones desunt.

Linguae Graecae Latinaeque usus promiscuus effecit, ut litterae unius alphabeti cum litteris alterius alphabeti subsimilibus confunderentur. Hinc litterae Graecae in titulis Latinis et vice versa litterae Latinae in titulis lingua Graeca exaratis inveniuntur; qua ex commutatione quidam linguarum antiquarum periti principia eruere conati sunt ad rectam linguae Graecae Latinaeque pronuntiationem dignoscendam; arbitrati scilicet plerosque eiusmodi errores ac litterarum commutationes ex vulgari pendere pronuntiatione. Nihil de hoc argumento dicam, licet multa essent dicenda; illud solummodo notabo, nempe non raro regulas prorsus contrarias ex his animadversionibus deduci posse, sicuti, exempli gratia, de litterae η pronuntiatione in hac formula: IN PAKH (in pace). At non inutile saltem, talia inquirendo, posset philologus instituere studium circa linguarum Graecae Latinaeque corruptionem. En praecipui quoad singulas litteras errores:

A pro I: HVMANATAS; aut pro V: IDAS (idus).
AE pro E: AEGO (ego), PACAE (pace), DIAE (die).
B pro V: BIBAS (vivas), BOBIS (vobis), BIRGINIVS.
C pro G: CONIVCAE, CALBA, REFRICERIVS.
C pro Q: CINQVAGINTA, CODBVLTDEVS (Quodvultdeus); viceversa: QVRA, KARE.
C pro S: CABINA (Savina), CARICCIMAE.
D pro T: NEBIDDA (Nevitta), ADQVE; viceversa: AT (ad), SET (sed).

E pro I: SET (sit), BIXET (vixit), DOLEA (dolia), FVET, NOMENE; viceversa: (1) FLORINTIVS, SI (se), FILICIS, DIO (Deo), SIPTIMV (septimo).

F pro PH: FILONETIS, DAFNE, NEOFITVS.

G pro C: VIGSIT.

H saepe deest ubi requiritur: ERES, VIVS (huius), ONESTVS, ILARITAS; rarius non requisita adest: HAVE, HEGIT (egit).

I pro A: MONICVS, CAVIAS (caveas).

I pro E: FRATIR, PONTIFIX, IRINI (Irene), NI (ne), DIPOSITVS.

I praecedens vocabulum littera S cum alia consonante incipiens: ISCHOLA, ISPIRITVS, ISTEPHANVS, ISTETIT, ISMARAGDVS, ISTVDIVM, ISPES, ISCRIPSIT, IMARITATA.

K pro C: KRESKENTINA, HIK · REQVIISKIT (hic requiescit).

M pro N: IM BONO, FECERVM (fecerunt); viceversa: IN PACEN.

N saepe deest: COIVX, MESES (menses), CRESCES (crescens).

O pro V: SO (sum), SONT (sunt), DEDERONT, ANNORO (annorum), SOSANNA, DIERO, DIEROM (dierum), QVORO (quorum); viceversa: BIBV (vivo), EVTVCIV, IVCVNDV, VELANDV.

P pro B: APSENS, PLEPS (plebs); viceversa: SBIRITO, SCRIBSIT.

Q pro C: PEQVNIA, QVOI (cui vel qui), QVOIVS (cuius, formae antiquae).

R pro P: RRECESSIT, et viceversa, nisi promisque eadem forma et Graece et Latine (*P* et p) in eodem vocabulo sit interpretanda: PPECESSI*t*, SATVPO.

S invenitur ut littera superflua: VIXSIT, VXSOR, CONIVNXS, AVXSILIVM; et pro X: VISIT (vixit), SES (sex); pro IT: DEPOSSIO (depositio).

V pro I et Y: AVRVFEX, SVSTVS, ILLVRICVM, SVMMACVS, SVBOLES; pro O: CVPARAVIT, ANV (anno vel annum).

Y pro V: SYRIVM, YIXIT (vixit); et pro I: BYRO (viro), VNIBYRA.

Z pro DI: ZACONVS (diaconus), ZABVLVS (diabolus).

Integrum possem librum replere idiotismis et erroribus omnimodis, praesertim si cum Latinis etiam Graeci errores

(1) Idiotismus hic proprius Superioris Italiae est, licet etiam in Inferiore Italia non desit, neque raro in Galliae titulis cernatur. Cf. GAZZERA, *Delle iscrizioni cristiane del Piemonte*, 1847, pp. 29, 40, 51, 138; LE BLANT, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. I, p. 42. Paris, 1856–58.

recenserentur; hoc tamen limites nobis praefinitos praetergrederetur: unum igitur tantummodo adducam exemplum in quo idem vocabulum (quod plane mirum) in eodem titulo diversas formas sumit:

COBVLDEVS VIXIT ANNIS
III M III D XII CODBVLT
DEVS DORMIS IN PACE

Generatim hoc veluti canon est habendum:

Quo magis inscriptiones accuratae eo antiquiores sunt.

In Graecis autem inscriptionibus serioribus saepe littera ρ pro λ adhibita est: ἐρπιδίου = ἐλπιδίου; ἀδερφοί = ἀδελφοί;

littera ε pro αι: κέ = καί; ταλεπώρου – ταλαιπώρου;

littera ι pro ει: ιρήνη, ιρινι = ειρήνη; κῖτε = κεῖται; quod vocatur *iotacismus*;

litterae ω et υ pro ο οι: κυμυτήριων = κοιμητήριον; hoc etiam tertio saeculo occurrit.

De forma litterarum nihil dicendum, nisi quod eadem est atque in ethnicis epitaphiis, sed multo deterior propter lapicidarum imperitiam. Non desunt quidem pulcherrimae inscriptiones



Tab. 4. Inscriptio Priscillianis litteris exarata. (Ex WILPERT, *Fractio panis*).

Christianae, sed plerumque si cum ethnicis comparentur, quoad elegantiam istis nihilominus inferiores sunt, ita ut saepissime sola formae litterarum inspectio sufficiat ad ethnica epitaphia ceteris discernenda.

I. B. De Rossi inter antiquissimas coemeterii Priscillae inscriptiones duplex genus distinxit, Pompeianum, quod iam innui, et Priscillianum, quod pulcherrimas exhibet litteras, tum Graecas, tum Latinas, titulorum saeculi secundi proprias.

Quod si iam inelegantes non raro litterae earumque dispositio in Christianis titulis primi et secundi saeculi apparent, multo temporis progressu deteriores factae sunt, neque raro cuiusdam exhibent indicia transitus a capitali (ut nuncupatur) litterarum genere ad uncialem typum. Demum ad aetatem alicuius inscriptionis Christianae ex litterarum forma eruendam eaedem plerumque valent palaeographicae regulae atque in Romana epigraphia.



Tab. 5. Litterae quasi unciales.

Post medium vero saeculum quartum, novum litterarum exemplar, vere praeclarum, praebuit Furius Philocalus, ecclesiastici kalendarii Liberiani conscriptor; quae quidem litterae, cum ad carmina Damasiana describenda unice destinatae essent, etiam Damasianae vocatae sunt.

Interpunctio item indicium chronologicum esse potest; scimus enim in antiquissimis titulis punctum triangulare esse (Δ), deinde fieri rotundum (O); saeculo autem tertio hederae folium

veluti interpunctionis signum (*hedera distinguens*) praesertim dominatur. Verum in Christianis titulis alia invaluit interpunctio, quasi figura palmae, quae diversissimas formas sumpsit; neque unquam defuere, etiam tardissima aetate, inscriptiones nullo interpunctionis signo munitae. Praeterea fiebat quandoque ut non quidem verbis, sed syllabis distinguendis signa interpunctionis inservirent, sicut in hoc exemplo, in quo insuper litterae Graecae in Latino titulo, adhibitae sunt:

·KΩ·COϒ·ΛE·KΛΛϒ·ΔE·I·Ω·
EΔ · ΠA · TEP · NΩ · NΩ · NE · IC
NΩ · BEN · BPEI · BOϒC · ΔEI · E · BE · NE · PEC · ΛOϒ
NA XXIIII
·ΛEϒ·KEC·ΦE·ΛEIE·CE·BH·PE·KA·PEC·CE·
ME·ΠO·COϒ·ETE·
EΔ·EIC·ΠEIPEI·TΩ·CAN·KTΩ·TOϒ·Ω·MΩP·
TOϒA · ANNΞϒ · Ω · PΩM · V · L ·
EΔMHCΩPΩN··ΔEϒPΩN·X·

(Ex. coem. Trasonis. – Mus. Lat.).

Consule Claudio et Paterno, nonis novembribus, die Veneris, luna XXIIII, Leuces filiae Severae carissimae posuit et spiritui sancto tuo. Mortua annorum LV et mensium XI, dierum X. (1)

Aliae quoque interpunctionis formae reperiuntur, sed rarius; in epitaphiis vero serioris aetatis, post pacem Ecclesiae, cernitur aliquando interpunctionis instar Christi monogramma, ut in sequenti exemplo:

PLACIDO ET ROMVLO XVII C DEC IANVARIA ☧ IN
PACE QVE ☧ VIXIT ☧ ANNOS XVIIII · M · VIII ·
D · XIIII ·
☧ (2)

Post vero quartum saeculum, hic illic in epitaphiis parvae apparent cruces, quae etiam in civilibus cuiuslibet generis

(1) De Rossi, loc. cit. p. 18, n. 11.

(2) Boldetti, *Osservazioni sopra i cimiteri dei Santi Martiri ed antichi Cristiani di Roma*, p. 341. Roma, 1720.

documentis fere numquam, veluti scripturae initium et finis desunt, raro tamen interpunctionum occupant loca, uti in hoc exemplo:

III · + KAL · + MAR · + FOR
TVNVLA · + QVE · + BIXIT · +
ANN · + L · + ET · + MES +
III

Nec in huiuscemodi epitaphiis et documentis desunt litterae, ut X, Ψ, Y, K, O, ν, α, palmae et flores nec affabre implexa ornamenta ad verba inter se distinguenda adhibita.

Inscriptiones Christianae possunt in poeticas et non poeticas distingui. Priores haud multae ante aevum Constantinianum numerantur, potiusque quam poeticas I. B. De Rossi metricas et rhythmicas eas vocare praefert,[1] propterea quod, neglectis saepe legibus metri, ad numeros tantum rhythmicos sunt exactae, atque elegantia stili, arte versificationis et spiritu poetico vix unquam commendantur.

Huiusmodi igitur inscriptiones et Graecae et Latinae inveniuntur, quarum « aliae, ait I. B. De Rossi, centones exhibent consarcinatos versibus et hemistichiis poetarum inlustrium et quibusdam tamquam formulis carminum sepulcralium, vel epigrammata vetera ita imitantur, ut ab epitaphiis metricis Ethnicorum parum differant; aliae tota fere sententia et dictione ab ipsis Christianis excogitatae sunt et compositae. Hae litterarum Christianarum quodam modo propriae et peculiares magno in pretio habentur, quippe quibus primaevae ecclesiae doctrina symbola, mores insigniter inlustrentur ».

« Pace ecclesiae data et constituta, extructis toto orbe Romano aedibus dicatis cultui publico Christiano, his monumentis carmina passim inscribi placuit; quemadmodum antiquitus Graeci et Romani templis titulo ornandis poeticas inscriptiones adhibuere. Elogia quoque martyrum et pontificum prioris aevi, ver-

(1) De Rossi, *Inscr. Christ. urbis Romae septimo saeculo antiquiores*, t. II, p. VI. Romae, 1861–88.

tente saeculo quarto, Damasi praesertim studio, exposita sunt carminibus lapidi affabre incisis; epitaphia sacerdotum virorumque et feminarum inlustrium versibus confici, eorum honori et dignitati consentaneum visum est. Qua consuetudine in dies magis magisque invalescente, nobilissimi quique sacerdotum, doctorum, et poetarum dedignati non sunt operam dare pangendis carminibus, quibus coemeteria et monumenta martyrum, basilicae earumque partes singulae, aediculae, cellae, coenobia, bibliothecae, mausolea, sepulcra ornarentur »

Hisce quasi prolegomenis positis, magistro usque duceque I. B. De Rossi, ad criteria chronologica tractanda veniamus, a certis temporis notis incipiendo.

CAPUT I.

Inscriptiones certa temporis nota munitae.

Art. I. — De certis temporis notis.

Certae temporis notae, ait I. B. De Rossi, [1] tribus generibus continentur, et aliae Christianorum propriae, aliae ethnicis et Christianis communes sunt. Ad primum genus pertinent *aerae* sive *epochae*; ad secundum *notae historicae*, magistratuum scilicet vel imperantium nominibus consignatae; ad tertium *notae cyclicae*, ex constantibus orbibus revolutis pendentes. De singulis breviter loquendum.

Aerae. — Aerae quae Christianorum propriae sunt numquam ante saeculum sextum in epitaphiis notatae apparent. Sunt autem *aera Christiana*, qua hodie adhuc utimur, *Dionysiana* etiam dicta; [2] et *aera Aegyptiaca*, quae agnomine *martyrum* et ἀπὸ μαρτύρων vocata est, idque a saeculo tantum septimo; nam illam ante aetatem cum publice tum privatim eam *Diocletianeam* appellarunt. [3]

In epitaphiis extra Urbem non parum Christiani *aeris* usi sunt, quae in unaquaque regione et provincia solemnes erant

(1) De Rossi, *Inscr. Christ. urbis Romae*, t. I, ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ, iv.

(2) Dionysiana haec appellata est *aera* ab eius auctoris nomine, monachi scilicet Dionysii, cognomine Exigui, origine Scythae, qui inter quintum sextumque saeculum Romae floruit, primusque induxit ut anni ab incarnatione Domini computarentur.

(3) « Praeter *Dionysianam* », ait I. B. De Rossi (loc. cit.), altera *aera* non est quae Christianorum propria fuerit, et ante saeculum a Christo septimum publicis monumentis inscripta ». Quae vero rarissima exempla *aerae martyrum* ab Adolfo Kirchoff afferuntur annos 489 et 492 respicientia incertae sunt lectionis (cf. *Corp. inscr. Graec.* t. IV, nn. 9120, 9121).

legitimaque pollebant auctoritate, et a regione vel provincia nomen sortitae erant, praesertim in Africa. Nonnunquam vero ab imperatorum nomine vel a beneficio ingentique eventu vocabulum hauserunt: sic in Hispania *Hispanicam*, in Mauritania *Mauritanicam aeram* (1) Christiani, non secus atque ethnici usurparunt, quae ab anno fundatae provinciae initium habuit. Plurimae autem maximeque variae nomine caussaque Orientales fuerunt *aerae*, inter quas celeberrimae Seleucidarum et Antiochena sunt; (2) parum vero usurpatae aerae Bostrenorum et Philippopolis, a Philippi quidem imperio incipientes, Amidenorum, Chersonesitarum, Trapezuntiorum, aliaeque praesertim in Phrygia vigentes. (3)

Inscriptio quaedam Christiana, quinque abhinc annis Bersabeae Palestinae inventa, fixum protulit terminum aerae Eleutheropolis, iam alioquin coniecturae praecognitum. En pretiosa illa inscriptio:

+ HIC QVIESCIT BEATVS (4) KAIOVMOS
AILESIOS · OBIIT VI MENSIS
DAISIOS INDICTIONE VI ANNO
IVXTA ELEVTHEROPOLITANAM
COMPVTATIONEM CCCXLIV

Porro annus 344 Eleutheropolis, indictione sexta, respondet anno 543 aerae nostrae; unde cum supradictae aerae exordium agnoscatur eo sumpsisse anno quo Septimius Severus civitatis iure urbem illam donaverat, patet imperatorem anno 200 in Palestinam profectum esse.

Art. II. — **Notae historicae.**

Huius generis notae, quae Christianos tantum respiciunt, nominibus episcoporum extant insignitae; quorum aliae fune-

(1) Cf. Cardinali apud *Atti della pont. accad. di arch.* IX, 244 sqq.

(2) *Corp. inscr. Graec.* t. IV, nn. 8615, 8642, 8650, 8652, 9153; t. III, n. 4462.

(3) Loc. cit. n. 8624; t. III, pp. 1103, 1104; et n. 3865 (Add.).

(4) Vocabulum *beatus* (**MAKAPIOC**) hic stat pro vocabulo *defunctus*.

rariae sunt, aliae sacrae, prout tumulis aut sacris aedibus sunt incisae. Priores a saeculo quarto in usu fuisse videntur, quamvis parum usurpatae, nam tria tantum exemplaria saeculi quarti ad nos usque pervenerunt; sunt autem haec: *Sub Damaso episcopo – sub Liberio papa – sub Iulio antistite.* (1)

Exeunte saeculo quarto, nomina pontificum Romanorum inscribi sacris aedificiis coepta sunt hac plerumque sub forma: *Salvo*, exempli gratia *Siricio, episcopo*, vel *episcopo ecclesiae sanctae*: (2) « rarius, et fortasse nonnisi quando defunctus aliquis appellandus pontifex erat, haec potius adhibita verba: *temporibus sancti*, puta *Innocentii, episcopi*; metricarum demum inscriptionum nullae, ut par est, statae solemnesque formulae, sed pro lubitu auctorum excogitatae, quemadmodum haec, quam in Sabinae basilica in Aventino hodiedum legimus:

(1) Cum solummodo quattuor abhinc annis epitaphium cum nota *sub Iulio antistite* inventa sit, duas priores tantummodo inscriptiones I. B. De Rossi cognovit, unde ita scripsit: « Mirum profecto est Romani episcopi nomine tempus designari; sed quae alterius tituli scriptorem inducere causa potuit, ut *sub Damaso episcopo* factum epitaphium adscriberet, eadem et in Liberium optime quadrat, et formulam *sub Liberio episcopo* plenissima in luce constituit. Damasum nempe ab Ursicini factione oppugnatum adeo fuisse, ut non exigua ecclesiae Romanae pars ab eo secesserit et dissidium fecerit, nemo unus ignorat; quod si reputes nova atque insueta formula *sub Damaso episcopo* professionem contineri, qua Damasus verus et legitimus Romanae ecclesiae episcopus asseritur, statim intelliges, cur Damasi potius quam alterius cuiuspiam Romani pontificis nomen singulari exemplo epitaphio adscriptum occurrat. ... Theodoreti testimonio constat populum Romanum, qui Liberio impense favebat, audita Constantii Augusti epistola de pontificatu a Liberio simul et Felice communi consilio administrando, magnis vocibus inclamasse: *Unus Deus, unus Christus, unus episcopus*; ut verisimillimum sit parem et in huius epitaphii clausula sensum latere, et *unum* Liberium legitimum Romanae ecclesiae episcopum esse heic significari ». (*Inscr. Christ.* t. I, p. 80).

Itaque inscriptionis *sub Iulio antistite* inventio nos docuit ad antiquam opinionem esse revertendum, qua doctissimi viri ex dignitate Romani pontificis putarunt profluxisse, ut saeculo quarto eius nomen veluti nota temporis usurparetur, minime vero ex religiosis dissidiis (cf. MORCELLI, *De stilo inscr. Lat.* lib. II, par. I, c. 3, § 3, p. 339).

(2) Cf. BARONIUS, *Ann.* an. 39, n. 42; BOSIO, *Roma sott.* pp. 34 sqq.

Culmen apostolicum cum Caelestinus haberet, Primus et in toto fulgeret episcopus orbe ».[1]

Non ita vero extra Urbem et in provinciis, ubi ante saeculum septimum si quando nomen episcopi loci in sacris aedibus apparet, non tamen ut nota temporis inscriptum est, sed plerumque ut dedicatoris et consecratoris ecclesiae. Cuius differentiae rationem ex eo repetendam docet I. B. De Rossi, quod Romanorum pontificum tanta iam saeculo quarto maiestas esset, ut vel summorum reipublicae magistratuum splendorem aequaret;[2] unde sicut publica aedificia Augustorum nominibus lex praecipiebat insigniri, ita sacras aedes non alia atque pontificum nomina prae se ferre oportebat. Re enim vera formula illa: *salvo episcopo*, solemnis imitatio est formulae: *salvis dominis nostris Augustis*, quae in publicis saeculorum quarti et quinti aedificiis passim legitur. Saeculis demum sexto, septimo et sequentibus, sacrae ubique inscriptiones uniuscuiusque ecclesiae episcoporum,[3] quandoque etiam inferioris ordinis sacerdotum et diaconorum, quin et feminarum quae virginum asceteriis praeerant,[4] nominibus tempora passim designarunt.[5]

Inscriptiones eiusmodi periodum designant, non autem annum, nisi alia temporis nota addita fuerit, quod nonnumquam factum est; duo tantum exempla agnoscuntur, in quibus praeter episcopatum annus quoque designatur, Narbonense scilicet quoddam monumentum Rustici episcopi annos denotans, et aliud, nempe Parentinum, a Marini relatum, in quo *Euphra-*

(1) De Rossi, *Inscr. Christ.* t. I, ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ, ix.

(2) Notanda sunt quae S. Hieronymus refert in suo libro contra Ioannem Hierosolymitanum, nempe Agorium Vettium Praetextatum Urbi praefectum, cum a pontifice Damaso ut Christianus fieret sollicitaretur, respondisse: *Facite me Romanae urbis episcopum, et ero protinus christianus* » (*P. L.* t. XXIII, part. I, col. 361).

(3) Cf. *Corp. inscr. Graec.* nn. 8625, 8628, 8635, 8638, 8641, 8648, 8649, 8663.

(4) Cf. *Corp. inscr. Graec.* nn. 8624, 8647, 8653.

(5) De Rossi, op. et loc. citt.; Gruterus, 1059, 1; Marini ap. Mai *Script. Veterum nova collectio*, t. V, p. 84, 1. Romae, 1825–38.

sius antistes temporibus suis, annum agens XI, condidisse et dedicasse legitur.[1]

Maximi momenti in rem nostram sunt notae historicae Christianis atque ethnicis communes. Notat illustris De Rossi sine ullo delectu Christianos has adhibuisse notas, etiamsi nomina persecutorum usurpatorumque exhiberent. Ex quo factum est ut nomina consulum, saeculis quarto et quinto, nobis e Christianis tantum epitaphiis innotescant, quia consulto, damnationis memoriae caussa, in fastis ac publicis monumentis deleta sunt. Quin ne formulam quidem mutarunt et divos quoque Augustos appellarunt, scilicet quando non amplius vocabulum illud idololatriam redoleret.

Nomina consulum, in Urbe praesertim, Christianis titulis inscripta sunt, necnon in illis imperii regionibus ubi nulla extitit alia temporis supputatio. Ubi vero *aerarum* varietas viguit,

(1) En quid hac de re habet I. B. De Rossi: « Ante Constantinianam aetatem, dum Augustos cum viventes tum potissimum vita functos et consecratos divinis honoribus coli Romana superstitio fuit, Christianos mortem potius oppetiisse, quam Augustis tamquam divis thura adolerent, martyrum acta luculenter testantur. His enimvero temporibus divi nomen in Christianis titulis Augustis esse tributum haud credibile est: neque ulla ad hanc diem huiuscemodi inscriptio in lucem prodiit. Postquam vero Constantinus vetere superstitione repudiata Christo nomen dedit, Augustorum consecratio diu mansit; eam tamen, omni religione detracta, civilis tantummodo honoris instar habitam esse in commentario 767 fuse declarabo. Sic Augustorum imaginibus saeculis quarto et quinto cultus impensus, civili tamen instituto, nulla divini honoris et religiosi ritus significatione: sic templa Flaviae gentis suae nomini dicari Constantinus haud vetuit, dummodo *nulla polluerentur contagione superstitionis*. Ceterum his saeculis divi vocabulum ita receptum usu erat, ut vix quidquam praeter vita functum principem significaret: *divos dicimus ex hominibus factos*, ait Servius, *quasi qui diem obierint: unde divos etiam imperatores vocamus* (*Ad Aeneid.* V, 45). Eaque appellatio et in Gothorum regibus demortuis usurpata, teste Athalarico rege, qui *divae memoriae* avum suum dixit (CASSIOD. VAR. VIII, 1); et in ipsa fortasse sacra liturgia de ethnico principe recitata neminem offendit: in *passione* enim martyrum Cantianorum, quae, ut in sacris coetibus legeretur, est, opinor, conscripta, *de genere Aniciorum, hoc est divae memoriae Carini imperatoris*, illos esse *progenitos* scriptum deprehendi (v. MABILLON, *Liturgia Gallicana*, p. 468) ».

nempe in Hispaniis, in Africa, in Aegypto, et fere in toto Oriente, valde rara est consulum mentio. Sed etiam Romae, primo et secundo saeculo, monumenta Christiana consulum mentione instructa rarissima sunt; « tertio vero incipiunt minus rara apparere; quarto et ineunte quinto, ingenti numero sunt: inde ad medium saeculum sextum eorum paullatim multitudo decrescit; post id tempus prisca raritas redit ». (1)

Cuius rei ratio non ex pace Constantiniana repetenda, sed ex eo quod tertium ante saeculum etiam apud ethnicos non fuit mos consulares notas epitaphiis inscribendi. Deinde anno 537, cum Iustinianus publicis actis omnibus imperatorum annos subnotari edixisset, vetus consulatuum ciendorum formula paullatim etiam ab epitaphiis est exclusa. Ab anno vero 567, quo Iustinus uni principi reservavit consulatum, nova necessario inducta est formula, antiqua vero prorsus abrogata.

Inscriptiones Christianae eiusmodi, quas consulares deinceps dicemus, ordinariorum consulum nomina tantum referunt, non autem suffectorum, paucis exceptis fragmentis de quorum proinde aetate stabilienda lis est adhuc sub iudice, etiam quatenus ad ethnica epitaphia attinet. (2)

Universam inscriptionum aetatem in quattuor periodos I. B. De Rossi, postulante ipsa re, divisit: nempe primam anno 306 anteriorem, secundam ab anno praefato ad annum 399 pertingentem; tertiam exinde ad initia Gothici regni in Italia, anno 493; quartam hinc usque ad annum 535.

De singulis pauca:

I. Per primam periodum, tum in ethnicis tum in christianis epitaphiis, raro aut negligentiae aut brevitatis caussa unus consul sine altero apparet. Preterea modo tria nomina consulum, modo duo, modo nudum cognomen cernitur; neque

(1) I. B. De Rossi, *Inscr. Christ.* loc. cit. p. xiii.

(2) Attamen non sunt statim pro suffectorum consulum nominibus habenda haec nomina quae fastis inscripta non cernantur. Fiebat enim ut publice diacritico appellarentur consules cognomine, et alio in fastis, alio in monumentis cognomine notarentur.

semper integre sed saepe ad paucas praecipuasque contracta haec nomina litteras; exemplorum gratia:

SERVILIA · ANNORVM · XIII
PIS · ET · BOL · COSS · (1)

Pisone et Bolano consulibus (an. 111).

XL · L · FAB · CIL · M · ANN · LIB · COS · (2)

Lucio Fabio Cilone, Marco Annio Libone consulibus.

Notandum hic venit, quum praenomina inscribuntur, omitti coniunctionem *et*, eamque numquam deesse quando nominibus tantum consignantur consules. « Ea enim, ait I. B. De Rossi, erat praenominis vis, ut hominem ab homine discerneret; itaque, suo unicuique consuli praenomine adscripto, nihil amplius requirebatur ut alter ab altero separaretur, et particula *et* inutilis plane erat ». (3)

« Numeri nota post utriusque consulis nomina posita utrumque, ut plurimum, consulem respicit ». (p. XXI) sic:

PRAESENTE ET EXTRICATO II

Praesente consule II et Extricato consule II.

quo in exemplo etiam verbum *consulibus* subintelligi debet, quod non semper indicabatur.

Tab. 6 (an. 287).

« Ipsa vox *consulibus*, omnibus perscripta litteris, non nisi sera incipit aetate apparere: annis quippe 343 et 348 prima eius vestigia in urbanis Christianorum epitaphiis of-

(1) BOLDETTI, *Osservazioni*, p. 78; MURATORI, 118, 2.

(2) BOLDETTI, *Osservazioni*, p. 83; MURATORI, 350, 1.

(3) DE ROSSI, *Inscript. Christ. Urbis*, t. I, p. XX. Verba deinceps inter virgulas seu uncinos comprehensa in textu, nisi aliter notetur, intelligi debent veluti ex De Rossi hic citato opere excerpta, pagina tantum ipso in textu indicata.

fendo. Sed cum ante tum post id tempus illam vocem notis COS vel COSS, CONS, CONSS expressam vulgo esse quicumque veteres inscriptiones legit probe novit..... »

« Ante medium circiter saeculum tertium, notae COS vel COSS solae usurpatae (p. XXI)..... Medio vero saeculo tertio, utriusque consulis nominibus non modo COSS, sed etiam CONS et paullo post CONSS et CCSS adscribi coeptum » (p. XXII).

COS valde raro pro unico consulis nomine invenitur, idque solum saeculo quarto. Si autem lineola sit ei superposita, tunc non pro *consulibus*, sed pro *consulatu*, accipienda.

Post Diocletianeam aetatem, nota CONS unum, CONSS vero duos coepit consules indicare; sed non semper haec regula observata est; nam sicut illa COS ita et istae etiam *conservum* aliquando significarunt. Diocletianea aetas has quoque protulit notas CC·SS et CS· « toto saeculo quarto haud raro usurpatae, quinto rarissime, sexto vix unquam » (p. XXIII).

Nominibus Augustorum et Caesarum propriae appellationes omni aevo adiectae fuerunt; a temporibus vero Septimii Severi duo Augusti vel duo Caesares geminatis litteris G et S indicari paulatim coepti sunt: AUGG, CAESS, dum antea singulis nominibus nota AUG apponebatur. Imperatoris appellatio (IMP) saeculo tertio et bis tantum in eodem christiano titulo invenitur; eamdem vero notam, post saeculum sextum, *imperante* vel *imperio* potius quam *imperatore* legendam I. B. De Rossi opinatur (p. XXIII).

« Multo usitatior appellatio est *domini nostri* et *dominorum nostrorum* Augustis et Caesaribus attributa.....: geminatae litterae DD·NN· (dominis nostris), ineunte saeculo circiter tertio..... scribi coeptae, ad totum quintum saeculum viguere. Notae DOM·N, eoque magis vox DOMNO, sequioris aevi propriae sunt » (p. XXIII).

II. Anno 305 imperium in partes primum divisum est, unde discordiae exortae inter Augustos, et perturbatae consulum creatio et promulgatio. Quam circa rem nihil habent veteres scriptores, solaeque inscriptiones rite cum fastis collatae cer-

tam faciunt mentionem, idque praesertim christiana epitaphia. Anno enim 307 formula *post consulatum*, eorum scilicet qui anno praecedenti fuerant consules primum apparet. Nam, cum Maximianus Herculius, Maxentii pater, filium hostis loco haberet, Urbis Romae cives, Maxentio subditi, patrem nominare non sunt ausi, quod forsitan edicto vetitum fuerat, atque novam excogitarunt formam illam *post consulatum*, publica proinde auctoritate institutam fastisque inscriptam. Verum extra Romam, seu propter retardatam consulum promulgationem seu alia de caussa, eiusmodi formula usurpata iam erat, atque exemplum nobis manet, unicum tamen, in actis concilii Cirtensis, anno 305 contra Donatistas coacti, in quibus notae *pridie idus Februarias* formula *post consulatum Diocletiani novies et Maximiani octies* appicta fuit, quod non levem Donatistis ansam calumniandi praebuit. (1)

A Maxentii interitu ad annum usque 350, quo Nepotianus, Vetranio et Magnentius Occidentis imperium invaserunt, consulum promulgatio nunquam turbata est, propter unitatem imperii, anno tamen 346 excepto, quo Christiani tituli formulam *post consulatum Amantii et Albini* potius quam *duorum Augustorum consulatu* prae se ferunt; cuius rei caussa nos omnino latet.

... RO · PIVS · FLORE · COIVG · I · FEC · ET · SI · BI · QVE · VIX ...
... DP · DI · E XIIII · KAL · AVG · POS · AMAN · ET ALBINI

(Eut)ropius coniugi Florae et sibi fecit, quae vixit ... deposita die XIV kal. Augustas post (consulatum) Aman(tii) et Albini.

Praefati vero anni 350 initium civilis turbationis iterum epitaphia revelant, in quibus extra ordinem notatam cernimus formulam *post consulatum Limenii et Catullini*. Epitaphia autem Romana Magnentianae tyrannidis pretiosa extant testimonia; item discordiae inter Iulianum Caesarem, in Galliis Augustum

(1) Cf. De Rossi, op. cit. pp. XXV sqq. et pp. 31–32; Augustinus, *Brev. collat.* carth. III, c. XVII in *Conc.* ed. Coleti, III, 367.

acclamatum anno 360, et Constantium Augustum indicia non desunt. Dum enim quaedam anni 360 inscriptio Constantium Augustum et Iulianum Caesarem nominat, alia sequentis anni Constantium e contrario solummodo exhibet.(1)

Exinde ad Valentiniani usque caedem, praeter formulam *post consulatum* nulla, ut videtur, adhibitam caussa, nihil singulare epitaphia praebent. Sed factionum, quae ob occupatam ab Eugenio Occidentalis imperii sedem exortae sunt, menstruas atque adeo fere diurnas notitias referunt epitaphia.(2)

Ceterum quomodocumque extra ordinem nota aliqua consulum videatur per saeculum quartum, haud est dubitandum publica auctoritate eam stabilitam fuisse, licet saepe mutatam, non autem privatis arbitrio relictam; quae autem a formula decreta prorsus alienae sunt, quam rarissime inveniuntur. Formula igitur *post consulatum*, nisi perturbationis caussa adhibita fuerit, supponit nomina consulum recens electorum aut saltem alterutrius nomen nondum in populi notitiam venisse.

III. «Anno 399 primum contigit ut manente Augustorum concordia unicum totus Occidens consulem agnoverit et dimidiati, ut recentiores fastographi loquuntur, consulatus formula legitimi principis edicto praescripta publice sit» (pp. XXXI-XXXII).

Rei autem huius Stilico caussa fuit, Orientalis imperii arbiter, qui Eutropium eunuchum, ab Arcadio Augusto consulem renunciatum, numquam agnoscere voluit; unde Theodorus solus huic anno dedit nomen in ditione Honorii a quo fuerat consul factus, quod deinde etiam in Oriente decretum est, nomenque eunuchi e fastis abrasum. Hinc unusquisque Augustus coepit suum designare consulem; quod quantum Romanis insuetum visum fuerit, satis epitaphia testantur; nam duo tunc et etiam tria eiusdem consulis nomina sunt adhibita, quasi ad hiantem formulam insuetamque auribus complendam. Sic etiam accidit ut nonnumquam formula *post consulatum* singulari illi for-

(1) De Rossi, op. cit. p. 81, nn. 142, 143.
(2) De Rossi, op. cit. p. 162, nn. 370–75 et 410–22.

mulae praeferretur. Itaque cavendum ne duo unius consulis nomina pro singulis duorum consulum nominibus intelligantur.

Sed nova tunc invaluit formula, nempe ut post nomen unius consulis haec apponerentur: *et qui de Oriente* (vel: *de Occidente*) *fuerit nuntiatus*, graece autem: καὶ τοῦ δηλωθησομένου. « Ea formula in legibus aliisque historiae monumentis nota vulgo est; in inscriptionibus vero plane peregrina et data opera vix non semper omissa » (p. XXXII).

. . . . . .

ET IVGALIS EIVS SAVRA INL · F · SIM*ul*
QVIESCIT QVI EST DEP · PRID · KL · MAR*tias*
FESTO V̄C̄ CONS · ET QVI DE ORIENTE FV*erit*
NVNTIATVS

« Ea porro consuetudo, ut anni plerumque initio, saepe etiam toto paene anno, altera alterius consulem imperii pars ignoraret, eique, secundum locum, supra scriptam formulam *et qui fuerit nuntiatus* reservaret, effecit ut in ciendis consulibus alium Oriens, alium Occidens ordinem coeperit sequi. Nam, cum utraque imperii pars ineunte anno suum consulem, ex praescripto eius formulae, priore loco nominaret, id nuntiato deinde alterius consulis nomine haud mutabat; itaque qui in Orientalibus fastis prior est, ille in Occidentalibus secundus esse solet; et vicissim, qui prior in Occidentalibus, secundus in Orientalibus » (pp. XXIII–XXIV).

Hic tamen duplex consulum ordo, Orientalis scilicet et Occidentalis, non videtur ante annum 421 coepisse, et quidem inter privatos tantum consules, hoc est inter eos qui primum inierant consulatum; secus enim qui talem iam honorem obierat primum semper, sicuti antea, obtinebat locum, exempli gratia: *Consulatu Maximi II et Paterii.*

En iam hucus formulae lex a I. B. De Rossi descripta: « Anni saepe initio, interdum quoque multa anni parte, Orientalem consulem Occidens, Occidentalem Oriens ignoravit, vel, quod promulgatus legitime haud erat, pro ignoto habuit: eaque vera causa est, cur et unus tantum consul, et alius in Oriente,

alius in Occidente monumentis passim inscriptus hoc saeculo sit.[1] Postquam utriusque consulis publice promulgatum nomen erat, tum sollemnis formulae praescripto haud licebat unum tantum consulem nominare » (p. XXXIV). Contra quam legem si aliquando peccatum est, hoc negligentiae caussa, aut quia omnes dimidiatis formulis adsueti erant, accidit.

IV. Quarta periodus, quae ab excisione Occidentis imperii ad finem usque Gothorum regni perdurat, in tres distingui potest aetates. Prima totum Odoacris dominationis tempus complectitur; altera initia Theodorici principatus spectat; tertia vero ab anno 501 ad 535, quo Belisarius Gothicum orsus bellum est.

De prima aetate parum dicendum, quippe in qua incertae sunt partes Romani senatus atque Orientis imperatoris in consulum electione. In formulis autem vix ulla apparet mutatio. Non ita post Odoacris caedem (493); nam, anno 494 ipse imperator Anastasius consules Occidentales duos elegit, itemque anno 495; at sequentibus annis 496 et 497, Theodoricus, qui interdum imperatoris assumere haud dubitabit titulum cum demum sibi potestatem regiam adeptus esset, non consules Occidentales creari passus est, neque Orientales in Occidente promulgari.[2] Concordia tamen inter eum et imperatorem pacta, uter pro anno 498 consulem Paulinum elegerit nescitur, isque vero et promulgatus et agnitus consul est. Annis autem 499 et 500, praeterquam nemo in Occidente electus est, Orientales consules in Gothico regno ab omnibus silentio praeteriti sunt. Sequentibus annis, series Occidentalium consulum recte procedit, usque ad 512; sed dum Occidentales consules promulgati et agniti in Oriente sunt, Orientales e contra minime in Gothico regno commemorantur, quod, ut videtur ab ipso Theodorico praescriptum est, qui neque Augustorum nominibus pepercit. Vix una inscriptio extat huius temporis in qua et regis et imperatoris nomina cientur, so-

(1) Cf. loc. cit., inscriptiones annorum 400, 401, 404, 405, 414, 416, 418, 419, 423, 428, 431, 432, 439, 442, 444 sqq.

(2) Cf. De Rossi, *Inscr.* t. I, n. 916, 919.

lemni formula: *salvis dominis nostris*; in reliquis vero legimus plerumque: *regnante domino nostro Theodorico*; semel autem: *Salvo* $\overline{DN}$ (domino nostro) *Theodorico rege gloriosissimo*. Ex quibus fit evidens consulum Occidentalium nomina, hoc tempore, in Orientalibus dumtaxat inscriptionibus esse quaerenda.

V. Ab anno 536 bellum incipit Gothicum, quod, per viginti annos productum, destructione Gothici regni finem habuit. Mirum est quantam huius temporis epitaphia varietatem confusionemque ortam in consulibus designandis revelent. De hac periodo ac sequenti tempore pauca adducenda puto, utpote minoris momenti. Nullus amplius a Gothis nominatus est consul, aliquando nomen ipsius Belisarii invenitur:

\+ HIC REQVIESCIT IN PACE IOHANNIS $\overline{VH}$
OLOGRAFVS PROPINE ISIDORI QVI VIX*it*
$\overline{ANN}$ · PLVS $\overline{M}$ · XLV $\overline{DEP}$ · X KALE$\overline{N}$ · IVNIA*as post*?
CONSVLATV VILISARI $\overline{VC}$ · (1)
(an. 536 vel 538).

Annis 536 et 537 in Oriente, in regionibus ubi Gothi regnant, habetur formula: *post consulatum Paulini*; ubi vero Belisarius imperat formula est: *post consulatum Belisarii*; deinde consules Ioannes (538), Appio (539), Iustinus (540) apparent; denique anno 541, nomen legitur consulis Basilii, in quo veterum fastorum series desinit. Formula exinde orta est *post consulatum Basilii*; consularis vero dignitas penes imperatores fuit, licet modo minime constante. A Basilio deducta est praecipua *epocha*, quae tamen viginti quattuor annos tantum duravit, licet aliquibus in locis mentio eius consulatus derelicta penitus non fuerit. Aliae exortae epochae alia habuere initia; sed omnes, paullo post, novae dederunt locum temporis computationi, qua anni uniuscuiusque Augusti principatus notarentur. Formula *post*

(1) De Rossi, loc. cit. p. 478, n. 1055. Sunt qui legant non *post consulatu(m) Vilisarii*, sed *consulatu Vilisarii*, qui anno 535 occurrit. Cf. Du-fresne, *Les cryptes vaticanes*, p. 62.

consulatum ad siglam redacta legitur P C; annorum autem quibus iam regnaverat aut imperaverat princeps numero nota *indictionis* subiiciebatur ad duas interdum tresve litteras deductae: I.N.D.[1] De indictione infra loquendum.

Iam ad minutiora quaedam veniamus, quae non parvi tamen studiosis facienda sunt.

Ante secundam saeculi quarti partem, vox *consulibus* sive *consule* post nomina apponebatur. Inde ab annis 345 et 348 nota CONS anteponi nominibus coepta est; quod paullatim novae formulae *consulatu* locum dedit, non minus quam prior usurpatae. Exempla:

Tab. 7 (an. 71).

... kal. (?) Aug. Vespasiano tertium consule... kal. (?) Ian.

PIS · ET · BOL COSS
(an. 111).

Pisone et Bolano consulibus.

... CONS HONORIO VII
ET THEODOSIO
(an. 407).



Tab. 8.

(1) Qui ultra progredi in hoc studio velit adeat auctores, DU CANGE praesertim (*De inferioris aevi numism.* § XV), et MARINI (*Papiri*, pp. 261 et 293).

Duae autem formulae, denique, ineptissime commixtae, hanc tertiam pepererunt, quae indicium aetatis est medio saeculo quarto recentioris:

... CONSVLATVS ANICIIS OLYBRIO ET
POBINO VV CC ...

(an. 395).

VV CC = viris clarissimis.

« In Graecis vero titulis, a medio circiter saeculo quarto, vox ὑπάτοις oblivione penitus videtur obliterata et ὑπατείᾳ scriptura constanter est.

« Quod si non ipse consulatus, verum annus post consulatum notari debuit, medio circiter saeculo quarto ad medium quintum hae scribi litterae consueverunt: POST CONS, vel POST CONSS · (quandoque etiam POS); item omnibus litteris POST CONSVLATVM vel POST CONSVLATV;(1) quandoque ipsa vox *consulatum* suppressa et POST vel POS tantum exaratum... Medio vero saeculo quinto notae PC prodire coeperunt... » (p. LI).

Exeunte saeculo quarto, Augustorum notae inscribuntur: AAGG, vel AAVVGG, quibus, saeculo quinto, raro antepositae sunt litterae PP, *perpetuo* significantes; quod saeculo sexto solemnis fit nota et fere ubique invenitur.

Post Maxentii aetatem, nominibus privatorum consulum *viri clarissimi* appellatio adiuncta est his notis: VC, VVCC, quae Romae primum apparent in titulis anni 381 et 382 ac saeculo quinto fere numquam desunt in publicis privatisque monumentis, etiamsi vox *consule* vel *consulibus* omissa aliquando sit. Belisarius et Stilico etiam *viri inlustres* appellati reperiuntur.

De consulatuum numeris haec I. B. De Rossi habet:

« Ante medium saeculum quartum numerorum potius notas, quam ipsa verba *iterum, ter, quater, quinquies, sexies*, per-

(1) De Rossi, *Inscriptiones*, t. I, nn. 91, 92, 108, 185, 191, 214, 247, 248, 250, 251, 252, 338, 355, 473, 478, 665.

scribi et consulum nominibus subiungi epigraphicus mos tulit: post eam aetatem, modo notae, modo ipsa verba absque discrimine usurpata » (p. LII).



Tab. 9.

Convixit Severa Seleuciane cum Aurelio Sabutio annis decem et septem (*et decessit*) imp. Probo III et Nonio Paterno bis conss. (*an. 279*), quot (*Sabutius*) vixit in saeculo annis triginta et duo et menses duo (*usque*) imp. Claudio Aug. et Paterno conss. (*id est: usque ad an. 269*).

Sub finem saeculi quarti et deinceps, *bis* et *secundo*, loco verbi *iterum*, legimus; nonnunquam, quando de Augustis agitur, etiam *primum* adscriptum est, quia videlicet secuturi consulatus praevidebantur. Huius rei primum exemplum annum 368 respicit.

ART. III. — **De tabulis fastorum consularium.**

Hactenus descriptae notae explicari nequeunt nisi tabulae consulum adhibeantur; de quibus pauca dicenda.

Et primum quidem excludendi sunt fasti Christo anteriores vel aequales, quippe qui ad rem nostram non faciant. Primum igitur locum tenent fasti Caleni quorum tamen valde parvula inventa est pars, scilicet quae ad 289 pertinet annum, cuius suffectorum magistratuum nomina refert. Ceterae consulum tabulae nonnisi ordinariorum consulum nuda cognomina exhibent, inter quas vero eminet catalogus Boucherianus, hoc est a P. Boucher evulgatus sive etiam Liberianus vocatus, quia Liberio vivente eiusque iussu exaratus, anno scilicet 354. Numeranda deinde est tabula paschalis post exhaustam de Paschae celebratione controversiam compilata, exhibens consulum nomina ab anno 312 usque ad annum 412; et praefectorum urbis Romae laterculus ex imperatoris Gallieni temporibus (254) ad annum 354. Hae tabulae, una cum aliis Romanarum et Christianarum rerum instrumentis, unicum quoddam kalenda-

rem et chronographicum librum in usum potissimum Christianorum urbis Romae constituisse I. B. De Rossi recognovit,[1] atque, ex eius auctoris nomine, Philocalianum appellavit, licet fastos consulares ultra annum 354 contineat. Non raro eiusmodi documenta simul conferri debent ut quid certum quoad indicium temporis habeatur.

Deinde recensendum venit *Chronicon Syriacum Athanasianum*, annales exhibens optime digestos Athanasianae historiae, atque ab anno Christiano 328 ad annum 373 ordinatos. In codicibus, saeculo ultimo, typographica arte excusis, Chronicon nostrum praeit nonnullis Athanasii epistolis, ad quarum contextum aliquas temporum notas refert: « Haec tanti pretii monumenta primus invenit et edidit Willelmus Cureton v. c.;[2] quae maximus ille harum deliciarum conquisitor et repertor Angelus Mai, extremo vitae suae tempore, et Syriace recudit, et Latina veste donavit » (p. LVII).

Saeculis quinto et sexto, excitata de ratione paschatis inveniendi quaestione inter Romanos et Alexandrinos, non pauci Christianae Ecclesiae doctores fastos excribi instituerunt, ut iis paschatum seriem affigere et consignare possent. Sed huius temporis fasti distinguendi sunt in Occidentales et Orientales, propterea quod aliae hic, aliae illic designationes annorum saepe fuerunt, neque ab eadem anni parte initium sumpsere.

Duas igitur horum documentorum series describere satis sit; adeant, qui ea intimius cognoscere velint, auctores in notis subiunctos.

(1) *Inscr. Christ.* t. I, ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ, p. LV. Codicem hunc chronographicum omni paene ex parte Mommsenii diligentia et sagacitate restitutum habemus, quo in opere non parum Germanicus ille historicus I. B. De Rossi consiliis et consocio labore fruitus est. Cf. MOMMSEN, *Ueber den Chronographen vom Jahre 354* in *Abhandl. der philologisch-hist. Classe der Königl. Sächs. Gesellschaft der Wissenschaften*, t. I, pp. 549-668.

(2) *The festal letters of St. Athanasius discovered in ancient Syriac*, version and edited by WILLIAM CURETON, London, 1848.

FASTI OCCIDENTALES. (1)

I. *Tabula paschalis annorum LXXXIV, desinens anno 437, e codice Vaticano, Reg.* 2077, p. 79.(2) Hac in tabula consulum integra paria recensentur ab anno 354 ad annum 398; hinc ad annum 428 dimidiati solummodo consulatus notantur, iique Occidentales; decennio vero sequente nedum quandoque falsa occurrant, etiam corrupta sunt nomina; unde difficile est hos ultimos fastos cum notis consularibus titulorum conciliare.

II. *Tabula paschalis a Christi morte ad annum 448.*(3) Ipsius referam auctoris huius tabulae verba, quibus formam finesque eius describit in prologo: « Initium autem totius decursionis ab illo pascha duximus inchoandum, quod sua passione dns consecravit; cuius octogesimus et quartus annus ita omnes lunares cursus in sua mutabilitate concludit, u(t) in id, unde coeperat, redeat atque ad eundem finem pari lege decurrat. Quae renovatio quinquies octogenos quaternos annos peragens quadrigentos et viginti eo anno completura est, qui Calepii et Artaburis consulatum sequetur: ut post illud pascha, quod III idus April. celebrandum est, sexti cycli exordium faciat resurrectio Salvatoris, cuius dies est VI kal. April. Huic autem collectioni paschalium dierum non solum seriem consulum connexuimus, sed etiam annos Apostolicae Sedis antistitum et aetates regni principum Romanorum diligentissima adnotatione subdidimus ». At infeliciter tanti documenti parvae reliquiae nobis manent, quarum insuper quae ad quartum spectant saeculum nullius prorsus utilitatis sunt.

III. *Fasti Prosperiani.* « Prosperianos fastos appello, quos chronico suo Prosper Aquitanus inseruit. Huius chronici duae partes sunt: prior consules exhibet a duobus Geminis (qui Prospero annum signant 28) ad Valentem VI et Valentinianum II

(1) I. B. DE ROSSI, loc. et op. citt. p. LVIII.

(2) MANSI, *Apparatus ad Baronii annales*, pp. 237–242.

(3) D. A. G. CRAMER, *De fragmentis nonnullis vetustarum membranarum narratio in sacris nataliciis Friderici VI, etc.* Kiliae, 1826; HAENEL, *Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswiss.* t. I, pp. 756–760, Leipzig, 1837.

anno 378 »[1] (p. LX). Haec de prima parte. Altera huius chronici pars ad annum usque 457 producitur, parumque explicandis temporum notis in monumentis consignatis conferunt.[2]

IV. *Fasti Idatiani.*[3] Ii maximi sunt momenti, si cum ceteris conferantur fastis, ad annum autem 468 usque pertingunt; vocantur vero Idatiani quia ad Idatio Gallaeciae episcopo compilati putantur.

V. *Fasti Veronenses.*[4] Horum quidem fastorum est unicum folium utrinque scriptum, alii insertum libro qui *Sententiarum sive de summo bono* inscribitur, Isidoro Hispalense auctore. Pars videtur extrema codicis, maxima iactura deperditi; quod autem restat, propter errores et lacunas, parum est usui, licet paria consulum tum Occidentalium tum Orientalium saepe exhibeat. Inventum autem est in bibliotheca Veronensi, notis LV, 53 signatum; in libro autem locum paginae 89 tenet et palimpsesto perscriptum est sicuti cetera libri folia.

VI. *Chronicon Cuspinianeum.*[5]

VII. *Cassiodori Senatoris chronicon.*[6]

VIII. *Fasti Pontaciani.*[7]

IX. *Consules Victoriano canoni paschali adscripti.*[8]

X. *Chronicon Marii Aventicensis.*[9] « Incipit anno 456 quo Prosperi opus desinit, et concluditur anno 581. Fastos sequitur Occidentales, modo integros, modo dimidiatos, nulla lege » (p. LXIV).

XI. *Tabula paschalis Neapolitana*: codice Vaticano, Reg. 2077.

(1) Cf. RONCALLI, *Vet. Lat. chron.* t. I, pp. 559–634.

(2) Cf. BOUCHER, *Doctr. temp.* p. 211; VAN DER HAGEN, *Observ. in Prosperi chron.* p. 18 sqq.; RONCALLI, loc. cit. p. IX.

(3) RONCALLI, loc. cit. p. XXVII; GARZONIUS, *Idatii episcopi chron.* correct. et illustratum, Bruxellis, 1845.

(4) DE ROSSI, *Inscr. Christ.* t. I, pp. LXI–LXIII; et comment. ad inscriptiones 706, 711, 745, 821, 861 eiusdem operis.

(5) RONCALLI, op. cit. t. II, pp. 103–159; DE ROSSI, loc. cit. p. LXIII.

(6) RELANDUM, *Fast.* pp. 789–823; DE ROSSI, loc. cit. pp. LXIII–LXIV.

(7) PONTACUS, *In Eusebii et Hieronymi Chron.* notae pp. 801–804.

(8) BOUCHER, *Doctr. temp.* pp. 59 sqq.

(9) RONCALLI, loc. cit. t. II, pp. 399–416.

« Huius libri initium, ait Panvinius, est a septimo Constantii imp. et tertio Galli Caesari consulatu, perductusque est usque ad Mauricii imp. consulatum per annos plus minus cc ».[1]

FASTI ORIENTALES.

XII. *Marcellini comitis chronicon, ab ignoto auctore continuatum 566.* « Marcellinianis fastis, ait I. B. De Rossi, veterum monumentorum interpres parum proficiet ».[2]

XIII. *Victoris Tunnunensis chronicon.* Annos complectitur 444–566, eiusque testimonio quinam Occidentales consules in Oriente promulgati minime sint, vel maiore anni parte ignorati, possumus intelligere.[3]

XIV. *Fasti Graeci Florentini maiores, ab anno 222 ad 630.*[4] « Hi fasti, ait I. B. De Rossi, Orientalem consulum censum exhibent, ... (et) hypaticis temporum notis interpretandis et consulibus, qui in Occidente, ab iis qui in Oriente creati et promulgati sunt, discernendis (tabula haec fastorum) erit utilissima » (p. LXVII).

XV. *Chronicon paschale.*[5] « Hoc chronicon nemo nostris mediocriter litteris imbutus ignorat. Florentinos fastos vix biennio anteit; sed quoniam consulum laterculos historice, ut iam dixi, integratos profert, veterum monumentorum interpres saeculis quinto et sexto illis multo saepius fastis quam paschali chronico utetur » (p. LXVII).

ART. IV. — **De cyclicis notis.**

Fasti hucusque recensiti parum, errorum caussa quibus plerumque scatent, determinando inscriptionum tempori inservirent, nisi, sibi invicem collati, etiam cum notis cyclicis con-

(1) PANVINIUS, *Fasti*, edit. Venet. 1558, pp. 427, 428; DE ROSSI, loc. cit. pp. LXIV, LXV, LXVI.

(2) DE ROSSI, loc. cit. p. LXVI.

(3) RONCALLI, loc. cit. t. II, pp. 338–379; DE ROSSI, loc. cit. pp. LXVI LXVII.

(4) DODWELL, *Diss. Cypr.* App. pp. 11, 31.

(5) *Chr. paschale*, ed. DINDORF, Bonnae, 1832.

ferrentur. De istis igitur mihi loquendum restat, quae tertium temporum notarum constituunt genus. Est autem genus hoc trina divisione distinguendum, iuxta numerum cyclorum qui tres sunt:

1. Cyclus solis; 2. Cyclus lunae; 3. Cyclus indictionum.

Cyclus solis. « Non ipsos solaris cycli annos, sed hebdomadae dies, quorum series ab eius cycli orbibus tota pendet, Christianis epitaphiis identidem adscriptos legimus » (p. LXX). Sacer Christianis, sicut etiam Hebraeis, erat hebdomadae usus; sed ethnici quoque et praesertim Romani inde ab ultimis reipublicae temporibus antequam igitur hebdomada proprie Christiana fuerit instituta, cursum hebdomadae observare coeperunt.(1) Inventum enim est kalendarii Romani insigne fragmentum, quod una cum octonis nundinarum litteris etiam septenas hebdomadae litteras prae se fert.(2) Verum cum hebdomada, apud paganas inscriptiones dies quoque simul et hora frequenter consignabatur; nec insulse cogitari potest eiusmodi hebdomadae usum et astrologicis observationibus et superstitiosa faustorum vel noxiorum dierum atque horarum consideratione ethnicis inditum esse.

Utcumque, en duo harum inscriptionum specimina:

D · M – EROTIS ALVMNO – DVLCISSIMO ET PAMMVSO – CYMNICO VALENTINES – FILIES MEES VIXIT – ANNOS – · XVI · – DEFVNCTVS · EST · IDIBVS – IVNIS · DIE SATVRNI – ORA NONA.

(Mus. Kircher.).(3)

Tab. 10.

Leopardus benemerenti in pace, qui vixit annis XVIII menses VI depositus IIII idus Augustas, die Veneris (DII BENER). Florentius qui vixit annos XXVI.

(1) Cf. MOMMSEN, *Die Röm. Chronol.* 2ª edit. pp. 313, 314.
(2) DE ROSSI, loc. cit. p. LXXVII.
(3) Cf. GRUTERUS, n. 965; FABRETTI, 186, 421.

Aliunde ab Aegyptiis hunc morem temporis notas inscribendi ad Graecos Romanosque permanasse plus est exploratum quam ut demonstrari oporteat.(1)

Exinde fit ut, si sola hebdomada consignata habeatur, de Christianitate tituli potius cogitandum sit; ubi vero occurrant, cum vel sine hebdomadae nota, indicationes praefatae, pro ethnico plerumque ut superstitionem redolens titulus haberi debet.

Quod si dierum designationes alias temporis notas comitentur a superstitione evidentius alienas, tunc insigniter fastis certa ratione ordinandis utiles evadunt. Exemplum prodam:

CIVEM ARMENIACVM CAPPADOCEM
NVMINE QVIRILLV PIVS OMNIBVS
... PRECESSIT · AD PACEM
VI · ID · MART · POST CONSS RICO
MERE ET CLEARCO DIE LVNAE
. . . . . .(2)

Hoc epitaphium, vere insigne etiam ob geographicas notas quas exhibet, annum consulatus Ricomeris et Clearci designat ac modo absolutissimo confirmat. Scimus enim ex fastis, anno 384 fasces habuisse duos nominatos consules. Littera autem dominicalis sequentis anni est *E*; dies igitur lunae, iuxta computationem dominicalis litterae, VI idus Martias occurrit anni 385; qui quidem est annus post consulatum in titulo consignatus.(3)

(1) Cf. Letronne, *Inscr. de l'Egypte*, t. II.

(2) De Rossi, loc. cit. n. 355, p. 155.

(3) Utile, ut arbitror, evadet aliquod de litterae dominicalis cyclo facere verbum, licet hoc ad Paschalem computationem pertineat quam liturgiae alumni aliunde scire debeant. Litterae dominicales primae septem alphabeti litterae dicuntur, quae, primis septem diebus anni appictae, septenae deinde recurrunt usque ad diem 31 decembris. Septeni vero dies quibus litterae sunt consignatae tot sunt anni hebdomadae, in quibus eadem semper erit littera die dominica recurrens. Iam vero, si hebdomadae anni essent 52 tantum, nulla daretur mutatio litterae dominicalis, sed ipsa

Verum enim, nisi hebdomadae diei etiam mensis dies addatur, inutilia prorsus evadunt cyclus solis litteraque dominicalis, quippe quae nullam opem ad confirmandam consularem notam praestent. Exemplo sit haec inscriptio:

HIC IACET
SANCTVLVS
FAMVLVS DEI
ANNO III ET MESE
SES IIII PAVSAT DTE (*sic*, = DIE)
MERCVRI ASTO
RIO VC CONS

Sane Astorius iste, clarissimus vir et consul, potuit vocari Asturius, et tunc epitaphium ad annum 449 pertineret; sed

semel statuta, eadem semper recurreret; nempe, si primus anni dies, exempli gratia, dominicus sit, littera dominicalis esset A, neque unquam mutaretur. Verum annus 52 hebdomadas et diem continet, unde anno sequenti dominicus erit ultimus dies anni, primus vero sequentis anni erit *dies lunae*; tertio autem anno, dies dominicus erit penultimus, primusque subsequentis anni dies martii erit. Itaque littera dominicalis hac mutabitur ratione, ut si initio cycli littera A dominicalis sit, succedentibus annis, series harum litterarum erit: A G F E D C B pro primis septem annis; deinde iterum inciperet eadem series. At quarto quoque anno bissextus recurrit, turbans ordinem illum, unde necesse est duas dominicales litteras anno bissextili designare ex quo fit ut nonnisi post 28 annos litterae dominicales eodem recurrant ordine et novus earum incipiat cyclus. En huius cycli descriptio:

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
g	e	d	c	b	g	f	e	d	b	A	g	f	d	c	b	A	f	e	d	c	A	g	f	e	c	b	A
f			A				c				e				g				b				d				

Haec tabella pro temporibus ante Gregorianam kalendarii reformationem solummodo valet, quod sufficit instituto nostro. Ut vero littera cuiuslibet anni facile inveniatur, debet studiosus anno dato numerum novem adiungere, quia eiusmodi cyclus coepisse supponitur novem annis ante aeram Christianam; deinde dividitur per 28. Exemplum sit annus 540 cuius littera dominicalis quaeratur: $\frac{540 + 9}{28}$. Residuus huius divisionis est 9, cui numero in descripta tabella litterae $\frac{d}{c}$ respondent; est igitur annus 540 bissextilis habens duplicem dominicalem litteram $\frac{d}{c}$. Quod si nullus esset residuus, tunc littera illius anni numero 28 responderet.

fortasse etiam in epitaphio cum Asterio est confusus, quem quidem alium esse ab Asturio, haud improbabile est; proindeque ad ceteras recurrendum est temporis notas ut dubium solvatur: verum unica manet nota: DIE MERCVRI, quae per se solam non sufficit.

Christianos ab Hebraeis hebdomadam accepisse manifestissimum est, non vero ab Aegyptiis vel a Graecis; Romanos autem Iudaicam hebdomadam observasse ex pluribus patet antiquis auctoribus,(1) et nota sunt callida verba quibus Horatii quidam amicus ab omni negotio tractando se eximebat, quod *trigesima sabbata essent.*(2)

Quin immo, iam saeculo secundo Romani etiam Christianae hebdomadae cursum observarunt; Patres enim clare innuunt diem quem Christiani *dominicum* vocabant, *diem solis* scilicet, et ipsis ethnicis pariter solemnem fuisse.(3) Titulus quidam votivus a Mommsen relatus id evidenter confirmat *diem Iovis* ciens, *X kal. Iunias Antonino II et Geta consulibus*(4) (an. 205, littera dominicalis *F*).

Exeunte saeculo quarto parem Christianis atque Hebraeis hebdomadae cursum fuisse haud est dubium. Cuius rei praeclarum in Kircheriano museo extat monumentum, epitaphium scilicet ea ratione ex parte exaratum quam βουστροφηδόν dicimus, nempe alternis vicibus a dextra ad sinistram et inde a sinistra ad dexteram, bovis more arantis, legendum; quod antiquissimarum inscriptionum proprium est. Dicit autem:(5)

VALENTINIANO III ET EVTROPIO CONSS KAL · OCTOBRIS
DIE BENERE ... BARVALENTINI ...

Quod inscriptio illa Iudaica sit patet ex nomine BARVALENTINI. Epitaphium denique ad annum pertinet 387, quo

(1) Cf. Ioseph. Flav. *Contra Apion.*. II, 39; Tertull. *Apol.* c. 16.

(2) Horatius, *Satira* IX, vv. 68–72.

(3) Iust. M. *Apol.* I, 67; Tertull. *Apol.* c. 16.

(4) Mommsen, *Röm. Chronol.* 2ª ed. p. 312.

(5) Non solum in Graecia, sed et Romae antiquitus bustrophedo modo inscriptiones redactae sunt, ut e famosa patet Romani Fori stela, paucis abhinc annis inventa.

solis cyclus littera dominicali *C* designatur et cui ceterae temporis notae conveniunt: *Kal · octobribvs, die veneris.*

Cyclus lunae. — Explicatio huius cycli longior esset quam ut possim eam hic aggredi; neque ita pro meo instituto confert inscriptionibus illustrandis ut operae pretium sit fuse in tali descriptione immorari, nam inscriptiones his notis munitae haud multae reperiuntur. Verumtamen non silentio omnino premendum quinam fuerit per diversas primaevas aetates huius supputationis modus, eo magis quod fere omnes epigraphiae periti I. B. De Rossi anteriores, in epigraphicis eiusmodi notis determinandis, longe a veritate aberraverint. Cyclorum insuper supputationumque paschalium series quodammodo ipsae retegunt, nobisque in hac paschali quaestione notitias certas exhibent, quas in auctoribus frustra quaereres. Nihilominus, qui earum quae sum expositurus rerum penitiorem habere cognitionem desiderat, atque affirmatae doctrinae rationem ultimo intelligere velit, nempe diversi cycli quid sint et quomodo inveniantur, adeat auctorem, a nobis iam, operis huius initio, merito laudatum, Ferdinandum Piper in praeclaro suo libello de Latinis et Graecis paschalibus tabulis medio aevo conscriptis.(1)

Cycli lunaris usus apud Romanos superstitionis caussa viguit; sed quamvis in domesticis tabellis inveniatur,(2) haud in titulis aliisve monumentis apparet, si unum et alterum exemplum excipias.(3)

Christiani vero, primo et altero saeculo, proprium habuisse cyclum, octoginta scilicet quattuor annorum, reputati sunt quidem a P. Boucher aliisque, sed falso.(4) E contrario indubium est ipsos primaeva aetate definitionem paschalis lunae a Iudaeis petiisse neque computationem propriam habuisse. Cuius rei ratio praecipua his I. B. De Rossi verbis declaratur: « Cum

(1) *Karls des Grossen Kalendarium und Ostertafel nebst einer Abhandlung über die lateinischen und griechischen Ostercykeln des Mittelalters*, Berlin, 1858.

(2) PETRONIUS ARBITER, *Trimalch.* c. 30.

(3) MOMMSEN, loc. cit. pp. 312, 313.

(4) BOUCHER, *De doctrina temporum*, pp. 316 sqq.

Iudaei hac in re saepe errarent, neque inter Christianos deessent, qui eos redarguere possent et meliora proferre, tale quidpiam ne facerent *apostolicis constitutionibus* interdictum illis est. Quae, monente Epiphanio, concordiae et pacis cum fratribus *ex circumcisione* fovendae studio, primis Christianae Ecclesiae exordiis edita lex est; ideoque si qui eorum in his ratiociniis essent errores, tolerari praeceptum » (pp. LXXIX).[1] Verum nulla Christiana inventa est inscriptio quae lunaris cuiuscumque supputationis notas prae se ferret.

« Saeculo tertio ineunte, nulla iam causa erat, cur Iudaeorum in definiendo paschate placitis Christiani obsequi pergerent; quin imo ab synagoga, quae Christum pertinaci consilio oppugnabat, fideles in dies magis abhorrebant; et Romana Ecclesia Quartodecimanis, qui eodem cum Iudaeis die lunae XIV pascha celebrari debere contendebant, acriter obsistebat. Romana igitur Ecclesia cyclorum usum adscivit, quos inveniendo paschati perpetuo adhiberet, et sic ab omni in posterum Iudaeorum errore ac societate caveret » (p. LXXIX).

Saeculo tertio, Hippolytus, ut dicitur, lunarem sive paschalem cyclum descripsit, canonem vocatum, quem exordium seu quasi caput habentem anno 222 (initio scilicet imperii Alexandri Severi) sedecennibus contexit periodis atque septem sedecenniis conclusit, nempe centum et duodecim annis; quibus elapsis, cyclus incipere rursus debuisset. Eiusmodi computatio ita mirabilis visa est, ut marmori incideretur posteris commendanda, idque ad pedes eius statuae qua fuerat, rarissimo exemplo, eius sepulcrum decoratum.[2]

Huius vero canonis artificium auctores ex integro intelligere nequiverunt, eo quod nemo ante I. B. De Rossi ad quoddam *computum paschale* Cypriano adscriptum attenderit.[3] In

(1) Cf. EPIPHANIUS, *Haer.* LXX, 10.

(2) Statua haec cum computatione quam supra dixi, marmoreae sedi litteris incisa Graecis, ex Agro Verano, ubi Hippolyti sepulcrum et basilica fuit eius nomini dicata, prodiit in lucem; hodie in museo Lateranensi asservatur.

(3) S. CYPR. *Opp.* ed. MIGNE, pp. 937-71.

eo enim tabella canoni Hippolyti paene gemina reperitur, qua canon ille explicatur et declaratur.

Canoni autem Hippolyteo error inerat trium dierum pro singulis sedecenniis, unde cito alia necessario requirenda computatio fuit.

Ad illum ergo corrigendum errorem tabella, quam commemoravi, Cyprianica exarata est, cuius auctor putans inde errorem profluxisse, quod cursus lunae computatus fuisset a primo mundi creationis die, cum e contra nonnisi quarta die, Scriptura Sacra testante, luna creata fuerit, errorem sibi posse corrigere persuasit tribus intercalatis diebus. Fuit *error peior priore*.

Ad annum 269 pertinet epitaphium cuiusdam Severae, his notis insigne: *nonarum Novembrium diei Veneris et Lunae XXIIII*; quae notae alium videntur innuere cyclum multo Hyppolyteo perfectiorem, quia inibi lunae est perfectissima computatio.(1)

Ab anno 298 nova incipit cycli supputatio annorum LXXXIV, quae *Romana supputatio* vulgo appellatur. Etenim extat Christiana anni 327 inscriptio quae novum hunc cyclum a kalendis Ianuariis, die Saturni, anni 298 sumpsisse initium confirmat.

VALENTINE QVE VIXIT ANNOS XXXVI
DECESSIT · VI KAL · MAR · DIE BENERIS
LNA XVII (2)

Re enim vera, luna XVII diei VI kal. Martias anno trigesimo respondet cycli praefati, ab anno 298 incipientis. Verum quidem est epitaphium hoc etiam annos 411 et 495 respicere posse, id est annum trigesimum secundae et tertiae evolutionis cycli; sed, exeunte saeculo quinto, iam Victorianum canonem viguisse haud est dubium, et indoles inscriptionis initium potius saeculi quarti innuit.

Nicaena synodus, anno 325 congregata, dum ipsam cycli computationem LXXXIV annorum servavit in paschate determinando, integrum tamen Alexandrinis reliquit ut propriis

(1) I. B. De Rossi, loc. cit. p. LXXX.
(2) I. B. De Rossi, loc. cit. p. 253.

uterentur paschalibus ratiociniis; quod si, ut eventurum erat praevisum, aliquando Aegyptiorum pascha minime cum Romano conveniret, libera utrinque esset disceptandi potestas, donec Romanus pontifex ultimo statuisset circa rem decernendum. En quid auctor tabulae paschalis a Christi morte ad annum 448, Leonem Magnum alloquens habet in prologo: « Unde cum ex iudicio venerabilium patrum Aegyptiae ad haec scientiae emineret auctoritas, ita paschalis revolutionis ordinem credidimus digerendum, ut, ubi duplicem denuntiationem opinionum diversitas facit, subnotatio nostra non desit et quid electatione (id est *electione*) tua, ad quam cuncta respiciunt, dignius videatur ostendat. »[1]

Anno 382 nova eiusdem Romanae supputationis periodus incoepit, cuius indicium certissimum quaedam anni 397 inscriptio, in Cyriacae coemeterio reperta, nobis profert:

MEMORIAE ANASTASIAE
FLAVIO CAESARIO ET NONIO ATTICO
VIRIS CLARISSIMIS CONSVLIBVS
V KAL · MARTIAS DIE MERCVRII
LVNA XII RECESSIT DE HAC LVCE
PVELLA NOMINE ANASTASIA QVAE
VIXIT ANNOS NVMERO IIII DIES VI

(1) « Hinc », ait I. B. De Rossi, loc. cit., « lucem quoque capiunt ea, quae anonymus auctor *libri de computo* suo LXXXIV annorum laterculo adscripsit iis annis, quibus dubia erat paschatis indictio; *quia una* (paschatis dies) *observanda* est, erit in arbitrio summi sacerdotis conferre cum presbyteris, qui dies eligi debeat ». (MURATORI, *Anecd. ex Ambros. codicibus*, III, 204–207). Pergit vero clarissimus auctor: « Neque sane summi sacerdotis nomine quilibet heic episcopus, sed solus Romanus Pontifex potuit venire: siquidem et Arelatensis et Nicaenae synodorum decretis et tota paschalium controversiarum historia patet quam sollicite Christiana ecclesia curavit ut uno eodemque die omnes pascha celebrarent; quare nihil ab antiquitatis sensu alienum magis, quam excogitare singulis episcopis esse permissum, ut unusquisque, quem vellet, *arbitrio suo* paschatis diem eligeret » (loc. cit. pp. LXXXVII–LXXXVIII). Quae omnia luculentissime probat auctor magna scriptorum copia.

CAPUT II.

Criteria chronologica.

ART. I. — **De aetate inscriptionum quaerenda, quae nulla temporis nota munitae sunt.**

Maximi haec quaestio momenti est, propterea quod antiquiora epitaphia et ea quae dogmata significant plerumque temporis certo indicio carent; atque, praeter lectionem, in aetate inscriptionum quaerenda proprie magis veriusque archaeologi praestantia consistit.

Atqui inprimis de loco ubi inscriptio apposita erat videtur esse quaerendum; idque Romae praesertim, ubi coemeteria subterranea in usu quidem ad saeculum usque sextum fuere, verum subdialia coemeteria iam a saeculo quarto institui coepta sunt. Non raro in subterraneis coemeteriis inscriptiones suo loco inveniuntur, aut unde avulsae sint facile recognoscitur; sed non ita de subdialibus coemeteriis dici potest, ubi, dirutis aedificiis atque sepulcris, solum centies excavatum fuit. Tabulae loculis claudendis adhibitae in viis subterraneis subtiliores sunt ceteris atque oblongae; insuper earum marginibus calx qua tabulae fixae erant adhuc plerumque adhaeret. E contra inscriptiones subdiales, tabulis crassioribus incisae, modulo formaque facile a subterraneis distinguuntur. Subterraneae insuper, nisi sepulcris fuerint instratae, quae in pavimento viarum effossa sunt (quo in casu vix quidquam differunt a titulis sepulcra in pavimento basilicarum et exedrarum effossa claudentibus), epitaphia leviori incisa scalpro prae se ferunt. Notandum etiam tabulas uti mensas arcosoliorum adhibitas crassiores largioresque necessario fuisse. Denique non raro fiebat

ut loculus non unica tabula quae frontem eius aequaret clauderetur, sed duobus vel pluribus marmoreis aut figlinis fragmentis; quae proinde, ut subterraneum loculum clausisse certo putentur, exteriora debent calcis vestigia exhibere, aliaque id genus indicia. In istis omnibus, ut verbis utar I. B. De Rossi, sagax praesertim oculus et adsiduo usu exercitatus omne saepe dubium excutiet.(1)

Loco ubi affixa erat tabula invento, facile de sepulturae aetate certa haberi potest notitia. Hinc observanda nempe veniunt quae fuse in primo operis huius volumine explicata sunt circa coemeteriorum antiquitatem et quidquid ad formas architectonicas, ad modum excavandi et claudendi sepulcra, ad eorumque ordinem, demensiones et libramenta pertinet.(2)

His stabilitis terminis ad pressius singularum inscriptionum aetatem definiendam proceditur, quam « examinatis litterarum formis, lingua, stilo, propriorum nominum ratione atque indole appictisque symbolis et ornamentis atque horum indiciorum omnium complexione facta, in singulis inscriptionibus probabili non raro sententia definies. Quod si locum quoque, ubi inscriptio posita primitus est, exacte compertum habueris, aliasque eodem loco positas inscriptiones reppereris et simul omnes examinaveris, earumque familiam descripseris, tum de aetate, late saltem sumpta, vix unquam grave dubium supererit » (p. CVIII).

Cum autem, in primo huius operis volumine,(3) abunde exposuerim anniversarium depositionis diem a Christianis celebratum fuisse, idque ab apostolica inde aetate fieri coeptum, forsitan non deerit qui credat antiquissima epitaphia debere eiuscemodi depositionis prae se ferre notam qua inscriptionum aetas expedite definiri queat. Sed ita res se habet. Etenim vix raro illa, saeculo secundo, mensis et diei depositionis mentio in

(1) I. B. De Rossi, loc. cit. p. CIII.

(2) Non mediocri fructu hac in re liber clarissimi P. Bonavenia consuli potest: *Contr. sull'epitaffio di S. Filomena*, Roma, tipogr. della *Vera Roma*, ubi egregie et data opera de hoc chronologico indicio tractatur.

(3) Vol. I, *pars prior*, pp. 331–332.

inscriptionibus invenitur, proprieque magis saeculo nonnisi tertio incipit; ex quo quidem, progressu temporis, ita crebrior occurrit ut medio saeculo quarto paene numquam desit. Cuius vero facti si caussam exquiras, verisimillimum dicam, priscis temporibus, Christianos talem notam sacris diptychis vel privatis uniuscuiusque familiae scriptis mandandam fuisse arbitratos.

Hac igitur animadversione praetermissa, ad cetera quae supra notavi exploranda criteria accedam.

Art. II. — De criterio chronologico e stilo deducendo.

I. B. De Rossi manifesto deprehendit numerosas valde esse eas subterranearum inscriptionum familias a quibus formulae tempora designantes constanter absunt, et quae stili simplicitate, dictionis ac litterarum munditie, nominum antiquitate arcanisque appictis symbolis, titulorum saeculi quarti sunt dissimillimae. Unde illustris archaeologus collegit « alium esse stilum inscriptionum Christianarum, qui ante redditam Ecclesiae pacem viguit, alium, qui post pacata Ecclesiae tempora » (p. cx).

Quoniam nihil amplius de hoc argumento dici potest, quod iam a I. B. De Rossi dictum non fuerit, eius lubet ipsius verbis incipere:

« Duo Christianarum inscriptionum genera sunt, alterum ab altero tota dictione ac stilo valde diversum. Primum simplicitate ac brevitate unice gaudet. Nuda saepe nomina, nec praeterea quidquam: nam neque defuncti aetas, nec mortis dies, nec quis titulum posuerit, adscriptum. His titulis, qui in antiquioribus hypogaeis frequentissimi sunt, varii generis symbola ac praesertim arcana haud raro appicta: Graecarum quoque litterarum usus in iis adeo creber, ut nonnumquam Graecae inscriptiones Latinas numero vel aequent vel vincant ».[1]

Notandum hic venit, antequam stilus epigraphicus Christianus formatus est, non solum nuda nomina, sed, ut alibi

(1) Loc. cit. p. cx. — De symbolorum aetate infra loquendum; de lingua vero iam supra dixi.

ipse De Rossi affirmat probatque, etiam ethnicas formulas in Christianis epitaphiis quandoque adhibitas fuisse; cuius rei exemplum in sequenti titulo, ex coemeterio Lucinae via Ostiensi effosso, exhibetur:

DORMITIONI
T · FLA · EVTY
CHIO · QVI VI
XIT · ANN · XVIIII
MES · XI · D · III
HVNC · LOCVM
DONABIT · M ·
ORBIVS HELI
VS · AMICVS
KARISSIMVS
KARE (duo panes et duo pisces) BALE

Titulus procul dubio Christianus est, idque ex loco unde extractus est, ex vocabulo DORMITIONI et ex symbolis deducitur; formula e contrario prorsus ethnica apparet.(1)

Pergit vero auctor noster: «His ipsis titulis (idest nuda nomina referentibus) alii commixti ut plurimum sunt, qui praeter nomina adclamationes exhibent, sive Graecas, sive Latinas nativam elegantiam ac priscum saporem referentes; puta, *vivas in Deo, in Christo, in Domino, in pace, cum sanctis*, ac si quae sunt similes: *pete pro nobis, pro parentibus, pro coniuge, pro filiis, pro sorore*; *refrigera, in refrigerio, spiritum tuum Deus refrigeret, Deus tibi refrigeret*, aliaque id genus multa. In his formulis illud quoque animadversione dignum existimo, quod defunctorum animas non raro *spiritus sanctos* appellatas agnosco.(2) Sunt et tituli qui defuncti aetatem, diem mortis vel *depositionis*, aliquam item defuncti laudem, nomina eorum qui monumentum fecerunt commemorant, veteris tamen stili

(1) Aetas huius epitaphii eruitur e loco stiloque; sed et praesertim ex nomenclatura: *Eutychio Tito Flavio*, quae inter libertos Flaviorum temporum vigere coepit. — Cf. De Rossi, *Roma sott.* t. I, p. 186.

(2) Non raro neutrum pro masculino genere usurpatum cernitur.

formulis ac sobrietate, saepe etiam elegantia. Quod si in his epitaphiis scriptura, dictio, sermo non modo ab elegantia, sed ab ipsis quoque grammaticis legibus non semel abhorrent, id ab auctorum rusticitate et vernaculae linguae ac pronunciationis genio, magis quam a saeculi barbarie, esse repetendum satis intelligitur » (p. cx).

Nempe quatenus progressionem exhibent, eiusmodi characteres tria plus minusve indicant tempora: nuda nomina, saepe cum gentiliciis aliisque vocabulis, primum et secundum saeculum spectant; formulae optativae recensitae ad secundum saeculum et tertium; nota depositionis ad tertium et sequentia saecula pertinent.

Insuper, uti iam notavi adclamatio *in pace*, dum ipsa raro saeculo secundo apparet, saeculo tertio ita crebrescit, ut in titulis saeculi quarti fere numquam desit. Adclamatio autem *pax tecum*, saeculo secundo propria, tertium raro transgreditur. Praeterea vox *depositio* Graece primum apparet (κατάθεσις), quam genitivus nominis defuncti sequitur, deinde latine; sed in singulis casibus facile non est dicere quaenam forma sit prior. Medio circiter saeculo tertio, ad litteras DEP., KAT. reducitur illa vox, et eiusdem sub finem saeculi ita etiam contrahitur: D P., D. Eodem vero tempore non raro voces: *decessit, cessit, excessit, recessit, reddidit*, apparent, aliquando ad paucas litteras et etiam ad unicam initialem coarctatae: DEC., CES., R. Idem de voce *benemerenti* dicendum quae saeculo quarto, sicut alia illa *in pace*, vix unquam deest, sed non raro una et altera littera tantum expressa: B · M ·

Criteria ista etiam pro coemeteriis extra Urbem valent, si tamen advertas eiusmodi mutationes tardius generatim evenisse extra Romam quam in Urbe; cuius rei caussa in maiori Christianorum numero Romae degentium quaerenda est.

« Aliud contra Christianarum inscriptionum genus est a prisca simplicitate ac vernaculo hoc sapore diversissimum. Familiae inscriptionum quae ad hoc genus spectant, aetatem quam defunctus vixerit, diem mortis ac praesertim sepulturae aliaque quae sepulcralis tituli propria sunt; vix unquam omittunt com-

memorare; haec ipsa tamen formulis exprimunt et collocatione verborum a vetere stilo satis diversis. A defunctorum laudibus tituli saepe sumptum exordium, quas non raro ampullis et sesquipedalibus verbis amplificatas leges, puta *mirae sapientiae, innocentiae sanctitatis* viro vel feminae; item quae defuncti conditio fuerit, passim significatum, id quod in prisci generis titulis vix rarissime fit. Aliae huiuscemodi inscriptiones sunt, quarum paene omnium initium est *hic requiescit in pace, hic quiescit, hic iacet, hic positus est*, quae item initia a prisci generis titulis solent abesse. Demum adclamationum, quarum nativum saporem supra laudavi, in toto hoc inscriptionum genere ultima paene sunt obliterata vestigia» (p. CXI).[1]

Haec veluti indubia habenda egregius archaeologus demonstrat, mille trecentas et quadraginta inscriptiones postconstantinianas exponens atque illustrans. In tanta enim monumentorum multitudine, ut eius verbis utar, priscas illas adclamationes ne semel quidem reperies; dictiones vero, quae ad earum adclamationum stilum aliquomodo accedant, vix ullas. Semel tantum legitur: *iit ad deum, vixit deo, petitus in pace, accepta apud Deum*; numquam vero voces: *vivas, pete, refrigera*, occurrunt, nisi in prolixi cuiusdam tituli fragmento in quo legitur: *refrigeretur anima eius.*

(1) Huius in formulis differentiae caussam ita perbelle persequitur auctor: « His indiciis nemo non intelligit primum illud inscriptionum genus epigraphicum stilum referre, qui ante pacata ecclesiae tempora viguit; alterum vero eum stilum, quem ipsa pax et securitas suapte natura invexit et in Christianas inscriptiones insinuavit. Nam dum Romanis proscripta legibus Christiana religio erat, et qui ei nomen dederant modo lenius modo acerbius vexati, hi carorum sepulcra alte sub terra condentes titulosque inscribentes perpetuis tenebris destinatos vix unquam de rerum atque hominum memoria posteritati prodenda cogitarunt. Hinc ea simplicitas, hinc eae dulcissimi sensus ac pietatis plenae dictiones atque adclamationes. Pace deinde Christianis data et divinae religionis victoria in dies firmius constituta, contrariae causae extitere, quibus epigraphicus stilus immutatus necessario est, et ipsi sepulcrorum tituli privatae ac publicae memoriae causa fieri coepti sunt ac proinde annorum quoque notis passim consignari» (loc. cit.).

Luce meridiana clarior res evadet si praeconstantinianarum inscriptionum temporis notis munitarum exempla, quae valde pauca extant (triginta nempe dumtaxat contra mille trecenta et quadraginta postconstantiniana) attenderis his apud innumeros postconstantinianos titulos quasi inauditis promiscue insigniri formulis: *vivas inter sanctos, filiae carissimae et spiritui sancto tuo, refrigera cum spiritibus sanctis, deo reddidit spiritum sanctum, arcessitus ab angelis, receptus ad Deum, dulcis anima pie zeses.*

Hae clarissimi archaeologi conclusiones eaedem permanent etiam post tot, in ultimis fossionibus, praesertim in coemeteriis Commodillae et Marci et Marcelliani, inventa epitaphia. (1) Notamus autem formulas: *mirae bonitatis atque sanctitatis, mirae industriae atque bonitatis, mirae innocentiae ac sapientiae* et alias eiusmodi sub medium saeculum quartum apparere ac multiplicari; sub finem vero eiusdem solemnia illa epitaphiorum sequioris aevi exordia: *hic positus, hic iacet, hic quiescit, hic requiescit* in usu esse inceperunt; quae fere nunquam in epitaphiis saeculi vergentis quinti et ineuntis sexti desunt.

Art. III. — De criterio chronologico e nominum indole et ratione deducendo.

Indicium chronologicum ex indole et ratione nominum petitum prorsus universale est; nempe ad omnia epitaphia se extendit, quia in ipsis si aliud quidpiam desit, nomen tamen defuncti abesse nequit.

Non raro, in sepulcris saeculi primi et secundi, epitaphia Christiana, non secus atque ethnica ingenuorum epitaphia, tria prae se ferunt nomina, nempe *praenomen*, *gentilitium* et *cognomen*. Praenomen iam saeculo secundo rarius fit; medio autem saeculo quarto non nisi cognomina in sepulcris leguntur. Flavii tamen

(1) Cf. *Nuovo Bull. d'arch. crist.* an. 1904, pp. 41–184. — Vide etiam an. 1902, pp. 55–71 ubi, veluti specimen ingentis de consularibus inscriptionibus studii proxime evulgandi, plures postconstantiniani tituli, rossianas confirmantes conclusiones, a clarissimo Carolo Morey exhibentur.

gentilitium nomen perdurat etiam per quintum saeculum et sextum, praenominis instar vulgo adhibitum.[1]

Item in titulis praeconstantinianis nota temporis instructis, quos viginti tres dumtaxat I. B. De Rossi numeravit, nobilissima nomina leguntur, ut *Servilia, Claudius, Cornelia* bis, *Aurelius* sive *Aurelia* sexies, *Cocceia, Marius, Catilia, Vibius, Cervonia, Antonius, Ignatius, Statilia, Valerisus, Iulia, Caesius, Marcia.* Saeculo quarto, rarissima cernuntur; saeculo vero quinto et sexto semel tantum nomina *Aurelius, Iulia* et *Clodia* leguntur.

Sed etiam ratio cognominum apud Christianos a vetere cognominum indole ac delectu longe alia fuit. Loquatur iterum De Rossi:

« Vertente saeculo tertio, Graeca cognomina servorum, libertinorum, exterorum et vulgarium hominum propria, item Latina a gentiliciis derivata et in *anus* desinentia, Latinis novae formae cognominibus locum paullatim cessere. Haec novae formae cognomina varia sunt, sed illa maxime, quae in *antius, entius, ontius, osus* desinunt; puta Vincentius, Amantius, Leontius, Bonosus. Praeterea non pauca a Christianae relligionis doctrina, sacris et fastis palam deducta ac sensim recepta cognomina; puta Deusdedit, Adeodatus, Quodvultdeus et similia, Anastasius, Paschasius, Martyrius, Petrus, Iohannes, Thomas, aliaque id genus; item a sollemnibus Christiani sermonis dictionibus ac formulis, puta Refrigerius, Renatus, Bonifacius; fortasse quoque a demissione animi, quam Christiani profitebantur, qualia exempli gratia sunt Stercorius, Proiectus, Contumeliosus.[2] Haec cognomina alia quarto, alia quinto ac sexto saeculis frequentissima in viginti et tribus illis Constantino

(1) Flavii nomen, ex eo quod imperatores saeculi quarti illud sumpsissent, ad eorum innumeros clientes atque milites transiit, tamque commune factum est, ut quasi praenomen adhibitum fuerit, idque praesertim ab illis qui ex barbaris Romani facti sunt. — Cf. *Bull. d'arch. chrét.* an. 1875, p. 52.

(2) Cf. CANNEGIETER, *De mutata nominum ratione*, p. 77; CAVEDONI, *Notitia sull'opera del Le Blant*, p. 10.

antiquioribus titulis haud occurrunt; sed eorum loco Prosenes, Marciani duo, Marciana, Hilaritas, Paulae duae, Primus, Athenais, Procope, Heraclitus, Xanthias, Heraclia, Pastor, Titiana, Chreste, Leuces, Severae duae, Seleuciane, Sabutius, Fimus, Silvana, Semnus, Alexander, Alexandra, Serotina, Victor, Paternus, Simplicia, Liberius, Eustochia, Leontius » (p. CXIII).

Hae autem regulae, ex inscriptionibus certissimae aetatis erutae, mirum quantum congerie epitaphiorum in subterraneis coemeteriis inventa confirmantur. Enimvero Romana illa coemeteria quae ecclesiastica traditio et antiqua documenta ad tria priora saecula pertinere affirmant, inscriptiones prodiderunt assimillimas inscriptionibus quas etiam I. B. De Rossi in citato opere ut Constantiniano aevo anteriores recensuit: videlicet, in regionibus primi saeculi et secundi, nuda nomina, eaque saepe nobilissima et secundum *trium nominum ius* consignata in virorum inscriptionibus; bina vero, ut moris erat, in mulierum titulis. Ecce utriusque in unica inscriptione exemplum:

L · CLODIVS · CRESCENS · CLODIAE · VICTORIAE ·
CONIVGI · INCOMPARABILI · (1)

In regionibus autem tempore posterioribus semper tituli aetati congruentes iuxta normas praefatas inventi sunt. (2)

Aliud insuper chronologicum indicium eruit I. B. De Rossi ex Augustorum atque Caesarum historia serieque, quatenus his non raro determinari potest quibusdam saeculis vel etiam annis quaedam nomina fuerunt numerosiora. Multi enim fuere, ut etiam hodie fit, qui principum nomina susciperent, obsequii, honoris aliave caussa, (3) ita ut apud privatos cives illius aut istius imperatoris nomen usurpandi mos hac maxime invaluerit aetate qua ipse ille aut iste regnavit. Paene incredibile forsan

(1) De Rossi, *Roma sott.* t. I, p. 193.

(2) De Rossi, *Roma sott.* t. I, pp. 184–197, 321–340 et in ceteris tomis passim.

(3) Cf. Henzen, *Annali dell'Ist. di corr. arch.* t. XXII, pp. 22 sq.; Le Blant, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. I, p. 403.

alicui videbitur in Christianis etiam titulis evidentissima huius rei indicia apparere. Sed ipse De Rossi loquatur: « Sane in titulis vix undecim, qui ante extremum tertii saeculi tempus positi sunt, septem Aurelios vel Aurelias deprehendo, dum tituli ea aetate recentiores mille fere et ducenti nonnisi decem Aurelios Aureliasve exhibent:(1) Constantiniano saeculo Constantini sive Constantii, Constantiaeve multiplicantur » (p. CXIII).

Criteria omnia ista sese invicem complent ac confirmant, paucis exceptis casibus, in quibus aut lapicidae imperitia aut alia de caussa exceptio datur. Quapropter haec De Rossi vere aurea verba de duplici epigraphico stilo, in aetate epitaphiorum investiganda consideret studiosus velim: « Haec stili epigraphici Christiani Constantiniana aetate inducta mutatio tota repente fieri haud potuit; neque qui anno 312 vivebant Christiani, statim atque edicta Mediolani ecclesiae libertas est, veterum sepulcralium praesertim titulorum formulas ex animo obliterarunt. Qui Diocletianeas vexationes erant experti vel in ea temporum calamitate alti atque educati, caras illas adclamationes ac formulas, quibus adsueverant, in Constantinianae aetatis titulis certe identidem adhibuere; earumque usum primo rariorem, deinde rarissimum, nonnisi sensim oblivioni datum esse ipsa rei natura fert » (p. CXIV). Neque tandem canon ille praetermittatur, oblivionem veterum formularum Romae maturiore gressu incessisse.

Notatum est praesertim ab Edmundo Le Blant in unaquaque regione, imo saepe et in unaquaque urbe, specialem aliquam epigraphicam dominatam esse formulam, quae alibi minus frequenter occurrit, aut propriam aliquam adfuisse quae alibi non inveniatur.

(1) Gentilicium *Aurelius* saepe quoque alternatim cum *Aelius* in coemeterii S. Callisti recurrit regione, quae priscorum tempore Antoninorum effodi coepta est (cf. De Rossi, *Roma sott.* t. II, pp. 252–253). Aelius enim Antonini Pii nomen fuit; Aurelius vero proprium nomen fuit fere omnium imperatorum huius familiae (cf. *Bull. d'arch. chrét.* an. 1875, pp. 61–64).

Praecipuas huiuscemodi formulas referam, summatim tamen pro instituto et secundum regiones.(1)

In Aegypto:

ΕΠ' ΑΓΑΘΩ - Ο ΜΑΚΑΡΙΟC (2)

In Africa:

MEMORIA - IN PACE VIXIT (3) PRAECESSIT - DECESSIT
DISCESSIT - RECESSIT - SVB DIE

In Apulia:

HIC REQVIESCIT IN SOMNO PACIS - DEPOSITIO EIVS III IDVS

In Aquitania:

TRANSIT IN ANNOS

In Belgica prima:

PRO CARITATE - TITVLVM POSVIT - HIC IACET
HIC IACET IN PACE - PATRES

In Belgica secunda:

VBI FECIT NOVEMBER DIES XV - DEFVNCTVS EST

(1) Cf. LE BLANT, *Manuel d'épigr. chrét.* pp. 76 sq.; KRAUS, *Die römischen Katakomben*, pp. 463, 466.

(2) Haec formula, *beatum* defunctum vocans, simplicem fidelem designat, minime vero intelligenda est quasi *sanctum* vel martyrem indicet; Latine vocibus *benemerenti*, *bonae memoriae* et similibus, respondet; nec in Palestinensibus epigraphis aliae desunt eiusmodi voces: $\overline{\text{XY}}$ ΔΟΥΛΟC (Christi servus), Ἐνθάδε κατετέθη Στέφανος εὐλασ(ης) ... (Hic depositus est pius Stephanus ...). In Oriente aliquando sepulcralis titulus ex sacrae Scripturae versiculo aut solemni aliqua relligiosa sententia incipit, quod Byzantino aevo in morem transiit, neque ad sepulcra solum sed etiam ad templa et ad domorum portas adhibitum.

(3) Formula haec a Romana eiusdem generis formula differt; ista enim variis explicatur modis: vel additamentum aliquod eam comitatur: *dormis, dormit in pace, vivit in pace, ingressa in pace, recessit, reddidit, recessit in pace*; aut optativum habet sensum: *vivas in Deo, in Christo, in* ☧, *i* ☧ *n, te in pacem* (*suscipiat Deus*) etc.

In Bruttio, Campania, Apulia:

B · M (id est bonae memoriae) in loco siglae D · M (dis manibus). (1)

In Campania:

IN AVLA REGNI TVI – INDVC EOS IN CAELESTIA REGNA

In Cilicia:

ΤΟΠΟC – ΜΝΗΜΙΑ – ΜΝΗΜΑ – ΔΙΑΦΕΡΟΝ – ΧΑΜΟCΟΡΙΝ ΠΑΡΑCΤΑΤΙΚΟΝ (sepultura) **– ΘΗΚΗ – CΩΜΑΤΟΘΗΚΗ**

In Aethiopia:

ΕΠ' ΑΓΑΘΩ – Ο ΜΑΚΑΡΙΟC – ΑΝΑΠΑΥCΟΝ Ο ΘΕΟC ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΑΥΤΟΥ ΕΙC ΚΟΛΠΟΙC ΑΒΡΑΑΜ ΚΑΙ ΙCΑΑΚ ΚΑΙ ΙΑΚΩΒ Ο ΘΕΟC ΤΩΝ ΠΝΕΥΜΑΤΩΝ ΚΑΙ CΑΡΚΟC

In Galatia:

ΘΕCΙC

In Gallia cisalpina:

VIXIT IN HOC SAECVLO – DEPOSITVM SVB DIEM XIVKL CONTRA VOTVM POSVIT – HIC REQVIESCIT IN SOMNO PACIS B · M loco siglae D · M

In Gallia Narbonensi et Gallia Lugdunensi:

REQVIEVIT IN PACE – BONAEMEMORIAE – APTVS

In Germania prima:

IN HOC TITVLO REQVIESCIT – FELICITER – TITVLVM POSVIT

In Graecia et Magna-Graecia (Sicilia):

ΚΟΙΜΗΤΗΡΙΟΝ (in capite inscriptionum positum).

In Hispania:

FAMVLVS DEI vel CHRISTI

(1) De sigla B · M egregie H. Leclercq tractat apud *Dictionn. d'arch. chrét. et de liturg.* art. *Abbréviation.*

In Latio:

Ο ΤΟΠΟC - LOCVM EMIT, PARAVIT, COMPARAVIT
SE VIVVM FECIT - PETE PRO - PETITE - REFRIGERIVM
IN REFRIGERIO - REFRIGERET DEVS
HIC DORMIT CVM DEVS PERMISERIT - QVANDO DEVS VOLVERIT
PAX TECVM

In Palestina:

ΜΝΗΜΗ ΔΙΑΦΕΡΟΝ - ΘΗΚΗ ΔΙΑΦΕΡΟΥCA - ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ (1)

In Syria:

ΑΥΤΗ Η ΠΥΛΗ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΔΙΚΑΙΟΙ ΕΙCΕΛΕΥCONTAI ΕΝ ΑΥΤΗ,
ΚΥΡΙΕ ΒΟΗΘΙ ΤΩ ΟΙΚΩ ΤΟΥΤΩ - ΧΜΓ (2)

(1) Haec formula, quae sonat HIC IACET, quam saepissime in Latii inscriptionibus quinti saeculi cernitur.

(2) Litterae **Χ Μ Γ** Syriae regionis quasi propriae diu reputatae sunt, sed non pauca nuper in Aethiopia atque Aegypto, nec non aliqua Romae apud montes Palatinum Coeliumque eius siglae reperta sunt exempla. Duo iam pridem, in Italia antea cognoscebantur, alterum in Syracusanis catacumbis, tegulae inscriptum, alterum inter testacea frusta quibus congestis mons, quem Testaceum dicunt, conflatur. Eiusce praesertim interpretatio plurium ingenia torsit, donec I. B. De Rossi, immerito quidem, putavit se arcanum eius sensum deprehendisse. Hanc clari viri interpretationem referre operae pretium est. Sunt scilicet, ait, tres siglae, non una tantum, quia in Syria ita apparent **Χ·Μ·Γ**; hae autem siglae nexum repraesentant verborum Χριστός, Μιχαήλ, Γαβριήλ. Maximo enim in Syria archangeli illi cultu colebantur, neque ceteri angeli negligebantur; quapropter saepe in antiquissimis basilicis Orientalis Ecclesiae aut nomina, aut imagines archangelorum Christi nomen vel imaginem comitantur. Neque difficultas ex eo oriri potest quod archangeli illi veluti in quadam triade Christi cultui copulentur. Familiaris enim erat Patribus haec cultus Christi, necnon et Spiritus Sancti cultus cum angelorum cultu unio, ut patet ex his Iustini martyris verbis, atheismi accusationem in Christianos impactam retundentis: ἀλλ' ἐκεῖνόν τε, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ υἱὸν καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα, καὶ τὸν τῶν ἄλλων ἑπομένων καὶ ἐξομοιουμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατόν, πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν (IUSTINI, *Apol.* I, c. 6, ed. OTTO, Jenae, 1847, t. I, pp. 14–16).

Haec vero omnia ingeniosae quidem sed prorsus falsae innituntur interpretationi; nam inscriptio quaedam, in Aegypto inventa, et papyraceum

Viennae:

SVRRECTVRVS IN $\overline{\text{XPO}}$ (Christo) - HVMANITAS - ABSTVTVS VOLVNTAS - PAX TECVM (1) - RECESSIT

Sed in his omnibus, et praesertim in aetate communium formularum investiganda, illud semper in mente habeas: extra Urbem immutationem epigraphici stili tardiore incessisse gressu.

ART. IV. — **De criterio palaeographico.**

Pauca de criterio hoc sunt dicenda, nam nulla est ratio cur hic singulae litterae in diversis suis mutationibus per diversas aetates considerentur, neque huc sunt regulae communes

quoddam documentum nuper repertum siglarum illarum nexum explicatum praebent, qui est: Χρίστοῦ Μαρία γέννα = *Maria mater Christi.* (Cf. B. GRENFELL et A. HUNT, *Greek Papyri*, Oxford, 1897, t. II, p. 167, n. CXII (a); et E. MILLER, *Inscriptions grecques découvertes en Egypte* apud *Revue arch.* 1883, t. I, p. 203). Est igitur ad Waddington interpretationem revertendum, qui iam pridem ita plenius siglas illas explicaverat: Χριστος ὁ ἐκ Μαρίας γεννηθείς = *Christus natus ex Maria* (WADDINGTON, *Voyage en Asie mineure, Inscriptions*, t. III, n. 504).

(1) Formula PAX TECVM Romana quoque est propriusque Priscilliana et antiquissima, ad aevum apostolicum nempe pertingens. Ipsa plerumque Romae saeculi secundi indicium est. Verum non eadem est ratio habenda in diversis Christiani orbis regionibus. Ipsa in Italia eiusmodi formulae seriores sunt; exempli gratia, formula *pax tibi cum sanctis* etiam post persecutiones perdurat (*Bull.* 1880, p. 113; ibidem, p. 282). In Sardinia, duo sunt exemplaria huius formulae ad saeculi tertii finem pertinentia: *Pax tecum sit cum tuis, pax tecum sit in aeternum cum tuis* (*Bull.* 1892, p. 136). En quid I. B. De Rossi habet de hoc argumento: «Nelle Gallie il saluto PAX TECVM è frequente, in specie nei titoli sepolcrali di Arles et di Vaison (LE BLANT, *Inscr. chrét. de la Gaule*, II, pp. 153, 154, 217, 231, 233, 234, 258, 260, 264, 268, 269, 275; *Corpus inscr. Lat.* XII, 850). Altri però sono congiunti col monogramma costantiniano in cima alla pietra come segno isolato solenne (LE BLANT, loc. cit. *L'épigr. chrét. de la Gaule et de l'Afrique*, 1890, pp. 9, 10); e perciò non li stimo anteriori all'età della pace. In un epitaffio di anno certo del secolo sesto si legge quella medesima acclamazione che fu dipinta in Cagliari: *pax tecum cum tuis.* Altri esempi del *pax tecum sit,* benchè privi di data certa dell'anno, sono manifestamente del medesimo secolo sesto ovvero del quinto» (*Bull.* 1892, p. 137).

huius disciplinae adducendae; quippe quae, – valde utiles quidem cum documentis praesertim ecclesiasticis circumscribantur, – apud auctores concinne expositae facile inveniantur.

Nobis autem pro instituto praecipuas tantum litterarum aliquarum mutationes delibare lubet, hoc inprimis ad mentem iterum revocato generali principio, nempe inscriptiones eo esse plerumque antiquiores quo accuratius exaratae sint, idque ad Augusteam usque aetatem.

Tria sunt litterarum genera: CAPITALE quod LAPIDARIUM etiam dicitur, UNCIALE, et CURSIVUM.



Tab. 11. Inscriptio honoraria L. C. Scipionis, Barbati filii (saec. v, p. U. c.).

Primum genus publicum et solemnem litterarum modum exhibet, a remotissima inde aetate adhibitum: aevo autem Augusteo fixa ac definita eius forma habita est. Distinguitur vero in *actuarium*, quod scilicet in *actis* redigendis adhiberetur, et in *lapidarium*, quod inscriptionum lapidibus plerumque vel metallo incisarum proprium esset. Hoc multo perfectius erat actuario, ut ex allatis patet exemplis.



Tab. 12. Capitale aetatis Augusteae (Ex Hubner, *Script. epigr.*, LXXX, 3).

Tab. 13. Actuarium aetatis Augusteae (Ex Hubner, op. cit. LXXXII, 13).

Tab. 14. Capitale aetatis Traiani (Ex HUBNER, op. cit. LXXXI, 9).



Tab. 15. Actuarium aetatis Traiani (Ex HUBNER, op. cit. LXXXII, 15).

Tab. 16. Capitale aetatis Severianae (Ex HUBNER, op. cit. LXXXI, 11).



Tab. 17. Capitale aetatis Constantinianae (Ex HUBNER, op. cit. LXXXII, 12).

Tab. 18. Actuarium aetatis Constantinianae (Ex HUBNER, op. cit. LXXXIII, 17).

Secundum genus partim ex rotunda, quam acquisierunt quaedam litterae forma, ut A, D, E, M, Q, U, V, partim ex prolongatione litterarum L, F, R, I, partim denique ex formae mutatione prodiit. Hoc, ad nostra documenta quod pertinet, inter quartum saeculum et quintum natum esse videtur (Tab. 5).

Tertium, sicuti hodie, privatum ac familiare scripturae genus erat, raro in epitaphiis apparens, saepe autem in inscriptionibus apud parietes stilo incisis quas *graphitos* vocamus; in quibus tamen unciales et capitales litterae non desunt (V. ubi de graphitis agitur).

Non semper vero e complexu litterarum aetatem erui fas est; nam bene potuit etiam saeculo primo lapicida quilibet, sive ex negligentia, sive ex imperitia, litteras inelegantes describere,

et vice versa, seriore tempore sculptores prioris aetatis superare. Verum quaedam non desunt indicia, quae ubique, sed Romae praesertim, ut certissima haberi possunt, quando cum aliquo alio indicio concurrant. In Graecis litteris potissimum istae sunt: Η Θ Ε Ρ; in prioribus enim hasta iacens non tangit reliquam litterae partem, neque curva linea litterae Ρ tangit hastam verticalem in parte inferiore. Hoc idem dicendum de latina littera P.

Insuper littera E, si formae sit angularis, saeculum plerumque non transgreditur secundum; posterior autem esset, si haberet formam lunatam Є.

Littera ο omicron, in Graeciae inscriptionibus, si formam habeat rhomboidalem ◇, cum Augustea tum Byzantina aetate adhibita fuisse cernitur, praesertim in Macedonia. Littera vero ς sigma, si hac forma scripta sit Σ antiquior est quam si aliter, ⊏ C, exarata sit; idque plerumque, nam non raro utraque invenitur forma, neque fixa quaepiam stabiliri norma potest si de inscriptionibus ad diversas pertinentibus regiones agatur.

In Oriente, praeter litterarum formam minus pulchram, notatur iam saeculo quinto diphthongus ου ita repraesentatus ♉, deinde articulus τοῦ ita repraesentatur ♉ T; scilicet initialis littera inferior est, ut etiam hoc in casu: H M = μηνί; serius vero contrarium factum est: T ♉ T H.

Antiquior, et saltem saeculo anterior quarto, littera Y reputari debet, si hasta sub angulo per modum crucis ei addita sit; item littera ω, ita incisa Ω.

In Latinis litteris notandae sunt sequentes: A, F, G, L, V quae hoc modo plus minusve mutantur: A F G L U



A ita mutatur incipiendo a saeculo tertio sub finem; quae mutatio fit deinde communis saeculo quarto in Latinis inscriptionibus.(1)

(1) In coemeterio Callisti lineola media – littera A, si undulata sit, saeculum tertium indicat. — Cf. De Rossi, *Roma sott.* t. II, p. 263.

F et L eodem sensu mutantur, idque iam saeculo tertio, licet raro; apparent vero constanter sub prolongata forma, saeculo quarto.

Littera G in Priscilliano litterarum typo habet lineolam quae mutat C in G verticalem vel rectam, sed iam saeculo secundo lineola illa apparet curva vel undulata.

Dixi in Priscilliano typo, nam optimum litterarum genus in Priscillae coemeterio repertum est, eique proprium.



Tab. 19. Inscriptio II saeculi Priscillianis litteris incisa.

Angulus vero litterae V, sive hodiernae litterae *u*, sive litterae nostrae *v* haec vices gerat, saeculo quarto plus minusve in curvam haud raro mutatur: U U.

Generatim forma litterarum fit deterior quando earum apices exaggerantur, quod quidem aetatis indicium etiam est. Sic, ex apicibus et subtiliori litterarum forma, capitales primi et secundi saeculi litterae a capitalibus tertii saeculi et quarti commode distinguuntur, etiam in imperatoriis inscriptionibus. Exemplorum gratia:

Tab. 20. Fragmentum Fastorum Iulianorum a Fratr. Arval. redact. inter an. 749 et 769, p. U. c. (Ex Hubner, op. cit. p. 339, n. 97).



Tab. 21. Inscriptio honoraria saeculi I in regione Pedemontana inventa (Ex *Atti Soc. Arch.* G. A. III, Tab. VIII, n. 14).



Tab. 22. Inscriptio arcus Constantiniani.

Genus quoddam proprium constituunt inscriptiones Damasianae a Furio Dionysio Philocalo exaratae, de quarum aetate quaestio non instituitur, sed tantum de certa et genuina origine; fuerunt enim qui tum litteras Philocalianas tum Damasianum scribendi modum et rhythmum imitati sunt. En igitur praecipuas litterarum harum a ceteris litteris differentias.



Tab. 23. Inscriptio Damasiana sepulcri Papae Cornelii.

Littera T non raro emergit (raro vero littera F), aut, ad minimam reducta formam, litterae N superponitur.

Vocales, aliquando breviores factae, in interstitiis disponuntur.

Litterae binae in diphthongis coniunguntur, nec desunt aliae coniunctiones, ut in tabulis propositis cernitur. Denique apices curvi semper sunt, aliquando duplici flexu, atque ita perfecte ut, si vel unus in frusto quantumvis parvo conspiciatur, is ad Philocalianam litteram dignoscendam sufficiat.

In littera R hasta obliqua curvam lineam non tangit, littera autem S largior in flexu superiori videtur, ceterisque litteris digna pene dixeris.

Philocalum etiam pro Damasi successore, Siricio, laboravisse iisdemque litteris usum esse sententia fuit I. B. De Rossi;[1] at nihil quod Damasum non sapiat illis litteris exaratum cernitur, nisi unum et alterum exemplum.

Antequam vero Philocaliana usus est arte, Damasus alterum adhibuerat litterarum genus, quod semper eadem fuisse manu incisum res certissima est. De Damasianis inscriptionibus deque eorum momento postea redibit sermo.

Art. V. — De criterio chronologico e symbolis in epitaphiis incisis deducto.

Symbola eiusmodi in duas disponuntur classes, nimirum in symbola ad defuncti personam quasi alludentia, et in sym-

(1) I. B. De Rossi, *Roma sott.* t. I, pp. 291–292.

bola relligiosa. Posteriora tantum ad rem praesentem faciunt; quae solum insuper nobis sunt hic expendenda ut chronologica indicia. Utrarumque vero sensus loco suo explicabitur.

Columbae symbolum frequentissime invenies ab antiquissima aetate ad saeculum usque quintum adhibitum. Rarius cernitur in epitaphiis quinti saeculi et sexti, tenacius vero in Galliis perduravit.(1) Itaque parum aut fere nihil tempori titulorum dignoscendo confert.

Phoenicis figura ita raro apparet, ut proprie nequeat indicium esse chronologicum; duo autem exempla in epitaphiis inventa ad quartum saeculum pertinent.

Anchora vetustissimum symbolum est; saeculo secundo praevalet; rarior fit tertio, donec saeculo quarto prorsus decidit.(2)

Piscis, non secus atque anchora, antiquissimum signum est, quod Romae evanescit saeculo vertente tertio, dum ceteris in regionibus perdurat usque ad quintum.

Bonus pastor ad prisca quoque pertinet tempora, quam rarissime vero in saeculi quarti epitaphiis cernitur, quo tempore prorsus desinit.

Vas, quod dolii fictilis figuram refert, signum antiquissimum est secundi et tertii saeculi proprium (Tab. 33); vas autem ansatum sive cuppa saeculo tertio apparet, nec rarum est saeculo quarto, additis praesertim avibus in eo bibentibus, aut ad illud contendentibus.

Monogramma ☧, Graecis litteris I et X consistens, quam rarissime et in epitaphiis praeconstantinianis conspicitur veluti *compendium scripturae*, cuius hic est nexus : Ἰησοῦς Χριστός.(3) (Tab. 34).

(1) I. B. De Rossi, *Roma sott.* t. II, p. 311; cf. Le Blant, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. I, p. xii.

(2) I. B. De Rossi, *Roma sott.* t. II, p. 315; cf. Le Blant, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. I, p. xii.

(3) Huius monogrammatis pauca Romana exempla quae afferuntur (De Rossi, *Roma sott.* t. II, p. 320, tab. xxxix, 30; Boldetti, *Osserv.* p. 80, n. 8; M. Armellini, *Cim. di Roma e d'Italia*, p. 317; Marucchi,

Haec vero monogrammatis forma ☧ Constantiniana vocatur et eiusdem nominis aetati plerumque adscribenda est; usus tamen saeculum quartum transivit. Nulla extat certo praeconstantiniana inscriptio illo signo instructa, licet plures reperti sint tituli, quos, sive propter locum ubi iacebant, sive propter litterarum formam aliaque indicia, facile ad saeculum pertinere tertium egrediens vel ad quartum incipiens dixeris.

Alia haec forma ⸿ quae potius *crux monogrammatica* vocatur, secunda saeculi quarti parte apparet, perduratque ad medium usque saeculum sextum. Verum in Africa, ac praesertim in Aegypto, multo ante in monumentis et codicibus describi coepta est, immo egregius Letronne affirmat se numquam, in Christianis Aegypti monumentis, aliud, praeter hoc, monogramma vidisse.[2]

† Crux denique, licet non desit semel iterumque in antiquissimis sepulcris, proprium tamen saeculorum quinti, sexti et sequentium est signum; crux vero quae gammata dicitur 卐

Elém. d'arch. chrét. t. I, p. 165) ita evidenter nexum praefatum innuunt, ut mirum videatur H. Leclercq ita de eo scripsisse (*Dictionnaire d'arch. chrét. et de lit.* t. I, art. *Abbréviations*, col. 177): « Une des formes les plus antiques du monogramme ☧, que l'on a essayé de décomposer en I et X, ne pouvant supporter cette violence, il reste qu'avant le cinquième siècle ce sigle ne peut être utilisé pour la discussion (!) ». Videbit lector quanti sint haec verba facienda ubi de dogmatico huius symboli sensu infra erit tractatum. Ceterum signum hoc fateor in notarum Latinarum laterculis compendium esse verbi *existimare*, eique si vel supra vel ad dexteram littera scribatur *o*, compendium vocis *existimatio* fieri; quod profecto non impedit, quominus et signum fieret Christianum compendium illud; nam ubi, exempli gratia, legimus: ERMIONE IN ☧, aliter quam *In Iesu Xristo* interpretari nequimus.

(2) I. B. De Rossi ideo putat crucem monogrammaticam prius in Oriente ac praesertim in Aegypto apparuisse, quod maximam haberet cum cruce Aegyptia similitudinem ☥. Ceterum est notandum quod S. Ephrem de ordinario modo crucis describendae ait: litteram scilicet P cruci esse superponendam (S. Ephrem, *Opera*, ed. Assemani, t. III, p. 477). Hic vero sanctus vir medio saeculo quarto, ut notum est, vixit (cf. De Rossi, *Bull. d'arch. crist.* an. 1863, pp. 62, 63, 64).

saeculo tertio in titulis plerumque apparet, et multo ante adhibita fuisse videtur.



Tab. 24. Inscrip. saec. II minio depicta (Coem. Priscillae).

A Ω litterae apocalypticae monogrammati vel cruci appictae cernuntur plerumque inter quartum saeculum et quintum; apparent vero primum in medii saeculi quarti epitaphiis. Exemplum autem unum et alterum in coemeteriis praeconstantinianis inventum veluti exceptio haberi debet.(1)

Inter symbola et litterae D M vel D·M·S (Dis manibus sacrum) numerari debent, quatenus cum monogrammate vel cruce aliquando, post pacem Ecclesiae, inveniuntur; dum e contra, si solae sint, aetati praeconstantinianae adscribi plerumque debent.

(1) *Bull. d'arch. christ.* an. 1886, p. 62.

CAPUT III.

Epitaphia Christiana dogmata significantia.

ART. I. — **Deus unus.**

Fides in unum Deum ex innumerabilibus prorsus epitaphiis elucet quae praenicaenam formulam eamque antiquissimam referunt: IN DOMINO, IN DEO, ЄN ΘЄΩ, ΘЄΟΥ ΔΟΥΛΟC, IN VNV DEV CREDEDIT, *Mensurius in Deu credidit.*

ΑΥΡ·ΑΙΛΙΑΝΟC‖ΠΑΦΛΑΓΩΝΘЄ‖ΟΥΔΟΥΛΟ CΠΙCΤΟC ‖ ЄΚΟΙΜΗΘΗΝЄΙΡΗ ‖ ΝΙ ΜΝΗCΘΗΑΥ-ΤΟΥΟ ‖ ΘЄΟCΙCΤΟΥCΑΙΩΝΑC. (1)

Aurelianus Paphlagon, Dei servus fidelis obdormivit in pace; recordetur illius Deus in saecula.

Inscriptio illa Romana huius Carthaginiensis valde similis videtur:



Tab. 25. Inscriptio Carthaginiensis (Mus. St-Louis).

Dalmatius in pace et paradissu fidelis in Deo vixit annis...

(1) BOLDETTI, *Osservazioni* etc. p. 456.

ΤΗCΕΜΝΟΤΑΤΗ ΚΑΙ ΓΛΥΚΥΤΗ
CΥΜΒΙϢ ΡΟΔΙΝΗ ΑΥΡ ΔΙΟCΙΟδω
ΡΟC ΤΕΘΕΙΚΑΤ ΟΚΥΡΜΕΤΑCΟΥ
V

(Coem. Priscillae).

Dignissimae et dulcissimae uxori Rodinae Aurelius Diosiodorus fecit. Tecum sit Dominus.

Antoninorum circiter aetate ita evidenter in publicis inscriptionibus doctrinam de Deo uno profitebantur Christiani ut, etiam apud ethnicos, exinde formulae inductae sint eiusmodi: *Deus*, ὁ Θεός, *Deus magnus aeternus, Deus summus, Deus unus et solus*, Θεὸς ὕψιστος, (Deus excelsus). (1)

Sequens inscriptio, iam alibi hoc in opere relata, Noetianam haeresim sapere a nonnullis reputata est. Verum non ita evidenter haeretica apparet ut reiici debeat, cum aliae eiusmodi in regionibus Orientalibus reperiantur ad saeculum pertinentes quartum, et alioquin, etsi Noetiana esset, ad rem praesentem aeque faceret.



Tab. 26. (Coem. Aproniani).

(1) Cf. Letronne, *Actes de l'acad. des inscr.* t. IX, par. II, p. 134; Marini, *Arvali*, pp. 26, 633; Amati, *Atti della pont. accad. di arch.* t. I, pp. 78 sqq.

Art. II. — **Deus Christus.**

Iesu Christi divinitas, uti fidei articulus priscorum Christianorum, ex paene innumeris eruitur inscriptionibus, in quibus aut Christus cum Domino seu Patre, aut solus commemoratur tamquam Deus; eo magis imprimis quod non est praetermittendum tam monogrammata initialibus constituta litteris ☧, ⚹ et crucem monogrammaticam ⚲, quam piscis figuram vel verbum, locum nominis Christi saepe obtinuisse; cuius rei caussam ex parte tantum hic explicare satis erit.

Piscis nomen, graece conscriptum, ΙΧΘΥϹ quinque constat litteris, quibus quinque incipiunt haec verba: Ἰ(ησοῦς) Χ(ριστὸς) Θ(εοῦ) Υ(ἱὸς) Σ(ωτήρ) = *Iesus Christus Dei Filius Salvator*, quae quidem verba sunt veluti fidei formula circa Iesu Christi personam. Utrum *acrostichis*(1) eiusmodi ab apostolicis temporibus repetenda sit, inter eruditos non satis constat; immo sunt qui hoc absolutissime negent, et alioquin plerique hodie in unum conveniunt ut dicant tempore Antonini Pii aut Marci Aurelii parastichidem illam concinnatam fuisse et quidem a viro Alexandriae Iudaeo.(2)

(1) Quod a Cicerone est Graeco nomine ἀκροστιχίς appellatum, nempe *versus*, ut ait S. Augustinus, *quorum primae litterae sensum reddunt*, cito in morem apud primaevos venit Christianos, qui nempe in hymnis Deo compositis nomen Iesu Christi, in epitaphiis vero martyrum sanctorumque nomina illorum capitibus versuum connectebant. Quandoque etiam in versuum textu lector commonebatur ut ad initiales litteras animadverteret:

> Nomina sanctarum lector, si forte requiris,
> Ex omni versu te litera prima docebit.

Qui quidem versus epitaphium quattuor sanctarum quarumdam subsequebantur (Muratori, *Nov. Thes.* p. 1903, n. 5); et in epitaphio cuiusdam Anatoliae legitur:

> Revertere per capita versuum et invenies pium nomen.

(2) Scriptores duo quarti saeculi, Eusebius (*Orat. Constant. ad coet. sanct.* § 18) et Augustinus (*De civit. Dei*, XVIII) acrostichium nostrum Sibyllae versibus tribuunt; qui, cum essent viginti septem atque litteris quinque verborum supra notatorum alterne inciperent, hanc formulam

Utcumque sit, ita evidenter piscis in locum Christi nominis subrogatum est, ut vel ex ipsis epigraphis liquido res patet; insuper et piscem ante Antoninorum aetatem symbolum Christianum fuisse, et aliunde quam ab acrostichio originem sumpsisse, de Eucharistia loquens, alibi demonstrabo.

Coemeteria Urbis plures nobis exhibent inscriptiones secundi necnon tertii saeculi Christum Deum affirmantes: ЄN ΘЄΩ ΚΥΡЄΙΩ ΧΡЄΙCΤΩ (*in Deo Domino Christo*), IN D CHRISTO (*in Domino* vel *Deo Christo*), IN CHRISTO *vivas*, ЄN ΘЄΩ ☧ (*Christo*), IN ☧ DEO (*in Christo Deo*), IN DOMINO ZESV (*in Domino Iesu*). Neque etiam eiusdem generis adclamationes in ceteris orbis Christiani antiqui regionibus desunt: Χριστὸς μετά σου, ζήσης ἐν κυρίῳ Χριστῷ, Ζήσης in Δεο Χριστο, RESVRRECTVRVS IN CHRISTO.

Iam ecce aliqua talium inscriptionum exemplaria.

ΚΛ · ΦΙΛΩΤΑ · ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ ·
ΛΔΕΛΦΩΘΕΟΔΩΡΩ · ΖΩΜΕΝ ·
ЄΝΘЄΩ ·

Claudius Philota fratri dulcissimo Theodoro (fecit); vivamus in Deo (Iesu Christo Dei Filio Salvatore).

Illa inscriptio, quae ad secundum saeculum pertinet, iacetque adhuc in coemeterio Priscillae, huius similis quodammodo

fidei in Iesum Christum Dei Filium Salvatorem praebuisse putantur, ex qua singulorum verborum initialibus litteris prehensis, piscis nomen contextum est. Versus autem isti viginti septem non quidem ipsi Sibyllae antiquissimi versus, sed eorum quaedam imitatio fuere, sive neosibyllini, ut dicuntur. At ista esse potuit secunda huius nominis industriosa aptatio, nam, uti luculenter egregius R. Mowat demonstravit (*Atti del secondo congresso intern. d'arch. crist.* 1902, pp. 1–8) verisimiliter acrostichium illud Alexandriae compositum fuit, idque ut acrostichio paganae formulae opponeretur: Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Θεοῦ Υἱὸς Δομιτιανὸς Σεβαστὸς Γερμανικός = *Imperator Caesar Dei Filius Domitianus, Augustus, Germanicus*, quae Alexandrinis numismatibus, in Domitiani apotheosim excusis, siglis descripta est.

est quae loculum integrum claudit in coemeterio Callisti, et ad tertium saeculum spectat, scilicet:

Tab. 27. (Coem. Callisti).

... Deus (Iesus Christus etc.) cum spiritum tuum ...

— *Lucill*A (?) CR*e*DEDIT *in Ies*V*m* ☧ (credidit in Iesum Christum).(1)

— AEQVITIO · IN ☧ DEO · INNOFITO (neophyto).

Harum trium inscriptionum prima est saeculi tertii, reliquae tertii vel quarti; nec huiusmodi tituli, monogramma pro nomine Christi prae se ferentes, Constantini temporibus sunt pauci: ex novis coemeterii S. Callisti fossionibus, plures in lucem prodierunt.

Verum haec fides quam sit antiqua in Ecclesia vel melius ex articulis sequentibus apparebit. Notanda tamen hic venit sensuum similitudo inter martyrum acta authentica atque monumenta epigraphica. Cum enim S. Ignatius ab imperatore Traiano interrogaretur quis esset Theophorus, respondit: *Qui Christum habet in pectore... Unus est Deus... atque unus est Christus Iesus Filius Dei unigenitus.*(2)

(1) De ethnica dedicationis formula D · M · S (*Dis manibus sacrum*), haec habet I. B. De Rossi: « Nell'ultimo periodo dell'epigrafia sotterranea, cioè al secolo quarto volgente al quinto, si vollero quasi direi cristianeggiare le solenni sigle dedicatorie dei pagani sepolcri D · M · S; ed innestando in esse il monogramma del nome e della croce di Cristo volgerle al senso seguente: *Deus Magnus* ☧ (*Christus*) *Salvator*, secondo le parole dell'Apostolo: *expectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi* (Ad Tit. II, 13). Siffatte sigle sono di esempio assai raro, ma non unico nella cristiana epigrafia » (*Bull.* 1877, p. 26). Haec interpretatio non omnibus probatur, quia nondum exemplum indubium huius significationis apparuit, et alioquin cum rarissime monogrammatis vel piscis litteris illis insitio inveniatur, mero casui forsan attribui potest.

(2) RUINART, *Acta martyrum sincera*, edit. Amstelod. 1713, p. 15.

Tab. 28. (Ex Wilpert, *Fractio panis*, Tab. 17, p. 100).

Testimonia eiusmodi pauca non sunt, sed non semper eamdem faciunt fidem. Equidem authentica pro instituto tantum referam, aut quae ut authentica criticae artis periti admittunt, neque omnia, brevitatis caussa; qua sane in re non intelligo documenta spernere, quae alii auctores iure nonnihili faciunt, quaeque, cum indubiis eiusdem generis respondeant documentis, non mediocri auctoritate et ipsa pollent.(1)



Tab. 29.

Licet hic non sit de *symbolismo* loquendi locus, quod sequentibus scilicet operis libris reservatum est, tamen illud ad rem praesentem facit, quod Deus Christus et veluti pastor et veluti piscis saepe repraesentatus est; quibus referebatur sym-

(1) Cf. vol. I, pars prior, huius operis: *Acta martyrum*, pp. 18–27.

bolice fidelis concepta idea, ovis nimirum et pisciculi. Hinc blanda adulescentis ad quem ovis recepta est pastoris figura, arboris sub umbra refrigerante sedentis (Tab. 28). Hinc pisciculi circa panes eosque, dixeris, petentes (Tab. 29); Christus autem *viventium piscis vocatus*: ΙΧΘΥϹ ΖΩΝΤΩΝ (Tab. 30) et *piscis Salvator* ΙΧΘΥϹ ΣΩΤΗΡ.



Tab. 30.

Ceterum cuiusmodi fuerit haec priscorum Christianorum fides in Christi divinitatem, perspicue ex iam plus semel a nobis citato documento apparet, ex epistola videlicet Plinii ad Traianum directa, in qua ista leguntur: « Affirmabant autem (Christiani) hanc fuisse summam vel culpae suae vel erroris, quod essent soliti, stato die, ante lucem convenire, carmenque *Christo quasi Deo* dicere secum invicem ».[1]

Pretiosum denique extat testimonium graphicum, quod omnes in museo Kircheriano cernere possunt; nimirum blasphema Crucifixi repraesentatio. Fuit nempe, tempore Septimii Severi (193–211), inter Palatinos milites vel iuvenes, quidam Alexomenes Christianus, quem sui contubernales, deridentes, coram homine crucifixo et capite asinino insignito deprecantem et adorantem, in quadam imperatoriarum aedium parte effinxere (Tab. 31).

Id vero cum illis Tertulliani verbis congruit, quibus Africanus doctor de iniuriosa et obscoena quadam accusatione men-

(1) Plin. Iun. *Epist.* X, 96. Integrum textum habes in loco huius operis citato, pp. 96–98, nota 3.

tionem facit, iuxta quam scilicet Deus Christianorum praedicabatur ONOKOITHC, auribus instructus asininis.(1)



Tab. 31. ΑΛΕξΑΜΕΝΟC CEBETE ΘΕΟΝ.

ART. III. — **Deus Spiritus Sanctus.**

Spiritum Sanctum Deum apud primaevos Christianos habitum fuisse, aeque atque Iesum Christum, perspicue ex mo-

(1) « Nova iam de Deo nostro fama suggessit. Adeo nuper quidam perditissimus in ista civitate, etiam suae religionis desertor, solo detrimento cutis Iudaeus, utique magis post bestiarum morsus, ad quas se locando quotidie toto corpore decutit, cum incedit, picturam in nos proposuit sub ista proscriptione: ONOKOITHC. Is erat auribus canteriorum, et in toga, cum libro, altero pede ungulato. Et credidit vulgus Iudaeo. Quod enim aliud genus seminarium est infamiae nostrae? » (*Ad nationes*, I, 14). Item in *Apologetico*, 16: « Sed nova iam Dei nostri in ista civitate proxime editio publicata est, ex quo quidam in frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit cum eiusmodi inscriptione: DEVS CHRISTIANORVM ONOKOITHC. Is erat auribus asininis, altero pede ungulatus, librum gestans et togatus. Risimus et nomen et formam ».

numentis epigraphicis eruitur, licet multo minus hoc in dogma ab haereticis impetitum sit quam in Christi divinitatem.[1] Istud vero tantum colligere ex monumentis funerariis fas est, nempe quod Spiritus Sanctus sit Deus, quodque a Patre et Filio distinguatur; non enim epitaphia ad superstites docendos scribebantur, sed ad revocandam superstitum in mente memoriam defuncti, cui pax ex Deo petebatur aut qui iam ad munera lucis putabatur pervenisse. Itaque aliquid solummodo dogmata significans inveniri fas est in epitaphiis, sicuti hodie in nostris coemeteriis, non autem integram mysteriorum dogmaticam notionem.

Duo igitur, quae innui, puncta ex formulis colliguntur quae Spiritum Sanctum eodem modo atque Deum et Christum nominant: VIVAS IN SPIRITV SANCTO, EN ΑΓΙΩ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΘΕΟΥ.

Tab. 32.

Caro Kyriaco filio dulcissimo vibas in Spirito Sancto.

ΠΡΩΤΟC ‖ ΕΝ ΑΓΙΩ ‖ ΠΝΕΥΜΑ ‖ ΤΙ ΘΕΟΥ ‖ ΕΝΘΑΔΕ ‖ ΚΕΙΤΑΙ ‖ ΦΙΡΜΙΔΔΑ ‖ ΑΔΕΛΦΗ ‖ ΜΝΗΜΗ ‖ C ΧΑΡΙΝ[2]

Protus in sancto spiritu Dei hic iacet; Firmilla soror memoriae gratia.

(1) Re enim vera, si obscuros quosdam haereticos, quorum S. Ignatius in sua *ad Trallianos* epistola meminit, excipias, vix ante saeculum quartum quempiam invenies qui directe Spiritus Sancti divinitatem impugnaverit.

(2) MARCHI, *Monumenti*, etc. p. 198 (Mus. Kircher.).

ART. IV. — **Deus Pater et Filius.**

Monumenta epigraphica quae ad hanc veritatem confirmandam possunt adduci antiquissima sunt eaque eloquentissima; quippe quae clare primam a secunda SS. Trinitatis persona distinguunt. Et primum quidem illud venit, iam hoc in opere relatum, metricum epitaphium Agapes, ad saeculum pertinens secundum, litteris Priscillianis exaratum; ET PRECIBVS TOTIS PATREM NATVMQVE ROGATIS (tertia linea).

Alia duo epitaphia temporis circiter S. Callisti idem exprimunt:



Tab. 33.

(Coem. Callisti).

(Chri)stina quae cum in Deo et Christo credidisset ad angelos (?).



Tab. 34.

(Coem. Callisti).

Augurine (vivas) in Domino et Iesu Christo. (1)

(1) Huius vel sola inscriptionis consideratio omne dubium excludit circa nexum monogrammatis ☧, etiamsi velimus unico verbo nexum interpretari, nempe Χριστος; neque minus perspicuum est illud ☧ DN, significare *Iesum Christum Dominum*: quod non nisi Christianae epigraphiae imperitus negabit.

Ista, ut rite notat I. B. De Rossi, ad priores duos apostolici symboli articulos alludunt. Symbolum enim catechumenis tradendum in omnibus Occidentalibus ecclesiis, et fere in omnibus Orientalibus, istis incipiebat verbis: πιστεύω εἰς ἕνα θεόν etc., *credo in unum Deum* etc. Porro, pergit egregius archaeologus, si in Christinae relato epitaphio legimus ἐν θεῷ in locum formulae: εἰς θεόν, atque vox *unum* omissa est, differentia eiusmodi locum et historiam respicit. Rufinus enim Aquileiensis et Ambrosius Romanam Ecclesiam testantur catechumenis symbolum tradidisse sine illa voce *unus*, idque iuxta praenicaenam et immemorabilem consuetudinem. Praeterea Aquileiensis Ecclesia, Romanam Ecclesiam in vocis praefatae omissione imitans, *Credo in Deo* pronunciare solebat, potius quam *Credo in Deum*. Quibus formulis iucundum est animadvertere illud ΠΙCΤΕΥCΑCΑ ΕΝ ΘΕΩ ΚΑΙ ΧΡΙCΤΩ perfecte consonare; quod profecto certum indicium est Latinum symbolum a praefatis scriptoribus relatum ex symbolo Graece conscripto profluxisse, eiusque quasi versionem esse, quod in usu fuit apud Romanam Ecclesiam prima saeculi tertii parte, nempe aetate circiter Ss. Zephyrini et Callisti.

Sed alia insuper egregii archaeologi animadversio est illum circa titulum sepulcralem. Ut omnes norunt, particula και, *et*, in symbolo adhibita est ut ea trium personarum divinarum distinctio significaretur. Porro auctor libri *Philosophumenon* Zephyrinum et Callistum, quod particulam illam suppressissent, accusavit, perinde quasi Patrem Filiumque in unum confudissent, qui error Noetianorum fuit.(1) Opportunum igitur

(1) Haec in Zephyrinum accusatio prorsus vacua est sensu, nam quomodo potuit hic pontifex eum errorem amplecti, quem solemniter in Noetianis damnaverat? Formula vero in quam pontifex haeresi concessisse dicitur haec est: Ἐγὼ οἶδα ἕνα Θεὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ πλὴν αὐτοῦ ἕτερον οὐδένα γεννητὸν καὶ παθητόν. Id est: *Ego unum tantum Deum agnosco Christum Iesum ac nemo alius praeter eum natus et mortuus est.*

Sed quaerendum potius est, formula profecto Noetiana, an ita revera ipsa fuerit; et, si ita fuerit, an aliter atque sonat ex temporum adiunctis explicari possit. Agebatur enim de haeresi Artemonis confutanda, quorum sectatores Christum merum hominem esse affirmabant. Ille vero qui for-

est notare, ipso in hoc Callisti coemeterio atque in epitaphiis parum eius pontificis tempore posterioribus, formulam fidei legi

mulam praefatam dicitur protulisse, presbyter Caius, ad haereticorum retundendam calumniam, atque ut Zephyrinum nihil novi docuisse demonstraret divinitatem Christi proclamando, sacras Scripturas, vetustissimos hymnos et cantica fidelium, doctorum et praesertim Irenaei, Iustini eiusque discipulorum scripta adduxit. Porro quomodo Irenaei et Iustini circa Iesu Christi divinitatem doctrina allegari potuisset ab eo qui nomine Zephyrini loquebatur, si pontifex talem formulam fidei adoptasset quae doctorum illorum in doctrinae damnationem evasisset?

Scio probe his ratiociniis minime quaestionem perdifficilem sane resolvi, sed hoc semel amplius demonstrat quam pretiosa quaedam monumenta habenda sint in suburbanis coemeteriis adhuc iacentia, et in illo praesertim coemeterio quod ad bona Ecclesiae olim pertinebat, atque ab ecclesiastica dependebat potestate. Contra enim Callistum, pontificem factum, qui, cum archidiaconus esset praepositus fuerat coemeterio a pontifice Zephyrino, eadem accusatio de haeresi quadam a Noetiana seu Sabelliana minime dissona impacta est.

Quanti sit haec accusatio facienda vel ex eo solum patet, quod a viro prolata fuerit non solum haeretico, sed quem ipse Callistus de tritheistica haeresi redarguerat; qui, inquam, haereticus vir (auctor scilicet libri *Philosophumenon*) in hanc cecidit contradictionem ut diceret: Callistum docuisse: *Patrem et Filium cum una essent persona, non posse esse duas atque ita Patrem compassum esse cum Filio*, necnon deinde statim de Callisto (nisi interpolatio adsit aut amanuensium error) subiungeret: *Non enim vult dicere Patrem esse passum et unam esse personam, [sic sperans] effugere se blasphemiam in Patrem, amens ille ac versipellis ... etc.* (*Philosoph. liber* IX, cc. 11–12, versio Torquati Armellini S. I.).

Qua ex contradictione elucet, Callistum numquam haeresim Sabellianam docuisse, idque evidentius apparebit ex eo, quod ipse Callistus, vix pontifex electus, Sabellium eiusque haeresim damnavit. Igitur diversa fuit conditio Zephyrini atque Callisti in tanta animorum perturbatione, uterque autem, eodem modo accusatus, mediam, si humano dumtaxat modo iudicare velimus, illam carpsit viam, quae securior plerumque est quando inter extrema transit sibi invicem excessu opponentia, quaeque tamen ab utriusque excessus recriminatione saepe non eximit. Tantae denique quaestioni pulchrum est animadvertere etiam monumenta aliquam lucem afferre, eaque utique multo grandior esset, si veneranda suburbana sanctuaria violata et expoliata non fuissent. Documentum vero quod tantam dedit historiae ac theologiae peritis materiam scribendi circa aetatem Callistianam, liber nempe *Philosophumenon*, egregios habuit commentatores, ad quos studiosos

posse in qua solemniter particula καί, divinarum personarum distinctiva, appicta fuerit.(1) En aliud exemplum:



Tab. 35.

Pax Domini et Christi cum Faustino Attico.

In eadem coemeteriali regione illa quoque adclamatio ad Spiritum Sanctum inventa est quam supra retuli: *Caro Kyriaco filio dulcissimo vibas in spirito sancto.* Hac nimirum adclamatione fidei formula praenicaena completur: *Credo in Deo Patre et in Christo et in Spiritu Sancto*; atque ita nobis innotescit, ut ad amussim statui theologicae disciplinae tunc temporis respondeat. Deus videlicet unus est in tres distinctus personas, quarum prima et secunda, cum magis quam tertia in controversiam venirent, ac facile ab haereticis non paucis in unicam confunderentur personam ita ut secunda prorsus destrueretur, ideo saepius simul, sed distincte, nominantur, tertia relicta.

mitto qui intimius quaestionem nostram sub triplici adspectu historico, archaeologico et dogmatico cognoscere velint:

Bibliographia: P. Cruice, *Des travaux de la critique allemande sur S. Hippolyte et sur le pape S. Calliste* apud *Revue contemporaine*, an. 1856, t. XXVI, pp. 58–82; I. B. Lefebvre, *L'auteur des « Philosophoumena » et le pape S. Calixste* apud *Revue cathol.* Lovanii, 1871, t. V, pp. 345–376; t. VI, pp. 5–28; Le Hir, *Le pape S. Calixste et les « Philosophoumena »* apud *Etudes relig.* an. 1866, serie III, t. VIII, pp. 163–187, 277–298; I. Morris, *The lives of SS. Callistus and Hippolytus, a conjectural chapter of Church history* apud *The Month*, 1878, serie III, t. XIII, pp. 214–226, 321; I. B. De Rossi, *Esame archeologico e critico della storia di S. Callisto narrata dal libro XI dei « Filosofumeni »* apud *Bull. di arch. crist.* 1866, t. IV, pp. 1–14, 17–33, 65–72, 77–99; Ch. de Smedt, *Dissertationes select. hist. eccles.* Gandavi, 1876, pp. 190–218; append. pp. 46–50; Duchesne, *Hist. anc. de l'Eglise*, Paris 1907, t. I, ch. XVII.

(1) De Rossi, *Roma sott.* t. II, p. 303.

Notabilis autem est quaedam in coemeterio Priscillae inventa inscriptio quae orationis instar videtur desinere:

Ο ΠΑΤΗΡ ΤΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΟΥC ЄΠΟΙΗCЄC · Κ
ΠΑΡΗΛΑΒΗC · ЄΙΡΗΝΗΝ · ΖΟΗΝ · Κ · ΜΑΡΚЄΛΛΟΝ
COI ΔΟΞΑ ЄΝ ☧

O Pater omnium eorumque creator, recipe Irenem, Zoen et Marcellum. Tibi gloria in Christo. (1)

Haec altera inventa est a Boldetti, et cum priore collata Symboli formulam nobis profert: *Christus deus sedet ad dexteram Patris omnipotentis.*

Ο ΘΕΟΣ Ο ΚΑΘΙΜΕΝΟΣ ЄΙΣ ΟΕΖΙΑ (δεξιάν) ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ЄΙΣ ΤΟΠΟΝ ΑΓΙΩΝ ΣΟΥ ΝΕΚΤΑΡΕΟΥ ΤΟ ΨΥΧΑΡΙΝ

Deus, qui ad dexteram Patris sedes, admitte Nectarii animulam in sancto tuo loco. (2)

(1) De Rossi, *Bull. di arch. crist.* 1888–1889, p. 31.

(2) Boldetti, *Osservazioni etc.* p. 58. — Ceterum de more circa Patrem et Filium loquendi simul, praeter quam non pauca ipsa praebeat exempla Scriptura tum Veteris tum Novi Testamenti, etiam Patres illius temporis testimonia exhibent. Tertullianus, exempli gratia, dum in vigesimo sexto capitulo sui adversus Praxeam libri, de triplici loquens baptizandorum immersione, trium Personarum divinarum formulam pluries tradit, iam in quinto eiusdem libri capitulo haec scripserat: « Nomina Patris Deus omnipotens, altissimus, Dominus Virtutum, Rex Israelis, qui est, quatenus ita Scripturae docent, haec dicimus et in Filium competisse, et in his Filium venisse, et in his semper egisse, et sic ea in se hominibus manifestasse. *Omnia*, inquit, *Patris, mea sunt*, cur non et nomina? Cum ergo legis Deum omnipotentem, et altissimum et Deum Virtutum, et Regem Israelis, et quis est; vide ne per haec etiam Filius demonstretur suo iure omnipotens, qua sermo Dei omnipotentis quaque omnium accepit potestatem; altissimus, qua dextera Dei exaltatus, sicut Petrus in actis concionatur: *Dominus Virtutum quia omnia subiecta sunt illi a Patre: Rex Israelis, quia illi proprie excidit sors gentis istius*; item qui est, quoniam multi dicuntur filii, qui non sunt ». Item in *Apologetico*: « Omnis haec nostra in illos (daemones) dominatio et potestas de nominatione Christi valet ... Christum timentes in Deo, et Deum in Christo, subiiciuntur *servis Dei et Christi* » (c. 23). Quae quidem verba eadem in epitaphiis leguntur: ANCILLA DEI ET CHRISTI. Non est igitur cur de formula fidei binaria, ut quidam voluit, loquatur.

Alia eiusmodi exempla apud auctores inveniuntur:

— FLORENTINVS REQVIEM ACCEPIT IN DEO ‖ PATRE NOSTRO ET CHRISTO EIVS (1)

— PRIMA VIVIS IN GLORIA DEI ET IN PACE DOMINI NOSTRI ☧ (2)

— SANCTI MARTYRES APVT DEVM ET ☧ ERVNT ADVOCATI (3)

— REFRIGERET TIBI DEVS ET CHRISTVS (4)

— IN PACE ET IN NOMINE ☧ FILII EIVS (5)

ART. V. — **Deus Pater et Filius et Spiritus Sanctus.**

Raro Trinitatis mysterium in sepulcris expressum est ante pacem Constantinianam in Oriente, nec magis fortasse in Occidente.

Praeter enim quamdam in coemeterio Domitillae repertam inscriptionem, ad saeculum pertinentem tertium vel secundum exeuntem, vix quidquam huiusmodi in lucem prodiit:

*Iu*CVNDIANVS *qui credidit in*
CHRISTVM IES*um vivit in*
*patr*E · E*t* · FILIO · ET ISP*iritu sancto*.

Non dubie videntur etiam de Trinitate accipienda haec verba quibus epitaphium cuiusdam episcopi Iuliani, in inferiore Italia inventum, incipit:

IN D D · ET · SPIRITO · SANCTO

scilicet, ut I. B. De Rossi explicat:

In Domino Deo et Spiritu Sancto. (6)

(1) *Corp. inscr. Lat.* III, par. I, n. 4221. Haec formula in mentem revocat illud Psalmistae: « adversus Dominum et adversus Christum eius » (ps. II, v. 2).

(2) MARANGONI, *Acta S. Victorini*, p. 69.

(3) E coemeterio Cyriacae, Romae.

(4) *Nuovo Bull. di arch. crist.* 1904, p. 124.

(5) Ex ecclesia Sanctae Mariae Novae, Romae.

(6) *Bull. di arch. crist.* 1876, pp. 105–106.

Plures atque explicitas huiuscemodi formulas Orientalia monumenta nobis quidem praebent, verum sequioris sunt aevi, earumque constructio plerumque a precum doxologia non differt, sicuti etiam in hodiernis Orientalibus epitaphiis cernitur. Exempla:

ONOMATI $\overline{\text{KY}}$ (κυρίου) $\overline{\Theta\text{Y}}$ ΠΑΤΡ (θεοῦ πατρὸς) ΚΑΙ ΣΩΤΗΡ (σωτῆρος) $\overline{\text{IY}}$ $\overline{\text{XY}}$ (Ἰησοῦ Κριστοῦ) ΚΑΙ ΑΓΙΟΥ $\overline{\Pi\text{AC}}$ (πνεύματος) ΑΜΗΝ (1)

Haec autem altera ad annum 369 pertinet:

\+ Εὐσεβίῳ + Χριστιανῷ +
Δόξα πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι (2)

Ambae simul formulae denique in unica, velut nempe eius initium et finis, inveniuntur inscriptione Aegyptia:

\+ Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρός καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, Ἀμήν . . . . . .
. . . . καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι. (3)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen ... et tibi gloriam canimus, Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Amen.

Haec quidem inscriptio archetypus velut fuit plurium inscriptionum; praeterea Graeca quaedam oratio, inscriptionis illius plane similis, hodie adhuc apud Graecos in usu est.

Exordium fere simile habet sequens Aquileiensis titulus:

IN NOMINE DEI PATRIS ET *Filii et Spiritus*
SANCTI IN REQVIE EMELIA G . . . *vixit ann.* (*sic*)
PL · M L EI POS ANN · IN REQVII . . . . .
NO · VICTORINVS INNOCVS (4)

Animadvertendum semper est ex aetate plerumque momentum inscriptionum eiusmodi pendere, non autem e solo

(1) CRUM, *Coptic monuments*, 93, n. 8405.
(2) KAUFMANN, *Man. di arch. crist.* p. 211, not. 1.
(3) A. DUMONT, *Bull. de l'Inst. égypt.* 1875, p. 101; cf. Dom CABROL, *Dictionn. d'arch.* etc. art. *Ame*, coll. 1529 sq.
(4) H. PAIS, *Corp. inscr. Lat. Suppl. Italica*, n. 110.

numero. Explicatiores igitur istae Orientales formulae, quidquid dicant recentiores quidam auctores, multo minoris quam illae duae quas primo loco retuli faciendae, quippe quae Nicaenam fidei formulam praesupponant.

Etenim, primorum trium saeculorum inscriptionum indole considerata, quae, ut hodie dicitur, paraenetica et eschatologica praesertim apparet; facile intelligitur frustra certas theologicas notiones ex epitaphiis quaeri, perinde quasi ista ex industria ad docendum fuerint incisa. Si crebra igitur, ut videbimus, oratio supplicatioque in iis cernitur, id profecto de affectibus erit testis, quibus magis fidelium corda et animi movebantur, sicut fit hodie. In illis autem Christus potius erat invocandus, utpote in cuius fide tota spei et salutis ratio consisteret. Quapropter raro fiebat ut fidei formula plene in epitaphiis describeretur, atque mirum prorsus nobis esse deberet si prioribus tribus saeculis contrarium inveniretur. Itaque pauca huius formulae completae exempla, post tot epitaphia deperdita, minime hanc fidem paucorum tunc temporis fuisse demonstrat, quam alioquin universalem minimeque obscuram Patres iam a saeculo fuisse secundo luculenter demonstrant. Exemplum autem sint verba S. Irenaei, quae attente perpendere debuissent historiae quidam latrones, antequam praenicaenos Patres de tenui confusaque circa Trinitatis mysterium notione accusarent: « Etenim Ecclesia, tametsi per universum orbem usque ad extremos terrae fines dispersa, fidem eam ab Apostolis eorumque discipulis acceptam, quae est in unum Deum Patrem omnipotentem . . . . . et in unum Iesum Christum Filium Dei, nostrae salutis causa incarnatum, et in Spiritum Sanctum, qui per prophetas Dei dispensationes et adventus praedicavit . . . . . hanc praedicationem cum acceperit et hanc fidem, quemadmodum praediximus, Ecclesia, et quidem in universum mundum disseminata, diligenter custodit, quasi unam domum inhabitans; et similiter credit iis, videlicet quasi unam animam habens et unum cor, et consonanter haec praedicat et docet et tradit, quasi unum possidens os. Nam etsi in mundo loquelae dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis eadem est.

Et neque hae, quae in Germania sunt fundatae ecclesiae aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hae quae in Hiberis, neque hae quae in Celtis, neque hae quae in Oriente, neque hae quae in Aegypto, neque hae quae in Lybia, neque hae quae in medio mundi constituta (scilicet in Palestina, quae medium putabatur mundi); sed sicut sol, creatura Dei, in universo mundo unus et idem est, sic praedicatio veritatis ubique lucet, et illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire ».[1]

Art. VI. — Angeli.

Angeli, uti supra vidimus, non raro in Orientalibus epitaphiis commemorantur, neque unquam eos esse dubitatum est; immo eorum cultus eo progressus est apud quosdam, ut comparari potuerit cum Dei ipsius cultu. Hinc est cur, anno 363, Laodicense concilium Christianos excommunicaverit qui secreto angelos colerent quasi idola, atque ita Christi cultum derelinquerent.[2]

Iam verba S. Iustini expendimus, quibus sanctus martyr una cum Christo et Spiritu Sancto etiam angelorum exercitum coli a Christianis affirmat;[3] quae quidem cum illis pugnare videntur quae ita Irenaeus habet: « Nec invocationibus angelicis aliquid facit Ecclesia, nec incantationibus, nec reliqua prava curiositate, sed munde et pure et manifeste, orationes dirigens ad Dominum, qui omnia fecit, et nomen Domini nostri Iesu Christi invocans, virtutes ad utilitates hominum, sed non ad seductionem perficit ».[4]

Istae inter saeculi secundi auctores discrepantiae facile invicem conciliari possunt, si diversa animadvertantur temporis adiuncta in quibus locuti sunt Patres illi. Nam, si Iustinus in unico divino cultu quodammodo Christi et Spiritus Sancti per-

(1) S. Irenaeus, *Adv. haer.* lib. I, c. 10, ed. Massueti, p. 48.

(2) *Can. 35*, apud. Mansi, *Conc. ampliss. coll.* t. II, col. 569.

(3) S. Iustinus, *Apol.* I, c. vi, *P. G.* t. VI, col. 336. Vide textum Graecum supra relatum.

(4) *Adv. haeres.* l. II, c. xxxii, 5, *P. L.* t. VIII, col. 830.

sonas cum archangelis Michaël et Gabriel confundere videatur; eius germanus sensus istis Athenagorae, illi quidem aequalis, verbis clarescet: « Quis igitur non miretur, cum atheos vocari audiat eos, qui Deum Patrem, et Filium Deum et Spiritum Sanctum asserunt, ac eorum et in unione potentiam et in ordine distinctionem demonstrant? Neque his tamen theologiae nostrae ratio continetur; sed et multitudinem angelorum et ministrorum agnoscimus, quos creator et opifex mundi Deus per Verbum suum distribuit et ordinavit, ut circa elementa, coelos, mundum, et quae in eo sunt, eorumque temperationem versarentur ».(1) Ita etiam S. Cypriani verba ista intelligenda: « Simus ergo orationibus nostris alterutrorum adiutores, et rogemus, sicut mandasti, ut Deum et Christum et angelos in omnibus actibus nostris habeamus fautores » (Epist. 77).

Verba ista, cum S. Iustini verbis collata apprime ostendunt ideo post Filii nomen nomina archangelorum subsequi, quod comitatus seu caterva spirituum rerum elementorumque ministrorum speciali modo a Patribus primaevis Verbo attribuebatur, necnon quia ipsa cum ethnicis disputationis ratio requirebat ut, post reiectam idololatriam, quae veluti rebellium malorumque angelorum cultus habebatur, benefica bonorum angelorum operatio ac potentia agnoscerentur. Quae sane animadversio omnibus in illa Iustini verba commentariis, a philologis atque theologis magni nominis quidem factis, finem feliciter imponere videtur.

Contraria ratione Irenaeus, cui cum Gnosticis acriter contendendum fuit, in contrarium locutus est.

Isti nempe haeretici spiritus seu angelos innumeros ut deos

(1) Athenagorae, *Legatio pro Christianis*, c. 10, *P. G.* t. VI, col. 909 B: Τίς οὖν οὐκ ἂν ἀπορήσαι, λέγοντας θεὸν πατέρα καὶ υἱὸν θεὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον, δεικνύντας αὐτῶν καὶ τὴν ἐν τῇ ἑνώσει δύναμιν καὶ τὴν ἐν τῇ τάξει διαίρεσιν, ἀκούσας ἀθέους καλουμένους; Καὶ οὐκ ἐπὶ τούτοις τὸ θεολογικὸν ἡμῶν ἵσταται μέρος ἀλλὰ καὶ πλῆθος ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν φαμεν, οὓς ὁ ποιητὴς καὶ δεμιουργὸς κόσμου θεὸς διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ λόγου διένειμε καὶ διέταξε περί τε τὰ στοιχεῖα εἶναι καὶ τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ καὶ τὴν τούτων εὐταξίαν.

adorabant, ac praesertim Michaël, Gabriel, Raphaël una cum ceteris in *Apocryphis* commemoratis. Ex ipsa igitur discrepantia sententiarum colligitur quinam angelis cultus convenire dicatur, scilicet idem is qui sanctis Dei tribuitur, ut ex innumeris posteriorum Patrum testimoniis evincitur.

Porro epigraphica monumenta eamdem reddunt quaestionis faciem, et non raro nulla distinctione nomina Dei augustissima una cum angelorum nominibus confusa exhibent in Orientalibus regionibus. Verum ex inscriptionibus apparet quoque angelos invocari ut adiuvent, non secus atque sancti martyres, eorum in altera vita communionem desiderari, et super hac terra etiam ad sepulcri custodiam hos deputari a fidelibus esse creditum.

. . . . . II . . . . . .
. . . ANGELIS QVI VI . . .
. . ANN XXII MESIS VIIII
DIEBV III IP PACE DEP IDI
BVS DEC MAXENT · III · COSS (1)
(An. 310).

Haec manca inscriptio ita compleri debet ut sensum eumdem aut parum dissonum reddat atque sequens titulus prorsus integer:

SEVERO FILIO DVL
CISSIMO LAVRENTIVS ·
PATER BENEMERENTI QVI BI
XIT ANN · IIII · ME · VIII · DIES · V ·
ACCERSITVS AB ANGELIS VII · IDVS · IANVA · (2)

Hinc etiam cuiusdam alius inscriptionis clarescit sensus, in qua et angeli eodem fere modo nominantur: ΤΟΙϹ ΑΝΓΕ-ΛΟΙϹ,(3) licet in hac fortasse beata cum angelis consociatio

(1) De Rossi, *Inscr. Christ.* t. I, p. 31.

(2) Fabretti, *Inscr. domest.* c. VIII, n. 86.

(3) En quid circa hanc formulam habet I. B. De Rossi: « qui però il dativo τοῖς ἀγγέλοις e la precedente lettera ϛ non si adattano alla tra-

veluti premium indicetur fidei qua defuncta (ΧΡ)ΙCΤΙΝΑ(?) credidit in Deo et in Christo (Η ΕΝ ΘΕΩ ΚΑΙ ΧΡΙCΤΩ ΠΙCΤΕΥCΑCΑ).

Aliam vero inscriptionem e suburbanis coemeteriis erutam mutilam quidem sic I. B. De Rossi complevit:

*Domine qui de*DISTI OMNIBVS ATCERSIO*nem suscipe animam* BONIFATI PER SANTVM (sic) NOM*en tuum.* (1)

Iam ista liturgica est deprecatio, quasi dicat: *Domine, concede ut angeli tui animam Bonifatii tibi perducant.* Antiqua et communis fuit inter Christianos de accersenda ab angelis anima cogitatio; putabatur enim anima iusti ab angelis in coelum deportari, atque mors *accersio dominica* vocabatur: « Nobis, ait S. Cyprianus, saepe revelatum est fratres nostros non esse lugendos *accersione* dominica de saeculo liberatos ». (2) Atque in *Actis* S. Eupli (3) tanta conceptarum rerum formularumque similitudo est cum prece liturgica pro defunctis, ut forsitan haud absonam Leclercq (4) sententiam arbitrari possis, eiusmodi scilicet formulas ex *Actis* illis in liturgiam profluxisse.

Acta S. Eupli:	Liturgia funebris:
Et tunc respiciens ad populum dixit: Dilectissimi fratres, audite; orate Deum, et timete illum in toto corde vestro, quoniam memor est timentibus se antequam exeant de hoc saeculo: et postquam exierint, tunc *occurrent eis angeli*, et *deducent eos ad civitatem illius sanctam Ierusalem.*	Subvenite sancti Dei, *occurrite angeli Domini. In paradisum deducant te angeli*: in tuo adventu suscipiant te martyres *et perducant te in civitatem sanctam Ierusalem.*

duzione letterale di codeste formole (scilicet: *arcessitus ab angelis* aliive huiusmodi); e ne celano una variante, che confesso non saper esattamente supplire » (*Roma sott.* t. II, p. 302).

(1) *Bull. di arch. crist.* an. 1877, p. 33. — Litterae cursivae supplementum quidem sunt, sed ex altero epitaphio proveniens. Cf. Buonarroti, *Osservazioni* etc. Vetri, p. 106.

(2) S. Cyprian. *De mortalitate*, c. 20.

(3) Ruinart, *Acta sincera*, p. 441.

(4) Cabrol, *Dictionn. d'arch. chrét. et de liturg.* t. I, coll. 2125, 2126.

Igitur istam de angelorum officiis erga homines sententiam, quae in liturgia et in auctoribus apparet, prius in epitaphiis legimus, ubi non unius et alterius doctoris opinionem, sed familiarem omnium fidelium sensum deprehendimus, licet quandoque ethnica prorsus sub forma, ut in hoc antiquissimo epitaphio:

HIC · SITVS · EST · M · || VLPIVS · FIRMVS · A · L · || ANIMA · BONA · SV||PERIS · REDDITA · || RAPTVS · A · NYMPHIS || VIX · ANN · VIIII · M · VI · || DECEPTOR · PARENTO||RVM (1) · VLPIVS · NYMPHICVS || FIL · DVLCISSIMO (2)

Therae, in insula maris Aegaei, plures inventae sunt inscriptiones quae prorsus obscurae evaderent, nixi prolixus quidam titulus Milo item in insula repertus esset. Inscriptiones eiusmodi duabus constant partibus, nempe voce ἄγγελος vel ἀγγέλου et nomine defuncti, exempli gratia: Ἄγγελος Ἀγαθοποδος; ἄγγελος Δημέα. Notatum autem est nomen ἄγγελος in sepulcro duplici inveniri:

ΑΓΓΕΛΟC ΚΑΛΛΙΝΟΗC ΚΑΙ ΕΥΦΡΑΝΤΙΚΗC (3)

Deinde etiam nomen ἄγγελος voci ἄβατον sociatur, quae *inaccessibile* sonat, quaeque, si cum genitivo casu inveniatur, videtur quasi significare: *locus inaccessibilis angeli.* Sed haec interpretatio tum solummodo claruit, cum illustris R. Weil cum titulo eam comparavit iam commemorato, qui in hos desinit versus:

. . . . . .
ἐνορκίζω ὑμᾶς τὸν ὧδε ἑφεστῶτα ἄγγελος,
μή τίς ποτε τολμή(ση) ἐνθὰδε τινὰ καταθέσθε.
Ἰησοῦ Χρειστε βοήθει τῷ γράψαντι πανοικί. (4)

Precor, propter angelum hic stantem, ne quis alterum huc cadaver introducere audeat. Iesu Christe, sculptorem eiusque familiam adiuva.

(1) *Deceptor parentorum* = qui spem parentum moriens fefellit.

(2) CABROL–LECLERCQ, *Monum. Eccl. liturg.* t. I, n. 3307.

(3) *Inscr. Graec. insularum maris Aegaei*, 1898, fasc. 3, n. 946.

(4) R. WEIL, *Von den griechieschen Inseln*, apud *Mittheilungen des deutschen archäologischen Instituts in Athen*, 1877, t. II, p. 79, nota 15.

Nullum dubium amplius dari potest quin hic de angelo sepulcri non autem personarum custode agatur. Videlicet nova est benigniorque adiurationis formula, quae ita sonat: *Noli vim sepulcro inferre, angelus illud custodit.*

ART. VII. — **Anima – Eius in epitaphiis vocabula et figurae.**

Vox *anima* haud nunquam in titulis Christianis invenitur, neque ipsa deest apud ethnica epitaphia; en utriusque exempla:

ETHNICA.	CHRISTIANA.
CORPORE CONSVMPTO VIVA ANIMA DEVS SVM	☧ AVR · THEOFILVS · CI VIS · CARRHENVS · VIR · *p*VRAE MENTIS · ET · IN *no*CENTIAE · SINGVLA *ris* XXIII · ANNO · DEO *anim*AM · REDDIDIT · *terra*E · CORPVS · + SATVRMI ANIMA DVLCIS
TERRA TENET CORPVS · NOMEN LAPIS · ATQVE ANIMAM AER	
ANIMAM SACER ABSTVLIT AER	
Ὀστέα μὲν καὶ σάρκας ἔχει χθὼν παῖδα τὸν ἡδὺν ψυχὴ δ'εὐσεβέων οἴχεται εἰς θάλαμον.	PRISCILLIANI ANIMA IN PACE

Sed non raro etiam animae defunctorum spiritus, seu, plebeia lingua, *spirita* vocantur; quae nominatio propria Christianorum non est, cum et in ethnicis epitaphiis aliquando inveniatur, exempli gratia:

CARMINIBVS DEFIXA IACVIT PER TEMPORA MVLTA VT EIVS SPIRITVS VI EXTORQVERETVR *prius*QVAM NATVRAE REDDERETVR (1)

Evidens autem apparet *animam* et *spiritum* voces ab ethnicis promiscue adhibitas esse, sicut apud Christianos:

EVGENI SPIRITVVS (spiritus tuus) IN BONO

(1) L. RÉNIER, *Recueil des inscriptions romaines de l'Algérie*, Paris, 1855, n. 234.



Tab. 36.

Ispirito santo bono Florentio qui vixit anis XIII. Coritus magister, qui plus amavit quam filium suum, et Coideus mater filio benemerenti fecerunt.

Igitur animae sanctorum martyrum *spirita sancta* a vulgo vocabantur; quae nuncupatio diu etiam post pacem Ecclesiae perduravit, et ad fidelium etiam animas, licet raro, significandas adhibita est:

VALE MICHI KARA KARA IN PACE CVM SPIRITA XANTA · VALE IN ☧ (Christo) (*sic*).

CVM *Deo Anima Sancta* (1)

Et in quodam epitaphio, in coemeterio Priscillae invento, legitur:

VT QVISQVE DE FRATRIBVS LEGERIT ROGET DEVM VT SANCTO ET INNOCENTE SPIRITO (*sic*) AD DEVM SVSCIPIATVR (2)

Anima etiam columba aliquando appellata est a Christianis, saepissime vero in epitaphiis sub columbae forma repraesentata, quod quidem antiquissimum symbolum extat, quodque diutius quam cetera symbola perduravit.

Inscriptio quaedam, a I. B. De Rossi in coemeterio Priscillae inventa,(3) duas prae se refert columbas ramum olivae rostro ferentes, super quibus defunctarum nomina descripta sunt, BENERA et SABBATIA, scilicet dum Sabbatius, earum frater, eodem in epitaphio PALVMBVS SINE FEL vocatur. « Quae quidem verba, ait I. B. De Rossi, ad animam alludunt

(1) De Rossi, *Bull. di arch. crist.* 1868, p. 10.
(2) Cf. Lupi, *Epitaph. S. Severae*, p. 167.
(3) *Bull. di arch. crist.* an. 1864, pp. 11–13.

innocentem, simplicem, puram propter *Sancti Spiritus* dona, ideoque et ipsa *Spiritus Sanctus* appellata est, pariterque sicut divinus Spiritus columbae obumbratur figura ».[1]

Tab. 37.

Inscriptio quaedam coemeterii Callisti habet:
DASVMMIA QVIRIACE BONA FEMINA PALVMBA SINE FELLE[2]

Alia inscriptio, Ciriacae nempe et Rodinae, duas repraesentat columbas diversa magnitudine, ut mater fortasse *Ciriaca* a filia *Rodina* distingui possit.

Tab. 38.

Demum, puellae anima etiam *palumbus* vocata in epitaphiis legitur; sicut figura

(1) *Roma sott.* t. II, p. 311. Pergit autem egregius archaeologus: «Infatti Tertulliano da me sopra citato ci avverte che la colomba, emblema del Santo Spirito, è *sine felle*; e S. Cipriano scrisse: *in columba venit Spiritus Sanctus*, simplex animal et laetum non felle amarum (*De unitate eccl.* c. IX). Nel bellissimo epigramma dell'africano poeta Asterio leggiamo:

Salvete fratres puro corde et simplici,
Evelpius vos (salutat) satos Sancto Spiritu

E accanto alle parole *Sancto Spiritu* è effigiata la colomba col ramo d'olivo. Conformemente a queste solenni formole ed allegorie Prudenzio nel secondo inno del *Cathemerinon* invoca Dio *mente pura et simplici* (v. 49), e nel terzo del *Peristephanon* fa spiccare il volo verso il cielo allo *spirito innocente* di Eulalia in foggia di *candida* colomba (vv. 161–164); e Tertulliano nell'*Apologetico* (c. XXX) dice che il cristiano offre a Dio *orationem de anima innocenti, de spiritu sancto profectam*; e nelle lapidi cemeteriali leggiamo *spiritus sanctus, anima innocens, anima simplex* (p. 312)».

(2) De Rossi, *Roma sott.* t. II, tab. XXXVII, n. 19.

mulieris orantis viri feminaeque animam promiscue repraesentat:

MIRAE BONITATIS SECVNDE
QVAE VIXIT PVRA FIDE ANNOS
VIGINTI PVDICA CESSAVIT
IN PACE ID VIRGO FIDELIS
BENEMENTI QVIESCET ID IVL
PALVMBO SINE FELLE *Mamertino* ET *Nevitta conss.*
(Coem. Callisti, reg. Liberiana).

Quibus monumentis accedunt luculentissima Patrum scriptorumque testimonia, quorum unum, idque antiquissimum, sufficiet, nimirum *Polycarpi martyrium*. Huius enim quaedam manuscripta mentionem de columba faciunt egressa e martyris corpore cum animam efflavit: ἐξῆλθε περιστερὰ καὶ πλῆθος αἵματος.(1)

Ramus vero olivae, quem columba in ore ferens depingitur, pacem significat, cuius vocabuli est veluti hieroglyphicum signum; idque e Scriptura habemus, necnon e Patribus. Sic S. Ambrosius:

Arca Noe nostri typus est, et Spiritus ales
Qui pacem populis ramum praetendit olivae.

Quos versus cecinisse videtur, Vergilianum forsitan illud imitans:

Paciferaeque manu ramum praetendit olivae.(2)

Formula denique *in pace* quam saepe columba cum ramo comitatur, immo ramus olivae solum delineatus, verbum *pax* quasi suggerens, satis abunde quae hucusque exposita sunt confirmant.

Altera animae symbola sunt agnus et figura mulieris orantis, sed de his in altero libro ubi symbola explanabuntur sermo redibit; nunc de animae post mortem statu loquendum.

(1) *Martyrium Polycarpi*, c. XVI.
(2) *Aeneid.* VIII, 116. — Cf. De Rossi, loc. cit.

Art. VIII. — Animae post mortem destinatio. Orationes pro defunctis.

Quaestio duplex erit: nam primum inquirendum venit utrum prisci Christiani post mortem, et antequam in pace Dei animae constituerentur, medium putaverint aliquem locum esse, ubi humani purgarentur spiritus, fierentque beatitudine aeterna digni; secundo vero quidnam prisci Christiani de statu pacis in Deo, seu de beatitudine ante universale iudicium senserint. Quarum autem investigationum conclusiones quanti futurae sint momenti theologiae studiosi certe, iam in limine, intelligunt. Denique quaerendum erit quid epitaphia proferant de corporum resurrectione deque ultimo iudicio. Sed in praesenti articulo de precibus pro defunctis potius tractabitur, cetera vero sequentibus articulis, nono scilicet et decimo, explicabuntur.

Quod anima post mortem Deo iudici adstare debeat, res erat exploratissima; epitaphia tamen parum de hoc commemorant; uberius vero testimonium ex picturis colligitur, unde in alia huius operis parte id erit tractandum.

Ad purgationem vero animarum quod attinet, S. Cyprianus, qui quidem, inter ceteros Ecclesiae primaevae Patres, tum de paradisi praemio iustis in sanctitate perfecte morientibus statim tribuendo, tum de aeterno pertinaciter impiis cruciatu irrogando locutus est optime, priscorum etiam quae fuerit de temporariae expiationis loco doctrina Christianorum summatim expressit. Sic, ut pauca referam, haec habet: « Aliud est ad veniam stare, aliud ad gloriam pervenire; aliud missum in carcerem, non exire inde donec solvat novissimum quadrantem, aliud statim fidei et virtutis accipere mercedem; aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari et purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse ».[1]

Innumerae prorsus inscriptiones sunt quae, huiuscemodi persuasionem et sollicitudinem expromentes, adclamationes prae se

(1) Cyprian. *Epist.* 55.

ferant, quibus pax, bonum, Deus, Christus, Spiritus sanctus, angelorum sanctorumque consortium, veluti quietis, gaudii et lucis status defunctorum exoptentur animabus. En plura specimina:

Romae:

In coemeterio Callisti:

VIVAS IN DEO - VIVAS IN DOMINO - VINCENTIA IN CHRISTO - VIVAS IN SPIRITV SANCTO - VIVAS IN PACE - VIVAS IN AETERNO - SPIRITVS TVVS IN BONO - ISPIRITO TVO IN RENE - I ☧ N - ITER SANCTOS - CVM SANCTIS - ZHCHC **META ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ** (vivas cum sanctis).

In coemeterio Domitillae:

VIBAS IN PACE - **ZHCAIC · EN · ΚΩ** (Domino) - **MNHCΘHC · IHCOΥC · O ΚΥΡΙΟC · TEKNON** (Domine Iesu, filiolae memor esto) - VICTORIA REFRIGER*et* ISSPIRITVS TVS IN BONO - VIBAS IN DEO - HERINEVS SEM*per* VIVAS IN DEVM - BICTORES SPIRITVS IN BONO

In coemeterio Priscillae:

ZΩMEN EN ΘEΩ ⚓ - **ΚΥΡ META COΥ** (Dominus tecum) - **CHCHC EN ΘEΩ - ZHCHC EN ONOMATI ΘEOΥ** - NAVIGI VIVAS IN ☧ (1) - IN SINO (sinu) DEI *vivas* - MAXIME VIVAS IN DEO - ARTEMIDORA SEMPER VIVES IN DEO

In museo Lateranensi:

GAVDENTIA SVSCIPEATVR (*sic*) IN PACE - VIVAS DVLCIS ANIMA - REGINA VIBAS IN DOMINO ZESV - VTVLIVS CALLIGONVS SEMPER IN *Deo* VIVAS DVLCIS ANIMA - **ΕΡΜΑΕΙΣΚΕ ΦΩΣ ZHΣ EN ΘEΩ ΚΥΡΕΙΩ ΧΡΕΙΣΤΩ** - LAIS CVM PACE ISPIRITVS IN BONO QVIESCAT - **EIPHNH COΥ TH ΨΥΧH** (pax animae tuae).

(1) WILPERT, *Ein Cyclus Christ.* etc. pp. 34, 35, 36, 37.

Tab. 39 (Coem. Priscillae, saec. II vel III).

Tab. 40. SEVERA IN DEO VIVAS (saec. IV).

Tab. 41 (In Christo).

Quod autem Romae, id et in ceteris Italiae regionibus, tam in Sicilia quam in media Italia et in Gallia Cisalpina abunde inveniri fas est. Ostiae, exempli gratia, hae formulae habentur, quae minime a Romanis differunt formulis:

IN DOMINO VIBANT – IN DEO VIBAS (1) – VIVATIS IN DEO *viv*AS IN $\overline{\text{XPO}}$ – IANVARI IN PACE DOM *vivas* (2)

(1) De Rossi, *Bull. di arch. crist.* 1866, p. 41.
(2) De Rossi, *Bull. di arch. crist.* 1866, p. 47.

Extra vero Italiam item eaedem adclamationes occurrunt:

In Gallia.

TE IN PACE - IN DEO - TE SVSCIPIANT OMNIVM ISPIRITA SANCTORVM - VIBAT $\overline{CV}$ $\overline{XPO}$ IN ÆTER$\overline{NV}$ A$\overline{ME}$ (1) = Vivat cum Christo in aeternum. Amen.

In Britannia.

LVCEM · TVAM · DVINO · DA · DEVS · ET · REQVIEM · AMEN

Neque Europa tantum, sed et Asia et Africa exempla eiusmodi prorsus innumera proferunt, eaque, saltem in Africa, fere nihil a citatis diversa:

IN DEO VIVAS - VIBAS IN DEO - IN CHRISTO FLOREAS - VIVAS CVM TVIS - DOMINE IVBA NOS (idest: adiuva nos) - IHCOY XPICTE BOHΘEI (2)

Ceterum, quod plus est, ita formulae epigraphicae cum liturgiis defunctorum antiquis congruunt, ut aut istae ex illis profluere, aut communem utrasque supponere typum dixeris: quod ex dicendis melius apparebit.

Sunt igitur, et sensu et praesertim forma, ut patet, proprie optativae et deprecatoriae inscriptiones istae. Ceterae vero formulae eiusmodi, quae verbum modo indicativo exhibent, diverse accipiendae sunt: vel enim defunctum testantur in pace cum Ecclesia in hac luce vixisse, uti est plerumque sensus Africanarum inscriptionum huiusmodi, vel in pace mortuum esse, vel alteram vitam quodammodo et confuse significant, vel de pace corporis simpliciter loquuntur, vel denique spem super-

(1) E. Le Blant, *Inscr. chrét. de la Gaule*, p. 87; *Sarcophages d'Arles*, p. 58; *Recueil des inscr. chrét. de la Gaule*, t. II, n. 621b.

(2) Cf. W. E. Crum, *Coptic monuments*, Cairo, 1901, nn. 8449, 8465, 8471, 8484, 8500, 8509, 8510, 8522, 8533, 8540, 8611, 8651, 8670, 8710. Ultima formula relata Aegyptii propria videtur, licet non desit in Asia.

Tab. 42.

ZHCEC EN ΘεΩ IH ☧ = Vivas in Deo Iesu Christo.

stitum parentum revelant, nempe animas defunctorum iam pacem possidere:

IN PACE VIXIT - OBIIT IN PACE - DORMIS IN PACE - RECESSIT A SAECVLO INCRESSA IN PACE - REOVIESCET IN SOMNO PALCIS (*sic*)(1) - FESTA SPIRITVS TV*u*S IN PACE(2) - SIMPLICIVS IN PACE SPIRITVS SOFIATIS(3) - SPIRITVM CAPRIOLES IN P*ace*(4) - ANNV... ISPIRITVS *tuus requi*ESCAT IN P*ace*(5)

Eadem formula non raro etiam Graece reperitur:

ΚΑΩΔΙΑΝΗ ΤΟ ΠΝΕΥΜα ΣΟΥ ΕΙΣ ΕΙΡήνΗν(6) - ΗΡΑΚΛΙΑ ΡΩΜΗ ΕΙΣ ΑΝΑΠΑΥΣΙΝ ΣΟΥ Η ΨΥΧΗ - ΑΘΗΝΩΔΩΡΕ ΤΕΚΝΟΝ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΣΟΥ ΕΙΣ ΑΝΑΠΑΥΣΙΝ(7)

Aliae sunt fere innumerae;(8) sed eiusmodi formulae in sequenti articulo melius excutientur.

(1) De Rossi, *Inscr.* I, n. 81.
(2) Boldetti, *Osservazioni*, p. 406.
(3) Marangoni, *Acta S. Vict.* p. 80.
(4) Perret, *Catacombes*, V, tab. VM.
(5) *Corp. inscr. Lat.* V, part. II, n. 7418.
(6) Marangoni, *Acta S. Vict.* p. 74.
(7) Marangoni, *Acta S. Vict.* p. 77.
(8) Vide Mus. Later. pila IX, 27.

Voces autem RECESSIT, PRAECESSIT IN PACE in his inscriptionibus passim adhibitae, illud in mentem revocant quod in canone missae Romano pro defunctis legitur: *qui nos praecesserunt cum signo fidei et dormiunt in somno pacis*; pro his *refrigerium* insuper postulat a Deo Ecclesia et hanc quidem vocem Christianarum inscriptionum propriam dixeris:

SPIRITVS TVVS IN REFRIGERIO - PRIVATA DVLCIS IN REFRIGERIO ET IN PACE - DVLCISSIMO ANTISTHENI CONIVGI SVO REFRIGERIVM (1) - IN REFRIGERIO ANIMA TVA VICTORINE (2) - NICEFORVS ANIMA DVLCIS IN REFRIGERIO (3) - AVGVSTE IN BONO REFRIGERES DVLCIS (4)

Hae formulae tamen cum praefato missalis Romani canone hoc discrimen habent, quod in istis verbum refrigerare passivum sumere sensum videatur aliquando, atque in hanc alteram formam converti possit, quae et ipsa ad antiquam Christianam epigraphiam pertinet: SECVNDA ESTO IN REFRIGERIO (5) vel: (SECVNDINI) SPIRITVS IN BONO QVIEQVAT (quiescat). (6)

Congruenter ad id, notum est S. Perpetuam, cum fratrem suum in somniis vidisset Dinocratem frustra bibere ad fontem conantem; atque ex eo intellexisset ipsum nondum beatitudinem adeptum, pro eo deprecatam esse, eumque postea vidisse mundo corpore, *bene vestitum, refrigerantem*, id est, bibentem ad fontem. (7) Quaedam aliunde Mauretanensis inscriptio mensae institutionem commemorat ad animas defunctorum refrigerandas.

(1) De Rossi, *Bull.* 1879, p. 137; ibidem, 1886, p. 129.
(2) Boldetti, *Osservazioni*, etc. p. 417.
(3) Mus. Lateran. pil. IX, 13.
(4) Lupi, *Epit. Sev. M.* p. 11.
(5) De Rossi, *Bull.* an. 1884-1885, p. 43.
(6) Marangoni, *Acta S. Vict.* p. 131.
(7) *Passio Ss. Perpetuae et Felicitatis*, ed. Franchi, pp. 118 sq.

D M S	Dis Manibus Sacrum
I I I DONS MEMORÆ SPIRTAI . . . I	Donis memoriae spiritan-
TIV IULIO CALVO MARTO FAV . . .	tiu(m). Iulio Calvo marito, Fav(ori)-
N ET ROGATIO FILIS · CARISSIMIS I	n(o) et Rogato fili(is carissimis,
AVRELIA ROGATA LENTA DoLoREMME	Aurelia Rogata, lenita dolorem, me(n)-
SAM CVM TITVLVM REFRIGERATIO	sam cum titulum (= titulo) refrigeratio-
I I I NS POSVIT DEDCAVTQVE CALVV	nis posuit dedicavitque. Calvu-
I I S·VIX·ANS LXV ROGATVS ANS XX FA	s vix(it) a(n)nis LXV, Rogatus a(n)nis XX. Fa-
I V · VIX · ANS · X^{IIII} P CCLXXVIIII	v(orinus) vix(it) a(n)nis XIV P(rovinciae) CCLXXIX
(an. 318) (1).	

Iamvero istae formulae, licet maiori ex parte deprecationem distincte non exhibeant, eam tamen, nedum excludant, requirere videntur.

Neque alia est indoles formularum quarumdam quas verbum tempore futuro comitatur: DORMIES, VIVES, QVIESCET, CESQVET IN PACE, IN DEO, IN CHRISTO etc.

Evidentissime autem deprecativum sensum supponunt illae fere omnes formulae quae, nullo activo vel passivo verbo instructae, vera omina, quin aliter sane intelligi nequeant, continere dignoscuntur:

AGATEMERIS SPIRITVM TVVM INTER SANCTOS – IN PACE (cum) SANCT*is* – PAX TIBI CVM SANCTIS – BLASTIANE PAX TECVM – AVGVRINE IN $\overline{\text{DOM}}$ ET ☧ (Iesu Christo) – PAX DOMINI ET ☧ CVM FAVSTINO ATTICO – EVGENI SPIRITVVS (spiritus tuus) IN BONO – INOELECIA (Endelecia) ISPIRITO TVO IN RENE – BETTONI IN PACE DEVS CVM SPIRITVM TVVM IXΘYC – IRENE TIBI CVM SANCTIS (2)

Librum facile implerent si cunctas vellem describere.

Atqui omne dubium, si dari posset, e medio tollerent inscriptiones non paucae quae verae preces potius sunt ad Deum

(1) *Corp. inscr. Lat.* t. VIII, Supplem. 3, n. 20078o. — Forsitan legendum est: MENSAM REFRIGERATIONIS CVM TITVLO. De mensis dictum est in primi vol. parte priore, p. 327 sq.

(2) Cf. WILPERT, *Ein Cyclus* etc. pp. 30–52.

directae, ut defunctorum animabus benignum se praebeat, easque aeterna luce donet. Momentum vero harum precum idcirco magnum est, quod ipsae liturgicas preces sapiunt tum ante tum post Nicaenum Concilium usurpatas:

— KALEMERE DEVS REFRIGERET SPIRITVM TVVM VNA CVM (spiritu) SORORIS TVAE HILARE (1)

— ΔΕΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΥΣ ΟΜΝΙΠΟΤΕΝΣ ΣΠΙΡΙΤΟΥΜ ΤΟΥΤΟΥΜ ΡΕΦΡΙΓΕΡΕΤ (2) = Deus Christus omnipotens spiritum tuum refrigeret.

— VICTORIA SPIRITA VESTRA DEVS REFRIGERET ZOTICE DVLCIS (3)

— (RVFINA) SPIRITVM TVVM DEVS REFRIGERET - ANTONIA ANIMA DVLCIS IN PACE TIBI DEVS REFRIGERIT (4)

— REFRIGERA DEVS ANIMA*m* HON . . . - BOLOSA DEVS TIBI REFRIGERET (5)

— SPIRITVM TVVM DEVS REFRIGERET (6)

— BONO ISPIRITO MARIANI DEVS REFRIGERET (7)

(1) Lupi, *Epit. Sev. M*, p. 137, tab. xvii, p. 157.

(2) Perret, *Catacombes*, VI, p. 172; De Rossi, *Bull.* 1863, p. 2.

(3) Boldetti, *Osservazioni* etc. p. 418 (Mus. Later. pila IX, 13).

(4) Mus. Later. pila IX, 13.

(5) Mus. Later. pila IX, 12, 14.

(6) Armellini, *Cimitero di S. Agnese*, p. 141.

(7) *Corp. inscr. Lat.* VIII, 819. Quid autem vox *refrigerium* significet, hoc luculentissime ex auctoribus et Patribus patet. Refrigerium nempe est solacium, refectio, quies; proindeque tum ad huius vitae quodlibet gaudium, tum ad caelestem beatitudinem significandam tale adhibebatur vocabulum. Irenaeus illud pro requie accipit (*Haeres.* I, 7, 1; II, 34, 1; Migne, 7, 513, 837 sq.); atque eodem prorsus sensu in liturgiis invenitur cum Latinis, tum vero Graecis, apud quas idem verbum *refrigera* sonat atque *quietem praesta*, ἀνάπαυσον. Neque aliter apud Tertullianum habetur, cum in suo *de Monogamia* tractatu (X) dicat: « Enimvero et pro anima eius orat, et *refrigerium* interim adpostulat et in prima resurrectione consortium ». Ipse autem Tertullianus hac quoque ad humanum nuncupandum solacium voce utitur; sic de agapis Christianis ait: « Inopes quoque refrigerio isto iuvamus, indigentibus refrigeramus ». Et hic quidem sensus etiam apud Apostolum usurpatur de Onesiphori eximia comitate loquentem; impii vero in libro *Sapientiae* (II, 1) ita finem terrestrium voluptatum indicant: « non est refrigerium in fine hominis ». Ceterum quod in epitaphiis Chri-



Tab. 43 (Ex *Römische Quartalschrift*, 1906).

Inter eiusmodi formulas proinde magis animum afficiunt eae quae Deum, ut recordetur defunctorum animarum, supplicant:

— MNHCΘH Θεός - ZHCH ἐν Θεῷ

Recordetur Deus ... – Vivas in Deo. (Coem. Callisti).

— MNHCΘH AYTOY O ΘEOC IC TOYC AIΩNAC

Recordetur illius Deus in aeternum. (Coem. Callisti).

— MNHCΘH IHCOYC O KYPIOC TEKNON

Domine Iesu, recordare filiae nostrae (Tab. 44). (Coem. Domitillae).

stianis *refrigerium* ut aeterna in paradiso requies atque superni boni adeptio conceptum sit et intellectum, patet praesertim e supra memorati S. Cypriani scriptis, qui in suo *de mortalitate* tractatu habet: « Ad refrigerium iusti vocantur; ad supplicium rapiuntur iniusti »; insuper eodem modo, in Actis iam relatis S. Perpetuae, refrigerium accipitur.



Tab. 44 (Ex Wilpert, *Ein Cyclus*... Tab. IX, n. 2).

In hoc autem genere praecellunt Syra et Aegyptia non pauca epitaphia directe Deum efflagitantia. Priora communem habent formam, nempe:

ΜΝΗCΘΗΤΙ Ο ΘΕΩC ΤΟΥ ΔΟΥΛΟΥ CΟΥ ... etc.

Propriam autem habent formulam posteriora, quorum en aliqua specimina:

Pater, Fili, Sancte Spiritus, miseremini animae Anni qui requievit die 15 Michir. Amen. (Cabrol, *Dict. d'arch. chrét.* art. *Ame*, col. 1569).

Beata ... obdormivit die 27 choiak, indictione ... Deus, tu eris misericors ... Deus. Amen. (Ibidem).

Iesus Christus vincit! Pater, Fili, Spiritus Sancte, misereamini Ageni, filii Kakbul. Amen. (Ibidem).

Et in Alexandrina catacumba legitur:

+ $\overline{\text{ΚΕ}}$ ΑΝΑΠΑΥCΩΝ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ τΗC δΟυΛΗC σοΥ ... = Domine dona requiem animae famulae tuae ...

Ultima hic quaedam consideratio est notanda. In formulis, ut diximus, permultis, defunctis auguratur pax: *Vivas in pace*; *Priscus in pacem* (*suscipiatur*), paradisus: *In pace et paradissu* (sic), bonum: *Eugeni spirituus* (sic) *in bono*. Iam vero, ut apprime est notum, voces eiusmodi saepe Dei Christive nomini

dant locum: *Vivas in Deo, in Christo, in sinu Dei.* Verumenimvero, tum in epigraphia, tum in litteratura et theologia Christiana, Christus convenientissime lux vocatur defunctorum. Sic in carmine Pectorii: ΦΩΣ ΤΟ ΘΑΝΟΝΤΩΝ, et in quodam Priscillae coemeterii epitaphio legimus:

ΜΑΡΙΤΙΜΑ ΣΕΜΝΗ ΓΑΥΚΕΡΟΝ ΦΑΟΣ ΟΥ ΚΑΤΕΔΕΙΨΑΣ
ΕΣΧΕΣ ΓΑΡ ΜΕΤΑ ΣΟΥ (piscis anchora piscis) ΠΑΝΑΘΑΝΑΤΟΝ ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑ (1)

Maritima Semne, tu non amisisti dulce lumen, quia piscis (hoc est Christus) semper immortalis tecum erat.

Necnon apud Cyprianum, licet non eodem forsitan omnino sensu habemus: « Per Dei indulgentiam recreati spiritaliter et renati, imitemur quod futuri sumus. Habituri in regno sine interventu noctis solum diem, sic nocte quasi in lumine vigilemus ».(2)

Ex hac autem, quoad iustorum animas, lucis cum Christo, ut ita dicam, connexione evenit ut, in funerariis inscriptionibus, nonnunquam vox *lux* ad significandam beatitudinem, quae a Christo exoritur, sit promiscue adoptata; sic in coemeterio Cyriacae quoddam epitaphium ita incipit:

CORPVS HVMO ANIMAM CHRISTO PETRONI DEDISTI
NAM IVSTAE MENTES FOVENTVR LVCE CAELESTI

Alia vero inscriptio ait:

CVIVS SPIRITVS IN LVCE DOMINI SVSCEPTVS EST

(Crypta S. Praxedis);

et alia:

AETERNOS SORTITA THOROS XPIQVE PETIVIT PERPETVAM LVCEM NVLLO QVAE FINE TENETVR (3)

(1) Boldetti, *Osservazioni sopra i cimiteri*, p. 370.
(2) *De oratione dominica, P. L.* t. IV, coll. 543, 544.
(3) *Corp. inscr. Lat.* V, par. II, n. 6634.



Tab. 45.

ЄРМАЄІСКЄ ΦΩС
ZΗС ЄΝ ΘЄΩ
ΚΥΡΙΩ ΧΡΙСΤΩ ...

Tecum sit lux, Ermaisce, vivas in Deo Domino Christo.

Sanctus vero pontifex Damasus, in carmine pro defuncta sorore concinnato, ita orat:

NVNC VENIENTE DEO NOSTRI REMINISCERE VIRGO
VT TVA PER DOMINVM PRAESTET MIHI FACVLA LVMEN (1)

Et ab aliis directe, haud scilicet sanctorum intercessione allegata, lux efflagitatur aeterna:

LVCEM · TVAM · DVINO · DA · DEVS · ET · REQVIEM · AMEN (2)

Deinde via paradisi VIA LVCIS vocatur in quodam S. Pauli claustri epitaphio, et Venantius Fortunatus beatitudinis locum *loca lucida* appellat. In epigrammate vero martyris Vitalis legitur:

HVNC PRECOR VT LVCIS PROMISSAE GAVDIA CARPAM

Item beatitudo passim PARADISVS LVCIS, MVNERA LVCIS dicitur; frui vero hac luce vitam est vivere beatam aeternamque in Deo, uti legimus in aliis inscriptionibus.(3) Pretium denique huius beatitudinis fides est in Christum, ut non

(1) Ihm, *Damasi epigrammata*, p. 15, n. 10, vv. 14–15.
(2) Smith, *Dict. of christian antiquities*, t. I, p. 846.
(3) *Corp. inscr. Lat.* V, par. II, nn. 6218, 6729.

pauca innuunt epitaphia, exempli gratia: *Christina* (*hic iacet*) *quae cum Deo et Christo credidisset* (*ivit*) *ad angelos*;

*in Ch*RISTVM CREDENS PR*a*EMIA LVCIS HABET (1)

Haec porro, perinde ac quae in primo huius operis volumine (2) de luce Christi sunt exposita, cum illis conveniunt Ioannis verbis in Apocalypsi: « Et videbunt faciem eius; et nomen eius in frontibus eorum. Et nox ultra non erit, et non egebunt lumine lucernae, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, et regnabunt in saecula saeculorum ». (3) Neque aliter Ioannes loquitur cum Ierusalem describit caelestem, (4) scilicet Deus viventibus quidem per fidem et gratiam se aliquantum communicat; defunctos autem plena luce illuminat, id est tota sua praesentia; quod quidem ex innumeris paene Scripturae locis aliunde eruitur. (5)

Talia sunt quae in inscriptionibus apud varias Christiani orbis regiones inventis summatim deprehenduntur. Nunc vero, si haec omnia attente consideraveris et cum liturgiarum precibus accuratius conferre non neglexeris, ad hanc plane observationem seu conclusionem, iam superius praenotatam, devenies, scilicet tum Romanam, tum aliam quamcumque liturgiam, in iis quae ad mortuorum commemorationem pertinent, non nisi antiquiorum formularum funerariarum repetitionem quamdam esse.

Hoc in canone missae lucidissimo apparet modo. Cuncta enim quae in *memento* mortuorum quaelibet habent liturgiae ad ista canonis Romani missalis verba reducuntur: « Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum qui nos praecesserunt cum signo fidei et dormiunt in somno pacis. Ipsis, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerii, lucis et pacis, ut indulgeas deprecamur ». Atqui, multo ante quam canon missalis Romani in hanc redigerunt formam,

(1) De Rossi, *Inscr. Crist.* I, p. 180, n. 412.
(2) Pars I, pp. 364 sq.
(3) *Apoc.* XXII, 4 sq.
(4) Ibid. XXII, 23.
(5) Wilpert, *Ein Cyclus* etc. pp. 16 sq.

Christianos ut defuncti sui cari a Deo pace, refrigerio, luce, donarentur deprecari fuisse solitos epigraphica coemeteriorum monumenta satis demonstrant; immo ita ut ex adclamationibus et deprecatoriis his sepulcrorum formulis canonis formulam quasi ad verbum rursus constituere possimus.

Hanc potius, si velis, inspicias collationem:

Memento Domine famulorum famularumque tuarum	MNHCΘH O ΘEOC - KE MNHCΘHTI THC ΔOYΛHC COYZANNA (Memento Domine famulae tuae Susannae)
qui nos praecesserunt cum signo fidei	RECESSIT IN PACE FIDELIS - PRAECESSIT IN PACE
et dormiunt in somno pacis.	DORMIT IN PACE - DORMIENTI IN DOMINO IN PACE - REQVIESCIT IN SOMNO PACIS
Ipsis Domine et omnibus in Christo quiescentibus	CESQVET - REQVIESCET IN CHRISTO
locum refrigerii	SPIRITVS TVVS IN REFRIGERIO
lucis	IN LVCE DOMINI SVSCEPTVS EST
et pacis.	IN PACE SPIRITVS SILVANI AMEN

Tab. 46.

Ὁ Θεὸς ἀνάπαυσον τὴν ψυχὴν αὐτῆ(ς). Ἀμήν.
Dona, Deus, requiem animae illius. Amen.

Quaedam sequenti saeculi quarti inscriptione, Romae inventa, paucis *mortuorum memento* continet; hoc tamen discrimine, quod in ea Ecclesiae deprecatio exaudita apparet:

DVLCIS · ET INNOCENS · HIC DORMIT · SEVERIANVS ☧ IN SOMNIO (*sic*) PACIS QVI VIXIT ANNVS · PM · L · CVIVS SPIRITVS · IN LVCE DOMINI SVSCEPTVS EST (1)

Nimirum quasi dicat:

Severianus qui cum signo ☧ praecessit, hic dormit in somno pacis, sed eius anima in loco refrigerii, lucis et pacis iam est suscepta.

(1) De Rossi, *Inscr.* t. I, n. 442, p. 192.

Quod si ad Orientem animum vertamus, talem inveniemus inter inscriptiones et preces funerarias congruentiam, ut non raro ipsae preces, paucis mutatis, epitaphia factae fuerint.(1) Liturgiae enim postquam omnipotentiam et bonitatem et misericordiam Dei commemorarunt, requiem defunctis adprecantur in sinu Abrahae, Isaac et Iacob, in loco refrigerii et lucis, ubi non est dolor neque luctus neque gemitus. Atqui inscriptiones extant non paucae has cogitationes continentes; exemplo sit famosa *Pasinethis* inscriptio, in qua legitur:

... Ὁ Θεὸς τῶν πνευμάτων || καὶ πάσης σαρκός, ὁ τὸν θάνατον κα||ταργήσας καὶ τὸν Ἅδην καταπατήσας || καὶ ζωὴν τῷ κόσμῳ χαρισάμενος, ἀνά||παυσον τὴν ψυχήν μου τὴν ἀπά Πασινε || θη... ἐν κόλποις Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ || καὶ Ἰακώβ, ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἐν τό||πῳ ἀναψύξεως, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη || καὶ λύπη καὶ στεναγμός...

Deus spirituum omnisque carnis, tu qui mortem abolevisti atque infernum (Ἅδην) pedibus calcasti et vitam mundo dedisti, dona animae meae requiem et animae patris (ἀπά) Pasinethe(s) (?)... in sinu Abrahae et Isaac et Iacob, *in lucis loco, in refrigerii loco*, ubi non est dolor, neque luctus, neque gemitus.

Liturgiae Deum frequenter invocant ut, ob infirmitatem carnis noxiae, et quia nemo sine peccato est nisi Deus, piacula ipse deleat defunctorum.

Porro ipsa haec conceptio in epitaphiis quoque invenitur, et in epitaphio Aegyptii cuiusdam monachi, Anbâ Schenûdi, haec leguntur: *O Deus bone, hominum amator, omnem, quaeso, ab eo errorem tolle, verbo, opere, cogitatione commissum, quoniam nemo est super terram qui non peccet.*(2)

Verum non e Deo tantum refrigerium defunctorum animabus petiebatur, sed etiam e sanctis, scilicet e martyribus,

(1) Cf. W. E. Crum, *Coptic monuments*, Cairi, 1901; Kaufmann C. M. *Die sepulcralen Jenseitsdenkmäler der Antike und des Urchristenthums.*

(2) Kaufmann loc. cit. p. 68. Cf. Dom Cabrol, *Dict. d'arch. chrét. et de liturg.* fasc. IV, col. 1524 et seq.

qui, cum Dei amici essent propter quem sanguinem suum fuderant, veluti advocati munere fungerentur apud illum:

— (PAVLE) TE SUSCIPIANT OMNIA ISPIRITA SANTORVM (1)
— MARTYRES SANCTI IN MENTE HAVITE (habete) MARIA*m* (2)

Sed magis perspicue id sequens declarat inscriptio, adhuc parieti basilicae S. Laurentii affixa:

... CVIQVE VITAE SVAE TESTIMONIO SANCTI
MARTYRES APVT DEVM ET ☧ ERVNT ADVOCATI ...

Immo et corpus nonnunquam sanctis commendatur:

CORPVS · SANCTIS · COMMENDAVI · IRENE TIBI CVM SANCTIS QVINTIA VALE IN PACE (Capua).

Quem quidem errorem quorumdam praesertim saeculi quarti fuisse notandum est.

Denique aliquando et nomen martyris cui commendatio fiebat, scribebatur; sic:

SOMNO HETERNALI
AVRELIVS · GEMELLVS · QVI BIXIT · AN ...
ET MESES VIII · DIES · XVII · MATER FILIO
CARISSIMO · BENEMERENTI · FECIT · IN PAC*e*
CONMANDO BASILLA INNOCENTIA GEMELLI (3)

idest: « Sancta Basilla, innocentiam Gemelli tibi commendo ». Et:

DOMINA BASILLA COM
MANDAMVS TIBI CRES
CENTINVS ET MICINA
FILIA NOSTRA CRESCEN ...
... QVE VIXIT MENS · X · ET DES ... (4)

(1) De Rossi, *Bull.* 1875, p. 19.
(2) *Corp. inscr. Lat.* V, part. I, n. 1636.
(3) Mus. Later. pila VIII, n. 16.
(4) Mus. Later. pila VIII, n. 17.

Incredibile forsan videbitur a parentibus istis infantem decem mensium S. Basillae patrocinio concreditum fuisse; sed animadvertendum est nonnullos quoque Constantinianae aetatis Christianos in hanc minus rectam devenisse opinionem, quod ingenue putarent et infantes suos aliquem caelestis gloriae gradum, gradu altiorem quem aliter essent adepturi, sanctorum auxiliante tutela consecuturos esse. Haud dissimilem et hodie illi, confuse et obscure saltem, in mente habere persuasionem reputandi sunt parentes qui, quandoque, etiam pro defuncto infante preces Ecclesiae requirunt. At ipsa huius pietatis intemperantia eloquentissime de fidelium priscorum in sanctorum intercessionem fiducia testimonium perhibet.

Duae inscriptiones praefatae ad coemeterium S. Basillae pertinent, necnon ex illis deprehendi potest quantum eiusmodi tituli, martyres nempe loci indicantes, pretiosa sint indicia ad ipsa martyrum sepulcra invenienda. En alia exempla:

— SERENVS FLENS DEPRECOR IPSE *Deum* ... ET BEATAM
BASILLA*m* VT VOBIS PRO *Meritis* ...
— SANCTE LAVRENTI SVSCEPTA*m*
*h*ABETO ANIMA*m eius* (1)
— *Tibi* REFRIGERET IANVARIVS AGATOPVS
FELICISSIM MARTYRES (2)
— REFRIGERI TIBI DOMNVS IPOLITVS

Nihil profecto clarius communionis sanctorum dogma illustrat quam eiusmodi inscriptiones. Praeterea autem non est omittendum aliquando defunctos sanctorum, quorum pro eis enixe vocabatur patrocinium, fratres, famulos, alumnosve fuisse nuncupatos.

— ACCIPITE SANCTI VOBIS FRATREM DIGNVMQ*ue* MINESTRVM (ministrum, famulum) TVLLIVM ANATOLIVM ARTEMIVM *Clarissimum Puerum* (3)

(1) De Rossi, *Bull.* 1875, p. 19.
(2) De Rossi, loc. cit. 1877, p. 151; cf. 1863, pp. 3–4.
(3) De Rossi, loc. cit. 1878, p. 157.

— SANCTI PETRE MARCELLINE SVSCIPITE VESTRVM ALVMNVM (1)

Quibus formulis congruere inscriptio quaedam videtur in museo Lateranensi asservata:



Tab. 47 (Pila VIII, n. 14).

Prectectus cesquet in pace ☧. Vixit annis novem, menses novem, dies tres. Nutricatus Deo Christo, martyribus.

Laudabilis hic mos aliquando, in Oriente praesertim, in abusum superstitiosum cessit, et in quadam Graeca inscriptione, sane non unica, a Lumbroso in Aegypto inventa, veluti litaniarum serie, tres divinae personae, archangeli Michaël et Gabriel, prophetae Ieremia et Enoch, Maria Virgo et Sibylla nominantur. (2)

En vero praeclarum formulae exemplum in quo a Domini et Christi et sanctorum simul potestate refrigerium expetitur:

DVLCIS VIR*go* (?) SYNLABAROSA REFRIGERET TIBI DEVS ET CHRISTVS ET DOMNI NOSTRI ADEODATVS ET FELIX VENISTI IN PACE PRIDIE KAL APRILIS (3)

Quod quidem epitaphium apud coemeterium Commodillae in regione, ubi martyres Felix et Adauctus depositi sunt nuper est inventum.

(1) DAVANZATI, *Notizie della basilica di S. Prassede*, p. 211.

(2) DE ROSSI, *Bull.* 1875, p. 34.

(3) ADEODATVS pro *Adauctus*, qui quidem cum Felice martyrii comite in coemeterio praefato conditus est.

Hinc, e martyris scilicet invocati adscriptione, fere certum evadit aliam quamdam pretiosam inscriptionem, cuius aliunde situs memoriae haud est traditus, a Boldetti revera in coemeterio *ubi Petrus baptizabat* esse lectam:

RVTA OMNIBVS SVBDITA ET ATFABI
LIS BIBET IN NOMINE PETRI
IN PACE ☧

Ceterum multo magis sanctorum patrocinium pro defunctis suis quaerere debebant, qui se viventes martyribus commendabant ac, ut iam alibi in hoc opere docui,(1) de sepultura sua apud sanctos vel summo procurata pretio solliciti erant; neque ita cito finirem si omnia eiusmodi devotionis epigraphica testimonia adducere vellem. Attamen facere non possum, quin quaedam huc epitaphia referam apud Antinoëan urbem inventa, in latinum conversa sermonem:

Deus sancti Colluthi, tu eris misericors animae Iustae defunctae. Recipe illam in coelum, in sanctum omnium sanctorum paradisum. Concede ei, quaeso, ut dulcem illam audiat vocem: Veni ad caeleste gaudium. O Domine! Beata Iusta obivit mense Mekheir, octavo indictionis anno.(2)

Beatus vel *beata* verbum sicut et in sequentibus inscriptionibus, defunctum aut defunctam significat.

Alia:

Deus archangeli Michaëlis misereberis animae defuncti Leontii.(3)

Alia:

Hic Philoponus quiescit. Deus sancti Colluthi, tu misereberis animae eius. Amen. Vos autem ingemiscemini super animam meam, quia Dominus me abstulit in diebus iuventutis meae. Quis est enim homo qui vivet et non videbit mortem?(4)

(1) Cf. vol. I, pars prior, cap. IV, art. VII.

(2) Dom CABROL, *Dictionn. d'arch. chrét. et de liturgie*, art. *Antinoë*, col. 2355.

(3) SAYCE, apud *Proceedings of the Society of bibl. arch.* 1886, p. 185, n. 1.

(4) E. RÉVILLOUT apud *Mélange d'arch. égyptienne et assyrienne*, 1878, p. 174.

Alia:

Papias, Melitonis filius, Isauricus, mortuus die XX mensis Pharmuthi, indictione VII. Humatus est in sancta venerabilis Macarii domo. Pater, Filius Sanctusque Spiritus requiem possunt animae eius donare cum pace in sancta habitatione eorum. (1)

Ex his perspicue patet quae fuerit sanctorum cultus ratio etiam saeculis serioribus, necnon in regionibus a Christiani orbis centro dissitis; Patrum enim scripta in hoc cum epitaphiis certant; idemque in inscriptionibus quas peregrinantes parietibus insculpserunt suoque loco infra notabimus, necnon in epigrammatibus quae historica dicuntur.

Neque sanctorum seu martyrum solummodo patrocinia, sed et superstitum preces pro defunctis efflagitabantur, sicut in pulcherrimo Agapes carmine, ubi ipsa defuncta fratres ita alloquitur:



Tab. 48. Pars ultima inscriptionis Agapae. (Coem. Priscillae, saec. II).

VOS · PRECOR · O · FRATRES · ORARE · HVC · QVANDO · VENITIS
ET · PRECIBVS · TOTIS · PATREM · NATVMQVE · ROGATIS
SIT · VESTRAE · MENTIS · AGAPES · CARAE · MEMINISSE
VT · DEVS · OMNIPOTENS · AGAPEN · IN · SAECVLA · SERVET

Huius fere similis est Narbonensis haec inscriptio, quatenus congregationis preces petit:

(1) SAYCE, loc. cit. p. 184, n. 23.

OMS (omnes) QVI AD ECLSAM (ecclesiam) VENIETIS ORATE PRO ODROARIO PRESBITERO PECCATORE VT VOS DNS MISERTVS SIT IN DIEM IVDICII AMEN

En alia eiusdem loci, a Le Blant relata: (1)

+ IN XPI NE ORATE HOMS PRO ANIMA TRASEMIRI QVI *exi*VIT DE OC *mundo* CVIVS CORPVS *i*ACE*t* IN HOC TVMVLO VIBAT CV (cum) XPO IN ÆTERNV AME = In Christi nomine orate omnes etc.

Et in alia in Lateranensi museo asservata legitur: *Lucifere · coniugi . dulcissime · omnem · dulcitudinem cum . luctum · Maxime · marito · reliquisset · meruit · titulum · inscribi · ut . quisque · de · fratribus · legerit · roget . Deu · ut · sancto · et · innocenti · spirito . ad · Deum · suscipeatur ·* (Tab. 49). Scilicet hic quoque fratres fideles vocantur, sicut in solemni Evelpii salutatione:

SALVETE FRATRES PVRO CORDE ET SIMPLICI (2)



Tab. 49.

(1) Le Blant, *Inscr. chrét.* etc. t. II, n. 371.

(2) Huius inscriptionis momentum, ait clarissimus Wilpert, in eo consistit, quod ipsa in ea eius ratio declaratur; nempe ut fratres ad orandum pro defuncta LVCIFERA rogentur. « Eadem quoque ratio », pergit auctor, « explicite quoque in quadam addu-

Inscriptio Abercii, quae certissime saeculum respicit secundum, aliud nobis exhibet eiusmodi precis exemplum. Postquam enim de pastore immaculato, de Ecclesia, de populo Christiano, de pisce divino eiusque mensa, de Virgine, ineffabili locutus est modo, quasi haec omnia, quae fidem suam demonstrant, rationes sint cur fideles pro eius anima orent, ait:

17 Haec adstans Abercius dictavi hic inscribenda
18 Annum agens fere septuagesimum secundum
19 Haec qui intelligit quique eadem sentit oret pro Abercio.

At omnes omnino superat inscriptiones inscriptio Pectorii de qua iam locutus sum. Videat lector si, post ipsius Domini orationem, hac prece sublimius quidquam inter homines unquam resonuerit:

Ἰχθύϊ χό(ρταζ') ἄρα, λιλαίω, δέσποτα σῶτερ.
Εὖ εὕδοι μ(ήτ)τηρ, σε λιτάζομε, φῶς θανόντων.
Ἀσχάνδιε (πάτ)ερ, τωμῶ κε(χα)ρισμένε θυμῷ,
Σὺν μ(ητρὶ γλυκερῇ καὶ ἀδελφει) οἷσιν ἐμοῖσιν,
Ἰ(χθύος εἰρήνῃ σέο) μνήσεο Πεκτορίουο.

Ichthy igitur satiari, te supplex rogo, Domine Salvator; bene requiescat mater, te precor, lumen mortuorum. Aschandi pater, meis carissime visceribus, tu, cum matre dulcissima (?) et fratribus meis, in pace Domini dormias, tuumque in mente habeas Pectorium.

De hoc deque Abercii epitaphio infra redibit sermo.

citur Salonitana inscriptione saeculi quinti incipientis. Agitur enim de quadam Benigna, Marciani *memorialis* uxore. Defuncta enim in sarcophago sepulta fuerat, cuius in superiori acroterio inscriptio legebatur (Bulic, *Inscriptiones quae in c. r. museo archaeologico Salonitano Spalati asservantur*, p. 288, n. 160). At *basilicae maioris* aedificatio effecit, ut sarcophagus prorsus obrutus esset. Quapropter maritus tessellam statim in pavimento super sarcophagum collocandam curavit, cum hac inscriptione: HIC IN PACE QVIESCET || BENIGNA HONESTA FEMI||NA QVAE FVIT VXOR || MARCIANI MEMORIALIS || FILIA VERO DEXTRAE H F||PRO CVIVS SPIRITVM || MARITVS SVPER ARCAM || TESSELIAM FIGI FECIT (*Di un ciclo di pitture cristologiche*, p. 34).

Denique Christiani se vivos suosque non tantum martyribus commendare soliti erant, verum etiam ipsis defunctis qui innocentes adhuc de hac luce migraverant, vel pie vixerant, vel prorsus ob quamlibet caussam Deum possidere perhibebantur



Tab. 50.

Anatolius filio benemerenti fecit, qui vixit annis VII, mensis VII, diebus XX. Ispiritus tuus bene requiescat in Deo et petas pro sorore tua. (1)

— PETE PRO PARENTES TVOS MATRONATA MATRONA (2)

— SABBATI DVLCIS ANIMA PETE ET ROGA PRO FRATRES ET SODALES TVOS (3)

— (FELICITAS) PETE PRO CELSINIANV CONIVGEM (4)

— VICTORINVS·ANIMA ‖ INNOCENS·INTER SANC ‖ TIS ET IVSTIS *et in ora*TIONIBVS ‖ *tuis petas pro nobis* (5) (Coem. Priscillae).

....OC ΥΑκιΝΘΟC · ΕΠΟ:ησα .....
συμβίῳ ἀσυγκΡΙΤΩ...συνέΖΗCEν μετ' ἐΜΟΥ...
....μηνACΔΕΚΑΠΕΝΤΕΚΑΙ ΑΠΟΛΟΥCA · ΚΑΛΑΝδαις
.....ΔΕΝΥΝΑΝΑ · ΠΑΥΕΤΑΙ · ΤΗΡΟΥCΑΚΑΜΟΙΤο...
EICANACTACIN ΑΙΩΝΙΟΝ
(Coem. Priscillae).

...us Hyacinthus feci... (coniugi) incomparabili, quae convixit mecum ... menses quindecim et reddidit (spiritum) kalendis ... ea vero nunc requiescit: servans (fidem) laboret pro me in resurrectionem aeternam. (6)

(1) Mus. Later. pila VIII, n. 19.

(2) PERRET, *Cat.*, V, pl. XXXIII, 88; Mus. Later. pila VIII, n. 18.

(3) FABRETTI, *Inscriptiones*, p. 738, n. 488.

(4) PERRET, *Catacombes*, V, pl. XXVII, 60; Mus. Later. pila VIII, 21.

(5) DE ROSSI, *Bull.* 1881, p. 65, n. 123; I. B. De Rossi supplevit partem quae deerat.

(6) DE ROSSI, *Bull.* 1892, p. 79.



Tab. 51 (Ex *Römische Quartalschrift*, 1906).

Marine im (in) mentem nos habeto duobus, et Macriane f(iliae) c(arissimae). (1)

Ex allatis vero et ex his quae sequuntur exemplis patet insuper Christianos, ut naturae et pietati sat consentaneum est, illis potissime defunctis qui familiae nexibus sibi devincti erant preces adhibuisse. Deprehendimus enim aut maritos ab uxoribus, aut vicissim uxores a maritis obsecrari, aut a parentibus exorari pueros, pueros scilicet plerumque parvulos, qui antequam usum rationis haberent mortui sunt.

— ΑΝΑΤΟΛΙΣ ΗΜΩΝ ΠΡΩΤΟΤΟΚΟΝ ΤΕΚΝΟΝ ΟΣΤΙΣ ΗΜΕΙΝ ΕΔΟΘΗΣ ΠΡΟΣΟΛΙΓΟΝ ΧΡΟΝΟΝ ΕΥΧΟΥ ΥΠΕΡ ΗΜΩΝ (2) = Anatoli, primogenite noster, quo brevi fruiti sumus, ora pro nobis!

— μΟΥ ΤΕΚΝΙΟΝ εὔχου ΠΕΡΙ ΕΜΟΥ (3) = Fili mi, ora pro me!

— TV DVLCIS FILI MEMOR HINC ASPICE NOSTRI (4)

— PR*a*ESTES IN ORATIO*nIbu*S TVIS VT POSSIT (DOMINVS) AMARTIAS (idest peccata) MEAS INDVLGERE (5) (Coem. Callisti).

(1) De Rossi, *Bull.* 1892, p. 114.
(2) Perret, loc. cit. pl. lxvi, 11.
(3) De Rossi, *Roma sott.* t. II, tabb. xlvii–xlviii, n. 25.
(4) Bosio, *Roma sott.* p. 400.
(5) De Rossi, loc. cit. t. III, p. 244.

En autem vere suavissima inscriptio, necnon antiquissima:

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΝΗΠΙΟΣ
ΑΚΑΚΟΣ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙ
ΤΕ ΜΕΤΑ ΤΩΝ Α
ΓΙΩΝ ΜΝΗΣΚΕΣΘΕ
ΔΕ ΚΑΙ ΗΜΩΝ ΕΝ ΤΑΙ
Σ ΑΓΙΑΙΣ ΥΜΩΝ ΠΡΕΥΧΑΙΣ
ΚΑΙ ΤΟΥ ΓΑΥΨΑΤΟΣ ΚΑΙ ΓΡΑΨΑΝ
ΤΟΣ (1)

Innocens puellus Dionysius hic cum sanctis iacet. Recordare nostri in sanctis orationibus tuis, sculptoris (scilicet) et scriptoris.

Quod si quandoque dubitaretur num defunctus aliquis iam beatitudine esset donatus, tunc prius illi de gloria adipiscenda fiebat omen; deinde ipse a superstitibus, ut illis patrocinaretur apud Deum, invocabatur.

Tab. 52.

dep . . . *no*N · IVN
vincent(?)I VIBAS
IN PACE TE PETE
PRO NOBIS
(Coem. Domitillae).

— SOZON BERVS ☧ (Christus) ISPIRITVM *tuum* IN PACE *recipiat* ET PETE PRO NOBIS (2)
— IOVIANE VIBAS DEO ET ROG*es pro nobis* (3)
— IANVARIA BENE REFRIGERA ET ROGA PRO NOS (4)

(1) MARCHI, *Monumenti* etc. p. 104; PERRET, loc. cit. pl. XLIV, 3.
(2) DE ROSSI, *Bull.* an. 1873, p. 71. Notat hic egregius archaeologus formulam *verus Christus* anteriorem esse concilio Nicaeno; post enim hoc concilium formula propria esse debuisset: *verus Deus Christus.*
(3) BOLDETTI, *Osservazioni*, p. 418.
(4) DE ROSSI, loc. cit. t. III, tabb. XXVIII–XXXIX, n. 22.

— ATTICE SPIRITVS TVVS IN BONV ORA PRO PARENTIBVS TVIS (1)

— VINCENTIA IN ☧ (Christo) PETAS PRO PHOEBE ET PRO VIRGINIO EIVS (2)



Tab. 53.

ΚΑΤ ΤΗ ΠΡΟ ΙΓ ΚΑΛ
ΙΟΥΝ ΑΥΓΕΝΔΕ
ΖΗΣΑΙΣ ΕΝ ΚΩ ΚΑΙ
ΕΡΩΤΑ ΥΠΕΡ ΗΜΩΝ

(Coem. Domitillae).

Depositio XIII kal. Iunias. Augende, vivas in Domino et ora pro nobis.

— EXVPERANTIA IN PACE PETAS P*r*O NO*bis* FELIX (3)

Haec autem omnia cuidam liturgicae orationi adamussim respondent, persecutionum tempore usurpatae: « Deus, cuius tam immensa est bonitas quam potestas, praesta ... si quies adrideat te colere, si tentatio ingruat non negare ... Sanctorum tuorum nos gloriosa merita ne in poenam veniamus excusent; defunctorum fidelium animae quae beatitudine gaudent nobis opitulentur; quae consolatione indigent Ecclesiae precibus absolvantur ».(4)

Alia inscriptio, Romae inventa apud S. Sabinae ecclesiam, illa S. Cypriani in suo *De mortalitate* libro verba videtur redolere: « Magnus illic nos carorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos et copiosa turba desiderat,

(1) Marangoni, *Acta S. Victorini*, p. 119.

(2) De Rossi, loc. cit. t. II, p. 304, tabb. xlvii–xlviii.

(3) Bosio, *Roma sott.* p. 214.

(4) Mone, *Lateinische und griechische Messen aus dem zweiten bis IV Jahrhundert*, 1850.

iam de sua immortalitate secura, et adhuc de nostra salute sollicita ».

ATTICE
DORMI IN PACE
DE TVA INCOLVMITATE
SECVRVS ET PRO NOSTRIS
PECCATIS · PETE · SOLLICITVS

(Mus. Capitol.).

Curnam vero secura sit iusti anima, ac pro superstitibus petere valeat, explicite in hac alia inscriptione habemus:



Tab. 54.

(Mus. Later. pila VIII, 15).

Gentianus fidelis in pace, qui vixit annis XXI, mensis VIII, dies XVI, et in orationibus tuis roges pro nobis quia scimus te in ☧ (Christo).

Tandem, ut argumentum concludamus, universus Christianus orbis, iam inde a relligionis nostrae incunabulis, illud professus fide est et opere, nempe non solum pro defunctorum animabus Deum enixe orandum esse, ut eas ad refrigerium admittat, verum etiam sanctos, ut veluti advocati apud Deum intercedant, esse exorandos, praecipueque martyres, utpote qui melius et efficacius nobis id possint auxilium praestare. Itaque, demptis ceteris quae adhuc in controversia versari possunt, sal-

tem, ex universali popularique traditione, in purgationis locum, in suffragiorum utilitatem pro defunctis, in sanctorum intercessionem fides manifestissime evincitur.

Art. IX. — Utrum sancti iam aeterna in Deo beatitudine gaudeant.

Secunda autem est quaestio tractanda, nempe quid prisci Christiani de beatitudine animarum sanctarum ante universale iudicium senserint: utrum illas iam ad visionem Dei beatam plene nunc esse admissas putaverint, an post consummationem solummodo saeculi summa perfectaque hac felicitate fruituras arbitrati sint. Res quidem a pontifice Benedicto XII, ut omnes norunt, in constitutione *Benedictus Deus* definita fuit, deinde a Concilio Florentino;[1] sed, quemadmodum per plura saecula circa id argumentum disputandi et opinandi libertas extitit, ita, iam ab antiquissimis temporibus, sententiarum dissonantia. Cuius quidem rei caussa, quia multiplex et valde complexa, non facile integre determinari potest.

Liturgiae Graecae ceteraeque Orientales, quibus in hoc et Romana nonnihil consonat, generatim locum supponunt iustis destinatum, in quo eorum animae diem resurrectionis expectent, ut ad completam aeternamque beatitudinem aditum habeant. Hunc autem expectationis locum *sinum Abrahae, receptaculum, habitaculum, refrigerium, locum viridem, paradisum,* passim vocant.

Verum nonnullae sunt in liturgiis Occidentalibus formulae, quae, aut duplicem promant de beatitudinis adeptione cogitationem, aut in utramque bene possint sententiam cedere. Item, in Orientalibus liturgiis non desunt quae, de sinu patriarcharum et talibus minime loquentes, ambiguam prorsus praebeant paradisi notionem. In Sacramentario Gelasiano habemus:

« Ut eum Domini pietas inter sanctos et electos suos, id est in sinu Abrahae et Isaac et Iacob, collocare dignetur et

(1) *Acta Conc.* ed. Harduini, t. 9, col. 986.

partem habeat in resurrectione prima quam facturus es, orantibus sanctis ».[1]

In variis Orientalibus liturgiis legimus:

« Fac eos (defunctos) invitatos esse ad convivium tuum et perduc eos ad regionem exultationis et laetitiae; ... Colloca eos inter agnos tuos, munera eos cum sanctis tuis ».[2]

Praeterea sunt interdum formulae ita conceptibus et verbis redundantes, ut obscuriores evadant, nisi unico sensu accipiantur. Sic in quodam Copticae liturgiae fragmento legimus: « Animabus illorum, Domine, omniumque quorum memoriam facimus et non facimus, et quorum unusquisque nostrum memoriam facit in corde suo, requiem concedere dignare in sinu patrum nostrorum Abraham, Isaac et Iacob. Refrigera illis in loco viridi super aquas refectionis, in paradiso deliciarum, unde afflictio cordis et tristitia et gemitus aufugit, in lumine sanctorum tuorum ».

Patres autem mire dissentiunt, licet omnes, aut fere, doceant, martyres ad Deum statim receptos esse.[3] Ab hac vero dissensione non videtur diuturnum contra Gnosticos indictum bellum fuisse alienum. Haeresis horror ipse, ipsaque contentio impedierunt quominus non pauci Patres retardatae remunerationis faverent sententiae. Adde insuper falsam regni millenarii opinionem, quam aliqui Patres tuiti sunt, unde *Chiliastae* vocati; quique necessario haud dilatae mercedis sententiam reiiciebant.

Roma, uti iam innui, in hoc discrimine locuta est, cui tamen plerique Graeci, qui et Orthodoxi dicuntur, minime acquieverunt, proindeque locum expectationis adhuc admittunt

(1) MURATORI, *Liturgia romana vetus*, 1748, p. 750.

(2) RENAUDOT, *Liturgia orient.* II, pp. 516, 533, 534.

(3) Discrepantia tamen ista aliquando nonnisi falso adesse videtur, aut ex parte solummodo extat, quatenus nempe diverse Patres loquuntur. Facile autem plerumque horum loca de retardata beatitudinis consecutione, si cum aliis ipsorum verbis invicem conferantur, ita conciliari cum doctrina haud retardatae beatitudinis possunt, ut nihil supra. Qua de re mox in textu loquendum.

in quo denominando has promiscue tamen adhibent formulas: Τὰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ « manus Dei », παράδεισον « paradisum », κόλπον τοῦ Ἀβραάμ « sinum Abrahae », βασιλείαν τῶν οὐρανῶν « regnum caelorum » ; quae quidem duplici accipi possunt sensu, necnon ultima formula expectationis locum designari repugnat.

I. B. De Rossi plus semel quaestionem se demonstraturum promisit, sed cum tertio inscriptionum volumini eam reservasset, nihil de ea dixit. Egregius Wilpert, in suo de catacumbarum picturis opere, affirmat epitaphia potius pro sententia ab Ecclesia probata stare; deinde argumenta luculentissima ex picturis collecta addit.(1)

Videamus igitur quid nobis epitaphia de hac quaestione prodant. Atque inprimis animadvertendum formulam *in sinu Abrahae*, vel etiam ἀνάπαυσον ὁ Θεὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν κόλποις Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, « dona requiem, Domine, animae eius in sinu Abrahae, Isaac et Iacob », quam quidam propriam Æthiopiae dicunt, etiam et praesertim in Oriente inveniri; aliquando in insulis Europae meridionalis, raro in Italia peninsulari, Romae denique, in Christianis coemeteriis prorsus inauditam esse. Praeterea et ipsa fere semper dubia est, ut in sequenti inscriptione Syracusanis in catacumbis inventa: Μνήσθητι ὁ Θ(εὸ)ς τῆς || δούλης σου Χρυσίδος || καὶ δὸς αὐτῇ χώραν φω || τινὴν τόπον ἀναψύ || ξεως εἰς κόλ[π]ους Ἀβρα || άμ, Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. ἀνηπαύ || σατο ἡ μακαρίας μνήμης [τῇ] || πρ(ὸ) ῶ νωνῶν Μαίων: « Memento, Domine, famulae tuae Chrysidis, eamque in regionem lucis admitte, in locum refrigerii, in sinu Abrahae, Isaac et Iacob. Obdormivit pridie nonas Maias ».(2)

Notamus insuper quasdam esse quidem formulas omnino dubias, sed innumeras reperiri quae certissimae videantur.

De verbis *in pace*, exempli gratia, non idem semper, ut iam innui, teneri debet, cum plures diversosque status ipsa significent. Etenim istae diversissimae dantur formulae:

(1) WILPERT, *Le pitt. delle cat. rom.* testo, pp. 396 sq.
(2) *Corp. inscr. Graec.* t. IV, n. 9533.

1 IN PACE VIXIT
2 IN PACE OBIIT, *ivit, reddidit, recessit*
3 RECESSIT A SAECVLO INGRESSA IN PACE
4 IN PACE DEPOSITVS
5 DORMIT IN PACE
6 EST IN PACE
7 IN AETERNA PACE
8 VIVIT IN PACE
9 VIVAS IN PACE
10 IN PACE ET IN
11 IN DEO PAX
12 IN PACEM *suscipiatur.*

Porro prima in gratia Dei vitam transegisse defunctum significat; secunda ipsum in gratia Dei mortuum; tertia nescitur utrum ad animam an ad corpus vel ad utrumque referatur; legimus enim alibi: CORPVS SANCTIS COMMENDAVI, et in epitaphio diaconi Severi: (1)

> Severus fecit mansionem in pace quietam
> Sibi suisque memor, quo membra dulcia somno
> Per longum tempus factori et iudici servet.

Hoc autem epitaphium maximi est momenti quia ab Ecclesiae Romanae diacono perscriptum, et quidem in coemeterio ipsius Ecclesiae proprio, ab eaque administrato; nam mansionem illam quietam *iussu papae Marcellini fecit* Severus, ut in alio versu ipsum epitaphium habet.

Quarta formula statum pacis significat post turbatam huius saeculi vitam; ceterae per se innotescunt.

Quibus dictis, prima formula et secunda ad rem nostram non faciunt; tertia fortasse pro expectationis statu accipi poterit; sed de corpore tantum quintam esse intelligendam, loquens de Severi citato epitaphio, I. B. De Rossi docet. Cuius verba referre pretium operae est, ex illis enim aliae formulae quid significent nobis perspicuum erit: « Sepulcrum *mansio* est

(1) De Rossi, *Roma sott.* t. III, pp. 44-45.

in pace quieta, quam *sibi et suis* mortis *memor* Severus *fecit, quo membra dulcia somno per longum tempus factori et iudici* ea mansio *servet*; idem sensus in Severae elogio redit, cuius *corpus pace quietum est sepultum donec resurgat a Domino*: quae verba poetica arte et metri gratia composita atque amplificata formulas exprimunt in subterraneis titulis obvias *manet in pace, dormit, quiescit in somno pacis, in pace somni*».[1]

Ad quintam reduci potest quarta formula; dubiae videntur sexta et septima. Ceterae formulae idem significant, licet partim optativae, partim indicativae sint; et istae quidem creberrime reperiuntur. Quibus denique addenda pleraque eiusmodi exempla sunt, quae sine ullo additamento simplicem formulam IN PACE exhibent. Docent enim innumera prorsus epitaphia ad animam hanc formulam referri, quando sub columbae vel agni specie anima repraesentata cernitur; item quum anima instar personae orantis figurata invenitur. Sed ista consideratio ad symbolorum seu imaginum significationem pertinet aliique proinde reservata est loco; hic eam obiter commemorasse sufficiat.

Formula igitur *in pace* non ita habenda est quasi unicum sensum exhibeat, ut quidam eruditi voluere, sed multimodis accipienda; saepius vero sententiae de non dilata beatitudine animarum sanctarum, minimeque contrariae opinioni, ipsam favere liquido patet ac liturgia confirmatur, cum in officio communi plurimorum martyrum semel atque iterum illa canuntur verba: «Iustorum animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis . . . illi autem sunt in pace».

Iam quid vero nisi ipsam cunctorum desideriorum in Deo veluti in supremi animae boni possessione requiem significare

(1) De Rossi, *Inscript.* t. I, p. cxvi. Verba haec liquido aperiunt quidnam Christiani de sepultura cogitaverint, nempe corpus numquam debuisset e suo loco removeri; securior autem ei videbatur depositio apud martyres, nec martyum corpora transferri coepta sunt, nisi barbarorum incursionum caussa; saeculis enim iv et v, fideles Romae ac externi, *ad limina sacra* peregrinantes, ipsis in catacumbis, aut in parvis subdialibus sanctuariis, sanctorum corpora maluerunt venerari, quam in marmoreis auratisque Urbis basilicis.

queunt innumerae formulae eiusmodi: *In Deo, in Christo vivas*, tum graece tum latinae inscriptae? Nonne istae cum Apostoli desiderio conferendae sunt, quo dissolvi cupiebat et esse cum Christo?(1) Idem enim fuit Apostolo *peregrinari a corpore* et *esse praesentem ad Dominum*;(2) atque haec est ratio cur non pauca epitaphia Pauli verbis consonantia animam egressam esse de corpore laete quasi enuntient: DECESSIT DE CORPORE, EXIIT DE CORPORE.(3) Sic praecipue loquitur sequens virginis cuiusdam, quae et peregrina vocatur, inscriptio:

Tab. 55 (*Mus. Lateran.* Pila XI, n. 12).

☧ Aestonia virgo peregrina que vixit anis XII et d(ie)s VIII. IIII kal. mar(tias) decessit de corpore.

Hinc etiam apparet cur, *fracto hoc vase testaceo*, vel *nexibus ruptis corporeis* anima in astris gaudere, vel esse cum Christo, cum sanctis, vel lucis perpetuae honore potita, vel immarcescibilem lucrata coronam dicatur:

— LVCIS PERPETVAE MAGNO POTIENTVR HONORE (4)
— PROPERANS KASTITATIS SVMERE PREMIA DIGNA MERVIT IMMARCESCIBILE*m* CORONA*m* (5)
— CRINIBVS IMPOSITO (velamine sancto) COELVM PETIERE SORORES (6)
— CORPOREOS RVMPENS NEXVS QVI GAVDET IN ASTRIS

(1) S. Pauli *Epist. ad Philipp.* I, 23.
(2) « Dum sumus in corpore peregrinamur a Domino » (II *ad Cor.* V, 6).
(3) Mus. Later. pila XI, 12.
(4) Wilpert, *Die gottgeweihten Jungfrauen*, p. 80. Vide supra, p. 103.
(5) Wilpert, loc. cit.
(6) Wilpert, loc. cit. p. 21.

Haec ultima formula, praeterquam quod illud Psalmistae sapit: « Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium; laqueus contritus est et nos liberati sumus », sacramentarii Gelasiani precem quamdam revocat in mentem, scilicet: « Deprecemur ... pro anima cari nostri, quem Dominus de laqueo huius mundi liberavit ».(1) Romana autem quaedam inscriptio prae se fert: GERONTIVS ... ABSO(lutus) DE CORPORE.

Eiusdem quoque indolis sunt formulae animam defuncti exhibentes ut a Deo, a Christo susceptam; item quae eam in sanctorum societatem acceptam referunt. En plura exempla quae etiam praecedentium confirmatio erunt:

— OMNIPOTENS DEVS TE DEPRECOR VT PARADISVM LVCIS POSSIT VIDERE PATREM ET FILIVM TIMVIT QVI EAM SVSCIPI IVBENT (2)

— CONSTANTIAE FILIAE IN DOMINO (Coem. Callisti).

— MALA ACCEPTA APVD DEVM (3)

— MATER DVLCISSIMA IN PACE XPI RECEPTA — *Qu*EM DOMINVS SVSCEPIT IN PACE (4)

— FLORENTINVS REQVIEM ADCEPIT IN DEO PATRE NOSTRO ET CHRISTO EIVS (5)

— SEVERIANVS CVIVS SPIRITVS IN LVCE DOMINI SVSCEPTVS EST (6)

— IVN BASSVS VC NEOFITVS IIT AD DEVM (7) (IIT = ivit).

— PROSENES RECEPTVS AD DEVM (8)

— DONATVS ACCEPIT REQVIE*m* IN DEO (9)

(1) *Ps.* CXXIII, vv. 6, 7; MURATORI, *Liturg. vetus*, I, p. 751.

(2) *Corp. inscr. Lat.* V, par. II, n. 6218.

(3) BOSIO, *Roma sott.* p. 105.

(4) GAZZERA apud *Memorie della reale accad. delle scienze di Torino*, ser. II, t. XVII.

(5) *Corp. inscr. Lat.* III, par. I, n. 4221.

(6) DE ROSSI, *Inscript.* I, n. 442, p. 192.

(7) DE ROSSI, loc. cit. n. 141, p. 80.

(8) DE ROSSI, loc. cit. p. 9, an. 217.

(9) MARANGONI, *Acta S. Victorini*, p. 97.

— HERACLIA RECEPTA IN PACE ☧ (Christi) (1)
— (BRATTIA) FILIOS PROCREAVIT VIII EX QVIBVS SECV*m* *h*ABET AD DOMINVM IIII (2)
— POST ACCEPTA POENITENTIAM MIGRAVIT AD DOMINVM
— (GENTIANE) SCIMV TE IN ☧ (Christo) (Tab. 54).
— AKEKTA IN XPTO (= accepta in Christo) (3)
— SVSCIPIAT CHRISTVS (4)

Quod formula ACCEPTVS, RECEPTVS AD DEVM animam in Deo esse beatam sane enuntiet, patet ex prima *Pastoris* Hermae visione, in qua mulier quaedam defuncta, et ab Herma veluti soror amata, ei apparens dicit: Ἀνελήφθην, « recepta sum » (id est in caelo).

Tab. 56. « Iuste, nomen tuum in agape ».

Nec dubiae esse possunt formulae caeleste respicientes convivium, aut quae aliam divinae remunerationis similitudinem indicant. Ista enim merces aut iam a defunctis possessa, aut ex divina promissione possidenda commemoratur, et quidem superstitum et sanctorum precibus obtinenda:

— ERMOGENA IN AGAPE — SABINA IN AGAPE — LICINIVS IVSTINE ‖ CONIVGI MERENTI ‖ IN ⌘ AGP ⌘ — **EIC ΑΓΑΠΗΝ** = Ad convivium caeleste (Coem. Damasi) (Tab. 57).

(1) MARANGONI, loc. cit. 69.
(2) PERRET, *Catacombes*, V, pl. XXXV, n. 104.
(3) FABRETTI, *Inscript. antiquarum*, p. 391.
(4) LUPI, *Epitaphium Severae*, n. 175.

— IVSTE NOMEN ‖ TVuM IN AGAPE (columba cum ramo olivae) (Tab. 56).
— ΟΜΟΝΟΙΟC ΔΟΜΝΗ CΥΜΒΙΩ ΓΑΥΚΥΤΑΤΗ ... ΕΝ ΑΓΑΠΗ

Ut supra vidimus (pag. 100), refrigerium etiam agape significat, unde formulae utraeque eodem recidunt. Praeterea sicut beatitudinem refrigerium nuncupari colligitur ex martyrum actis et ex vetustissimis precibus liturgicis; ita ex iisdem prorsus documentis *agapen* sive convivium beatitudinis supernae afferre memoriam cernimus:

« Ad convivium beatum regni tui nos et illos (defunctos) pervenire fac ».

« Illorum igitur omnium, Domine, qui per sententiam adversus primum patrem nostrum Adamum prolatam, ex hac vita infelice migraverunt, et quo tu solus novisti pervenerunt, memento per gratiam tuam et requiem illis praesta ».

« Eorum qui cum spe vera, fiduciaque, et orthodoxa in te fide, ex vita hac temporali soluti sunt secundum sententiam ab aequitate tua constitutam, (memento) ... Parce per misericordiam tuam, refer illos in numerum electorum tuorum: tege illos umbra lucida sanctorum tuorum; statue illos cum agnis ad dexteram tuam, et induc eos in habitaculum tuum; fac eos pervenire ad habitationes beatas regni tui; fac eos invitatos esse ad convivium tuum, et perduc eos ad regionem exultationis et laetitiae ».

« Fac eos, Domine, quiescere in habitationibus lucidis et inter convivia illa deliciosa ».[1]

Ad martyrum vero acta quod pertinet, notae sunt Agatonices, Iacobi aliorumque martyrum visiones, in quibus convivium veluti aeternae beatitudinis praemium repraesentatur; quod sane symbolum ex ipsius verbis Salvatoris ortum esse dicendum, cum regnum et mensam ipse apostolis promiserit.[2]

(1) Renaudot, *Liturg. orient.* II, pp. 138, 266, 516, 533.

(2) Cf. *Martyrium Ss. Carpi et sociorum*, § 42; *Passio Ss. Mariani et Iacobi*, ed. Pio Franchi de' Cavalieri; Luc. XXII, 28 et seq.

Tab. 57. ΕΙC ΑΓΑΠΗΝ.

Denique eaedem formulae quae in cuppis cyathisque leguntur: ΠΙΕ ZESES = *bibe, vive*, cum in sepulcris reperiuntur, item ad caelestem mensam respiciunt. Sic in coemeterio Callisti legimus: ΠΙΕΝ ΘΕ (πίε ἐν θεῷ = *bibe in Deo*), in coemeterio autem Ss. Petri et Marcellini haec inventa est inscriptio: ..... DVLCIS *anima pi*E SESES



Tab. 58.

Alias vero istas egregius Wilpert in eximio suo de picturis catacumbarum opere (1) refert, quas huc adducere praestat:

— ... *ani*MA DVLCIS PIE ZESES ☧ DORMIT IN PACE

— ARVNTIVS VICTORIAE CONIVGI CARISSIMAE ‖ POSVIT ... IN PACE PIE ZESES

— PAVLO ... FECIT · LEO · PATER ... PAVLE · PIE · ZESES · B · M · EIVS ·

(1) P. 439.

Et alias quoque apud Garrucci invenies[1] quae omnibus iis illustrantur animadversionibus quas de conviviis in primo volumine disserui. Figura enim defuncti bibentis in vase idem prorsus significat atque columba apud calicem in quadam inscriptione incisa, ubi legitur: CYRACE IIIE ZES.

Recens peractae fossiones thesaurum inscriptionum, de quibus loquimur, mirum in modum auxerunt. Ut earum indoles deprehendatur, aliqua haec exempla referam:

CRESCENTINAE DVLCISSIME IN ☧ (Coem. Marci et Marcelliani) — TRIGRIS (Tigris) VIVAS IN DEO (Ibidem) — TEODORA ... EST IN PACE I☧N (Ibidem) — LAVRENTIVM AD DEVM (ivit, receptus, acceptus) IN PACE (in Urbe hoc anno inventa) — VICTOR VIVAS IN DIO (*sic*) (Coem. Commodillae).

Quod si metricae inscriptiones considerentur, tunc raro evenit ut contraria inveniantur. Et primum quidem Damasiana carmina referenda sunt, utpote a summo Ecclesiae pontifice conscripta, atque publica veluti solemniaque documenta martyrum sanctorumque adposita sepulcris:

1 Quam sibi cum raperet melior tunc regia coeli. 10–11 [2]
2 Sublimes animas rapuit sibi regia coeli. 12–3
3 Levitam: subito rapuit sibi regia coeli. 21–2
4 Sanctorum, subito rapuit quos regia coeli. 23–2
5 Te Protum retinet melior sibi regia coeli. 49–3
6 Martyribus sanctis pateat quod regia coeli. 91–4

Iam hanc *regiam caeli* nemo non videt pro regno accipi a Christo promisso, quod ceteroquin explicite sequentibus indicatur exemplis:

7 Confessus Christum caelestia regna petisti. 7–3
8 Purpuream rapiunt animam caelestia regna. 86 B–5
9 Nunc requiem sentit caelestia regna potitus. 93–10
10 Sic victor superas auras regnumque petivit. 79–8

(1) *Storia dell'arte crist.* VI, tavv. 487, nn. 8, 9; 488, n. 25.

(2) IHM, *Damasi epigrammata.* Numeri duo adpositi sunt brevitatis caussa: alter carmen, alter versum indicat.

His omnibus addatur formula *regna piorum* pluries a S. Damaso adhibita, denique attendatur numquam aliter de altera in Deo post mortem vita pontificem locutum esse, et germanam Ecclesiae Romanae iam inde a saeculo quarto doctrinam circa supradictam quaestionem certo colligere promtum erit.(1) Neque quisquam, ut arbitror, mihi obiiciet, de martyribus ita Damasum seorsum esse locutum; nam similibus etiam parentum aliorumque non martyrum versibus condecoravit pius antistes sepulcra, ac praeterea, cum eos commemoravit, quorum *sublimes animas sibi rapuerat regia caeli*, omnis etiam aetatis fideles recensuit, « quis mage virgineum placuit retinere pudorem ».

En iam alias metricas eiusmodi formulas:

— OSSA TENET TVMVLVS MENS EST IN CAELO RECEPTA (2)
— NON TIMVI MORTEM COELOS QVOD LIBERA ADIRET (3)

(1) Post relata Damasi verba ceteraque eiusdem generis exempla, non perperam, ut mihi videtur, ad hanc conclusionem deveni, scilicet, priscis saeculis Ecclesiam Romanam sententiae quae docebat sanctorum beatitudinem in futurum haud differri, potius quam contrariae opinioni, favisse. Non ita tamen E. Le Blant sensit, at non est omittendum eum quadraginta circiter abhinc annis suam protulisse sententiam (*Inscr. chrét. de la Gaule*, Paris, 1856–1865, t. II, pp. 407–409). Dictum quidem etiam est: « Les inscriptions métriques, entraînées par les exigences de la forme, s'accommodent d'expressions assez peu d'accord parfois avec la croyance régnante à l'époque où on en faisait usage. L'emploi persistant des formulaires maintenait dans l'épigraphie des expressions telles que le Ténare, les Manes, les Parques, le Styx, l'Olympe, les Champs-Élisées, ou bien on place le mort parmi les astres ... On voit quelle minime valeur ont de semblables compositions pour exposer la croyance du défunt ou des contemporains » (LECLERCQ apud Dom CABROL, *Dictionnaire* etc. t. I, col. 1541). Verum haec parum probant; nam, si interdum nonnulli Christianarum inscriptionum auctores quaedam minus congrua vocabula a paganis petita depromere haud dubitaverunt, multo maiores numero sunt qui, quantumvis ethnicorum scriptorum studiosi, formulis mere Christianis constanter sunt usi, sicuti prorsus videre est, in carminibus Damasi Vergilianorum versuum saepe non immemoris.

(2) FABRETTI, *Inscriptiones*, p. 273, n. 630.

(3) DE ROSSI, *Inscr. Christ.* t. II, par. I, p. 104.

— (EVSTACIA) DEPONENS SENIO TERRIS MORTALIA MEMBRA SED REVEHENS COELO PRO MERITIS ANIMAM (1)

— (DATILLAE) ANIMAM PRO CASTO SAN*c*TO *vitae proposito* NENO (nemo) DVBITA (dubitat) CAELVM PE*tiisse* (2)

— ALEXA*ndra quae recep*TA CAELO MERVIT OCCVRRERE XPO AD RESVRREC*tionem* (3)

— QVISQVE FIDEM TRINAM CONFESSVS DOGMATE VERO AETERNAM FISVS CHRISTO CVM CARPERE VITAM CENSEAT HAS (virgines) NVNC LVCE FRVI VITAQVE PERENNI (4)

— ARTEMIA SVB*i*TO AD CAELEST*ia reg*NA TRANSIVI*t* (5)

— RETTVLIT AD $\overline{\text{XPM}}$ CELSA PER ASTRA GRADVM (6)

— AETERNOS SORTITA THOROS $\overline{\text{XRI}}$QVE PETIVIT PERPETVAM LVCEM NVLLO QVAE FINE TENETVR (7)

Eo quod in his formulis, semel atque iterum, lux ipsa qua animae fruuntur dicatur aeterna seu perennis, satis patet, etiamsi ab omni cum liturgiis collatione abstinere velimus, hanc lucem de ipso Dei lumine, id est de Dei visione directaque contemplatione esse intelligendam. Huc insuper faciunt plurimae formulae: IN AETERNA PACE - PAX TIBI IN AETERNUM.

Tab. 59. « Vipas Pontaz in aeterno » (Mus. Lat.).

— IN PACE . . . ET IN DOMO ETERNA DEI (8)

(1) Le Blant, *Inscr.* etc. p. 60, n. 409.
(2) De Rossi, loc. cit. p. 330, n. 737.
(3) De Rossi, loc. cit. p. 320, n. 745.
(4) *Corp. inscr. Lat.* V, par. II, n. 6729.
(5) Le Blant, loc. cit. p. 469, n. 353.
(6) *Corp. inscr. Lat.* V, par. II, n. 6240.
(7) *Corp. inscr. Lat.* V, par. II, n. 6734.
(8) Bottari, *Scult. e pitt. sagre* etc., Tab. VII, n. 8.

Tab. 60. « In pace... Raptus eterne domus ».

Cum autem martyres Deum iam possidere generatim iudicarentur, sequitur de aeterna quoque beatitudine has interpretandas esse formulas:

— POSTVMIVS EYTHERION FIDELIS ... CVIVS ANIMA CVM SANCTOS IN PACE (1)
— (MAVRENTIA) DIGNA INTER SANCTOS DEVS IVSSIT IN PACE (2)
— (MAXENTIA FILIA ANIMA INNOCENS) QVI EST ACCEPTA AD SPIRITA SANCTA (3)
— (NONIVS) *neo*FITVS QVI DEI VOLVNTATE CVM SANCTIS SOCIATVS EST ... (Coem. Atripaldae)
— QVORVM ISPIRITVS *cum sanctis* ACCEPTVS EST (4)
— PROCVLA CL (clarissima) FEMINA FAMVLA DEI A TERRA AD MARTIRES (5)
— MAGVS PVER INNOCENS ESSE IAM INTER INNOCENTES COEPISTI ... (6)

Epitaphia ipsa non desunt, quae sanctorum locum veluti caeleste regnum describant:

— NE TRISTES LAC*rimas ne p*ECTORA TVNDITE V*estra* O PATER ET MATER N*am reg*NA CELESTIA TANGO NON TRISTIS EREBVS

(1) Boldetti, *Osservazioni* etc. p. 58.
(2) Boldetti, *Osservazioni* etc. p. 58.
(3) *Corp. inscr. Lat.* V, par. I, n. 1686.
(4) *Corp. inscr. Lat.* V, par. I, n. 1720.
(5) Le Blant, *Inscriptions* etc. I, p. 134, n. 58.
(6) Mus. Later. pila IX, n. 31.

N*on p*ALLIDA MORTIS IMAGO SED REQVIES SECVRA TE*net* LVDOQVE CHOREAS INTER FELICES ANIMAS ET *am*OENA PIORVM PR*aedia* ... etc.(1)

ΙΟΥΛΕΙΑC ΕΥΑΡΕCΤΑC	Ἰουλείας Εὐαρέστας
ΤΗC ΘΕΟΦΙΛΕCΤΑΤΗC	τῆς θεοφιλεστάτης
Η CΑΡΞ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ	ἡ σάρξ ἐνθάδε κεῖται
ΨΥΧΗ ΔΑΙ ΑΝΑΚΑΙΝΙΙCΘΕΙCΑ	ψυχὴ δὲ ἀνακαινισθεῖσα
ΤΩ ΠΝΙ ΧΥ (sic)	τῷ πνεύματι Χριστοῦ
ΚΑΙ ΑΓΓΕΛΑΙΚΟΝ CΩΜΑ	καὶ ἀγγελικόν σῶμα
ΛΑΒΟΥCΑ ΙC ΟΥΡΑΝΙΟΝ ΧΥ	λαβοῦσα εἰς οὐράνιον Χριστοῦ
ΒΑCΕΙΛΕΙΑΝ ΜΕΤΑ ΤΩΝ	βασιλείαν μετὰ τῶν
ΑΓΕΙΩΝ ΑΝΕΑΗΜΦΘΗ (sic)	ἁγίων ἀνελήμφθη (2)

Iuliae Evarestae, Deo dilectissimae, caro hic quiescit; anima vero, renovata spiritu Christi et angelico corpore assumpto, in caeleste Christi regnum cum sanctis recepta est.

Notanda est formularum similitudo hunc inter et Severi diaconi titulum, in quo legimus:

Quique (Dominus) animam rapuit spiritu sancto suo.

— ΕΝ ΘΕΙϕ ΙΗ ☧ ΒΑΣΙΛΛία (Coem. S. Agnetis) = In caelesti regiaque Iesu Christi domo.

— VOS EQVIDEM NATI CAELESTIA REGNA PETISTIS (3)

— IN NOMINE DOMINI HIC TVMVLVS ... ‖ CELESTIA REGNA TENENTIS IN SECVLA ‖ SAECVLORVM AMEN (Hispania) (4)

(1) WILPERT, *Ein Cyclus*, p. 37, nota 3.

(2) DE ROSSI, *Inscr.* t. I, p. CXVI. « Formula singularis ΑΓΓΕΛΙΚΟΝ ΣΩΜΑ ΛΑΒΟΥΣΑ (angelico corpore assumpto) convenit cum opinione non unius e Patribus qui floruerunt quum titulus Iustae Evaristae compositus est, vertente saeculo secundo et ineunte tertio, angelis aetheream quamdam formam corporis tribuendam esse » (DE ROSSI, *Inscr.* t. II, XXIX; cf. PETAU, *Dogm. theol.* t. III, l. I, c. 2).

(3) Duorum puerorum funeraria inscriptio in basilica S. Felicitatis apud viam Salariam novam inventa. Cf. *Bull.* 1863, p. 45.

(4) HÜBNER, *Supplement.* 1900, p. 41.

Nemo profecto dubitabit *regnum* sive *regia caeli* summam beatitudinem significare: etenim hoc idem Christus ipse confirmat, qui apostolos alloquens, regnum ait illis esse paratum et mensam et thronos duodecim. Neque minus perspicua est formula de immarcescibili seu gloriae vitaeque corona iustis repromissa. Ea enim et martyribus corona adsignatur, qui, omnibus consentientibus, statim ad praemium pervenire post mortem putabantur. En inscriptio inter ceteras huius generis pulcherrima:

ACCIPE ME DIXIT DOMIN*e in tua limina Christe*
EXAVDITA CITO FRVITV*r modo lumine caeli*
ZOSIME SANCTA SOROR M*agno defuncta periclo*
IAM VIDET ET SOCIOS SANC*ti certaminis omnes*
LAETATVRQVE VIDENS MIRA*ntes sistere circum*
MIRANTVRQVE PATRES TAN*ta virtute puellam*
QVAM DE SVO NVMERO CVPIE*ntes esse vicissim*
CERTATIMQVE TENENT ATQ*ue amplectuntur ovantes*
IAM VIDET ET SENTIT MAGNI *spectacula regni*
ET BENE PRO MERITIS GAVDET SIBI PRAEMIA REDDI
TECVM PAVLE TENENS CALCATA MORTE CORONAM
NAM FIDE SERVATA CVRSVM CVM PACE PEREGIT

Non immerito sane I. B. De Rossi hanc iudicat inscriptionem ipsum fuisse martyris epitaphium, sive propter stilum, sive propter litterarum formam, sive denique ob formularum significationem.(1) Quod magis hic praestat notare congruentia

(1) En ipsa De Rossi verba: « Il modo che tiene il poeta nel trattare l'elogio della martire Zosima sembra suggerito ed ispirato da memorie freschissime e di pochi giorni. Imperocchè il primo esametro comincia *ex abrupto* dal ricordo delle ultime parole uscite dalla bocca della santa chiedente a Dio fra i tormenti, che la togliesse al martirio e l'accogliesse in pace nel regno suo; e tosto il poeta soggiunge: *Exaudita cito fruitur* (modo lumine caeli) *Zosime sancta soror ... iam videt et socios* etc. Sembra adunque che si sia celebrato un martirio ed un trionfo pur allora avvenuto. E per quanto vogliamo dare alla figura poetica ed all'ipotiposi, rimarrà sempre un fondo di colore contemporaneo da persuadere, che co-

est inter triumphalem Zosimae in caelum ingressum et quaedam S. Cypriani verba: « Patriam nostram paradisum computemus, parentes patriarchas habere iam coepimus; quid non properamus et currimus, ut patriam nostram videre et parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos et copiosa turba desiderat, iam de sua incolumitate secura et adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum et complexum venire, quanta et illis et nobis in communi laetitia est! »[1]

Duo ultimi supra relatae inscriptionis versus interpellationem, seu, ut rhetorice aiunt, apostrophen continent ad apostolum Paulum directam; idque, procul dubio, propter Paulinum illud: *Cursum consummavi, fidem servavi... Reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus...*[2]

Formulae praefatae aliaeque quas brevitatis caussa omitto, ita sunt evidentes, ut certo concludi possit, metricis formulis sententiam de haud dilata beatitudine praeberi, quam circa rem observare libet, multo plus eiusmodi formulas valere quam ceteras numeris solutas, propterea quod carmina, tunc temporis, ab excultis fuerint solummodo viris concinnata, plerumque etiam dignitate ecclesiastica insignitis; qui proinde non suam tantum, sed non raro integrae communitatis et populi protulerunt sententiam. Sic, exempli gratia, neque in citatis Damasianis formulis, neque in ceteris, quae paucae non sunt eiusdem auctoris formulae, quidquam contrariam redolens opinionem deprehenditur. E contra, si animadvertatur quam facile sit hoc in genere ambigue loqui, immo si cum ipsis

desto elogio è diversissimo da quelli dei martiri dettati nel secolo quarto e nel quinto. Infatti quella minuta, lieta ed affettuosa pittura delle accoglienze fatte nel cielo alla novella ospite dai compagni che l'avevano preceduta, e dai vecchi *Padri*, mentre ai tormenti ed alla morte è fatta appena una delicata e trionfale allusione, è segno dell'età della lotta e delle persecuzioni, non di quella della pace, quando predominava atra e paurosa la memoria degli anni del terrore e del sangue ». (*Fasti della chiesa Portuense*, apud *Bull. di arch. crist.* 1866, pp. 47–48).

(1) S. Cypr. *De mortalitate.*

(2) II *Tim.* IV, 8.

hodiernis epitaphiis antiqua conferantur, ipseque familiaris noster sermo attente perpendatur, eadem in eo prorsus notionum confusio reperietur. Nonne pacem, somnum, requiem defunctis ominamur hodie? Quin et ipsa liturgia funeraria eosdem adhuc servat ambiguitatis et obscuritatis sensus: quid enim sibi vult conclusio: *Requiescat in pace*, postquam lux perpetua ut luceret defuncto deprecata sit Ecclesia? Preces quae *Ordo commendationis animae* nuncupantur, priscam retinentes formam, de *sinu Patriarcharum* loquuntur sicut et antiquae liturgiae; sed hoc non impedit quominus adhuc earum perduret in Ecclesia usus.

Ipsa Romana liturgia, perinde ac quae inter Orientales adhuc liturgiae vigent, prorsus ambigua esset, si ut eius sonant verba acciperetur. Verum etiam saeculi quarti non desunt epitaphia quae genuinum eius verborum sensum nobis tradant.

— (SEVERIANVS) HIC DORMIT ☧ IN SOMNIO (*sic*) PACIS ... CVIVS SPIRITVS IN LVCE DOMINI SVSCEPTVS EST ... (Cf. p. 106).
— CORPORA SANCTORVM RETINENT VENERANDA SEPVLCRA SVBLIMES ANIMAS RAPVIT SIBI REGIA CAELI

Idem in Severi diaconi, in Ιουλείας Ευαρέστας aliisque permultis inscriptionibus (vide supra, p. 134 et infra, Tab. 62). Quod si ad litteram quaedam accipere deberemus, si nempe illae formulae: *requies aeterna, domus aeternalis* etc., quas tum liturgiae tum epitaphia nobis exhibent quasque *requiem sepulturae* significare nemo dubitat, aeternam revera, id est etiam post finem mundi duraturam requiem innuerent, de corporum resurrectione actum esset. Sanctus vero Augustinus nobis affirmat unam eamdemque precem vario animo et proposito ab Ecclesia dici, si pro defunctis adhibita sit: « Cum sacrificia sive altaris, sive quarumcumque eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro non valde malis propitiationes sunt, pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro valde malis, etsi nulla sint adiumenta mortuorum, qualescumque vivorum consolationes sunt ».(1)

(1) S. Augustinus, *Enchirid.* c. 110. Ceterum Ecclesiae haec ratio agendi etiam in ceteris notatur precibus, omnemque in liturgiam pervadit.

Non est igitur nimis antiquis formulis innitendum, si ambiguae sint, ut quid Ecclesia vel plebs Christiana senserit deprehendatur, sed si quae sunt formulae clare aliquid subindicantes, eae iuxta diversam suam indolem iudicandae. Mox autem de formulis ambiguis redibit sermo; interim ex his quas disserui rationibus, secundum inscriptionum naturam, earumque ubi inventae sunt regionum aetatem concludere licebit: formulas epigraphicas praeconstantinianas generatim sententiam proferre quae esse doceat post mortem statim beandos qui nihil divinae iustitiae solvendum habeant; formulas vero postconstantinianas, in Oriente, media ex parte, contrariam exhibere potius opinionem, sicut liturgias, quarum ipsae plerumque repetitiones sunt; in Occidente vero, minime naturam suam mutasse; sed in Galliis formulas metro solutas Orientalibus praefatis formulis nonnihil respondisse.

Ista sane conclusio, quae aliquantulum videtur ab Edmundi Le Blant peritissimi viri sententia diversa, hanc revera haud omnino infirmat, nam praeterquam Gallicus ille epigraphista innumeras inscriptiones non cognovit Romae et alibi nostris temporibus repertas, de Gallicis potius titulis iudicium tulit, ex parte tantum Orientalibus Africanisque titulis tunc perspectis.

Innumerae enim sunt inscriptiones Romanae quae IN DEO, IN CHRISTO animam esse defuncti affirmant, aut ut sit vel cito illuc perveniat ominantur et orant. Hanc autem antiquissimam formulam, quae saeculum tertium transire non putabatur, saeculo perseveravit quarto, quo et nomen Christi sub monogrammatis forma apparet, et formula ita aliquando completur, ut nulli amplius dubio locus sit de eius significatione. Formulae enim IN SINO (sinu) DEI - IN CHRISTI GREMIVM[1] - PRAEMIA CHRISTI, aliaeque huiusmodi non nisi

Quod praesertim patet ex anniversariorum commemorationumque indole, in quibus, licet de iamdudum praeterita re agatur, nihilominus ea veluti praesens vel futura spectatur; ut quum Ecclesia canit: *Veni Domine et noli tardare* – *Rorate caeli desuper, et nubes pluant iustum*, aliaque eiusmodi.

(1) Cf. *Bull. di arch. crist.* 1873, pp. 50–83.

explicatiores sunt varietates earumdem formularum quas paulo ante commemoravi.

Hac vero in re maximi faciendae inscriptiones sunt pontificis Damasi, et quae eam, raro quidem, formulam praebent, quam et in antiquissimo epitaphio Romano conceptis verbis legimus: *Coeli tibi patent,*(1) quamque, in ultima sua prece, Irenaeus, Sirmiensium episcopus, protulisse narratur: PATEANT CAELI TVI, *Domine Iesu, ut suscipiant angeli spiritum servi tui.*(2) Sic, sexto saeculo, in Felicis IV epitaphio legere erat:

CERTA FIDES IVSTIS CAELESTIA REGNA PATERE(3)

(1) PERRET, *Catacombes*, V, pl. XXXV, 105.

(2) CABROL et LECLERCQ, *Monumenta Eccl. liturgica*, n. 3828.

(3) DE ROSSI, *Inscr.* etc. t. II, p. 126. Valde quidem ab iis quas eliciendas modo censui conclusionibus discrepat H. Leclercq sententia (*Dictionn. d'arch. chrét.* art. *Ame*). Hic enim eruditissimus auctor ne verbum quidem habet de Damasianis carminibus, omne adimit metricis epitaphiis pretium, et videtur, in praesenti quaestione, unico sensu formulam IN PACE accipere, nullo facto discrimine inter pacem corporis et pacem spiritus, quod tamen alibi in suis scriptis admittere cogitur. Denique, dum pleraque epitaphiorum genera parum sibi faventia omittit, fere omnia invenitur ex industria collegisse exempla quae pro sua stare arbitratus est sententia. Attamen et in istis non desunt quae diverso atque ipse accepit modo possint intelligi; proferam exemplum:

PRIMA VIVIS IN GLORIA DEI ET IN PACE DOMINI NOSTRI

« Cette épitaphe semblerait décisif, ait auctor, si nous n'avions l'épitaphe, de Milan, d'une femme *nata in gloria Christi* et pour laquelle on sollicite néanmoins l'admission au séjour céleste. » (ap. Dom CABROL, *Dictionn. d'arch. chrét.* etc. t. I, col. 1541).

Iam vero hoc posterius epitaphium nequit prius irritum reddere, propterea quod non solum potuerit ex inscitia lapicidae secunda formula in hunc modum redigi, sed etiam ipsa possit et, verisimile est, debeat intelligi quasi dicat: NATA IN GLORIA*m* CHRISTI, nempe ad gloriam Christi destinata, quia in pace Christi mortua. Textus enim haec ait:

MAXSIMA EST IVSTITIA DIE (DEI) QVI MISEREATVR
SPIRITO SANCTO NATA EST IN GLORIA CHRISTI
VT CVM BEATIS POSSIT SERVIRE IPSI

Atqui, si verba: *nata in gloria Christi, ut cum beatis possit servire ipsi*, beatam defunctae in futurum conditionem vel deprecantium vota parentum

ART. X. — **Universale iudicium - Christi adventus.**

Tertia quaestio post ea quae disserui forsan videri supervacanea potest; nihilominus quaedam animadvertere prorsus inutile non erit, praesertim quae aliquam lucem praecedenti quaestioni afferent.

Finalis resurrectionis repraesentationem nullibi Christiana antiqua ars nobis exhibet, multo minus universalis iudicii, cuius vetustissima adumbratio ea est, quae in S. Clementis Romana basilica depicta conspicitur, ad saeculum pertinens nonum. (1)

De Christi adventu ac de ultimo iudicio vix quidquam habent Romana epitaphia, si Severi diaconi titulum supra citatum excipias et quoddam carmen a Fabretti relatum, quod haec continet:

SPS ANIMAQVE MEA EXPECTA*nt* DIE VLTIMO CAVSA
ADVENTVM SCI (XPI) CREDO GAVDERE ME IVSTE
. . . . . .
EXPECTO MERCEDE*m* BONIS REPROMISSA*m* (CAELORVM) (2)

significare pro comperto habeatur, perspicuum est omnia in hoc epitaphio cohaerentia et clara evadere, necnon prorsus congruam orationem quae subsequitur, et est huiusmodi: OMNIPOTENS DEVS TE DEPRECOR VT PARADISVM LVCIS POSSIT VIDERE PATREM ET FILIVM TIMVIT QVI EAM CONTRA VOTVM POSVIT. Dein apprime videre est quam mirifice illius formulae compages formulam priorem, *Prima vivis* etc., illustret. Quod si autem aliter, scilicet eo sensu quod iam gloriam mulier sit adepta, interpretandum fore pertinaciter quis voluerit, tunc, cum verba *nata in gloria* eo modo intellecta tum primo versui quo, ni fallor, misericordia a Domino expetitur vel donanda promittitur, tum orationi subsequenti aperte contradicant, plane dicendum erit absurdam ac ideo negligendam esse formulam. Sed, etiam posito quod ita sit, haud videre valeo cur et priorem formulam *Prima vivis* etc., absonam et nullius momenti declarari necesse sit.

(1) Haec repraesentatio pro S. Catharinae Alexandrinae historia prius habita est. Sed e contra valde multiplicem praebet compositionem, nam et Chistum iudicem in trono sedentem cum duodecim apostolis, et beatorum locum, et infernum ex Wilpertina imaginis repetitione facile cernes (*Le pitt. della basilica primitiva di S. Clemente*, tab. I).

(2) FABRETTI, *Inscr. antiq. quae in aed. pat. asserv. expl.* p. 329, n. 41.

In Priscillae coemeterio quaedam inscriptio ita desinit:

EIC ANACTACIN AIΩNION = Usque ad resurrectionem aeternam.

Plura e contrario eiusmodi epitaphia in Graecia reperiuntur iam a saeculo secundo, nec desunt in Gallia, ubi plerumque, si soluta sint oratione redacta, hanc eamdem praebent formulam:

IN SPE RESVRRECTIONIS MISERICORDIAE CHRISTI (1)

Si vero metricae sint, diverso modo hanc eamdem prae se cogitationem ferunt:

— DEXTRIS TIBI (Christe) NVNC FIDE || ABSISTIT IN AGNIS || AETERNVM SPERANS TE || D̄N̄E LARGIENTE DONVM (2)
— DIEM FVTVRI IVDICII INTERCEDENTIBVS SANCTIS LETVS SPECTIT (3)

Haec videlicet expectantium conditio non omnino vacua videtur gaudiis; generatim vero in istis titulis parva et veluti obiter mentio de ea fit. E contrario, epitaphia quae de beatitudine statim adipiscenda loquuntur, minime ultimum seu universale iudicium commemorant. Etenim, dum relata Iuliae Evarestae inscriptio (p. 139) iam animam supponit angelicum sumpsisse corpus ut cum sanctis in Christi regnum esset recepta, in Mediolanensi quodam epitaphio laetari quidem spiritus defuncti affirmatur; sed in *aeternum aevum praemia pro meritis capturus sub iudice iusto* (4) cum redivivus erit, dicitur.

Iam vero, si hoc bene perpendatur, non invenietur ab hodierno cogitandi modo alienum. Qui de iudicio loquitur universali, quamvis aliam ad illud referat considerationem et non nisi leviter quae praecedunt tangat, quasi nihili fere sint, aut non existant prorsus; qui autem de morte deque post mortem

(1) LE BLANT, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. I, nn. 462, 467, 468, 470.
(2) LE BLANT, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. I, n. 624.
(3) LE BLANT, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. I, n. 478.
(4) ALLEGRANZA, *De sepulcris christ. in aedibus sacris*, p. 25, n. 42.

vario animarum statu verbum facit, minime de iudicio ultimo cogitare videtur, perinde quasi gaudium iustorum statim post hanc vitam omnino perficiatur. Quae quidem animadversio ab archaeologo prae oculis habenda est, nam sicut inscriptiones quae praemia Christi statim adipiscenda innuunt, etsi de finali iudicio taceant, illud tamen non excludunt; ita quae de illo solummodo verbum faciunt, intelligi nequeunt quasi iam adeptos beatitudinem esse iustos omnino negent. Ut summum res manebit incerta. Et re quidem vera, cum legimus:

ΠΡΙΜΑ · ΜΕΤΑ · ΙΔΙΑC · ΘΥΓΑΤΡΟC · ΚΟΙΜΩΜΕΝΟΙ Εν θεω ΚΥΡΙΩ Χριστῷ = Prima cum sua filia, dormientes in Deo Domino Christo.

quidnam concludere fas est, nisi lapicidam versiculi Psalmistae recordatum esse: « In pace in idipsum dormiam et requiescam »?

Quidnam autem de formulis in *sinu Abrahae* aliisque eiusmodi arbitrandum nisi sibimetipsis fideles pauperis Lazari sortem ominatos esse? Iam ipsos interrogemus Patres, quidnam de hac intellexerint formula, et ipsos quidem qui sententiae de haud dilata iustorum beatitudine repugnare dicuntur, aut videntur, Hilarium videlicet, Ambrosium necnon Augustinum. Hilarius in suo psalmi secundi commentario ait: « Testes nobis evangelicus dives et pauper: quorum unum angeli in sedibus beatorum et in sinu Abrahae locaverunt ». Et in psalmi XLI interpretatione: « Si Christus Dei requies est, ergo qui in Christo erunt, erunt in Dei requie ». (1)

S. Ambrosius de S. Acholio, Thessalonicensium episcopo, haec habet: « Est igitur iam superiorum incola, possessor civitatis illius Ierusalem... Videt illic lumen sine sole perpetuum... Et haec omnia iamdudum quidem sibi comperta, sed nunc facie ad faciem manifestata ». (2)

Et Augustinus de Nebridio amico suo defuncto, ita loquitur: « Quidquid illud sit, quod illo significatur sinu (Abrahae), ibi

(1) Hilar. *in Psal.* II, n. 48.
(2) S. Ambros. *Ep.* XV, n. 4.

Nebridii mens vivit »:[1] « Iam non ponit aurem ad os meum; sed spiritale os ad fontem tuum, et bibit quantum potest sapientiam pro aviditate sua sine fine felix. Nec sic eum arbitror inebriari ex ea ut obliviscatur mei, cum tu, Domine, quem potat ille, nostri sis memor ». Et alibi tandem: « Qui in coelo sunt, gaudio gaudent ad visionem Dei, Christi fratres in natura, cohaeredes in gloria, similes in aeternitate iucunda ».[2]

Nemo profecto dubitabit cum de virginum retributione epitaphia loquuntur, de ingressu videlicet ad caelestes nuptias, de Christi sponsi cum eis unione, de caelesti thoro, etc.; expectationis statum significari. Nihilominus hoc non offecit, quominus et de resurrectione mentio fieret, et quidem de resurrectione cum Christo, sicut celeber quidam saeculi ultimi cecinit poeta: *In Deo qui confidit, cum eo resurget.*[3] En iam epitaphium huic prorsus cogitationi congruens:

HIC REQVIESCIT IN PACE
BEATAE MEMORIAE
EVSEBIA SACRA $\overline{DO}$
PVELLA CVIVS PROBA
BILIS VITA INSTAR
SAPIENTIVM PVELLA
RVM SPONSVM EME
RVIT HABERE XPM (Christum)
CVM QVO RE*surget*[4]

Nempe, sicut post mortem sanctis adsociari volebant fideles, quia quidem sancti iam beatitudine perfrui putabantur, sic et cum iis resurgere cupiebant: RESURRECTURUS CUM SANCTIS, legitur in Gallica quadam inscriptione;[5] et in alia, scilicet Hispana:

(1) *Confess.* lib. IX, c. 3, MIGNE, XXXII, col. 765.

(2) S. AUGUST. *Confess.* lib. IX, c. 3; et *Serm.* 42, n. 5.

(3) MANZONI, *La risurrezione*: « Nel Signor chi si confida, col Signor risorgerà ».

(4) S. MAFFEI, *Galliae antiquitates*, Veronae, 1734, p. 91.

(5) LE BLANT, *Inscr. chrét. de la Gaule*, n. 419.

FVNERE PERFVNCTVM SANCTIS COMMENDO TVENDVM‖VT CVM FLAMMA VORAX VENIET COMBVRERE TERRAS‖COETIBVS SANCTORVM MERITO SOCIATVS RESVRGAM (1)

Et iterum in Gallia quaedam funeraria inscriptio omnes qui ecclesiam adierint ad orandum invitat pro defuncto praesbytero, ut eorum ipsorum misereatur Dominus in die iudicii:

OMS QVI AD ECLSAM VENIETIS ORATE PRO ODROARIO PRESBITERO PECATORE VT VOS DOMINVS MISERTVS SIT IN DIEM IVDICII AMEN (2)

Quod si de requie corporum quorum in novissimo die erit resurrectio, nunc agatur, nobis perplura tunc occurrent epitaphia Graeca quidem et doctrinam S. Pauli ad Corinthios scribentis redolentia:

ΦΛΚΑΛΛΙCTOC‖ΟΛΙΑCΗΜΕΠΙΤΡΟ‖ΠΟCΧΩΡΙΟΝ ΔΕ‖CΠΟΤΙΚΩΝ ΕΠΟΙ‖ΗCΕΝ ΤΟΚΟΙΜΗ‖ΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥΤΟ ΕΑΥ‖ΤΩ ΚΑΙ ΤΗ CΥΜΒΙΩ‖ ΕΑΥΤΟΥ ΑΜΑ ΘΥΓΑΤΡΙ‖ΕΩC ΑΝΑCΤΑCΕΩC‖ΜΝΗΜΗC ΧΑΡΙΝ

Id est: *Flavius Callistus*, ὁ [δ]ιασημ(οτατος) ἐπίτροπος χωρίων δεσποτικῶν *sibi et uxori suae et filiae dormitorium hoc usque ad resurrectionem fecit memoriae caussa.* (3)

En aliud nunc in museo Teutonico Urbis iacens epitaphium, quod Kirchhoff *ex antiquioribus* esse affirmavit, *saeculi, ut videtur, post Christum tertii vel etiam secundi.* (4)

Καλόκερος Μακεδόνι κὲ Σωσιγενίᾳ τοῖς γλυκυτάτοις γονεῦσιν τὸ κοιμητήριον ἕως ἀναστάσεως.

Calocerus Macedoni et Sosigeniae dulcissimis parentibus dormitorium usque ad resurrectionem.

(1) E. HÜBNER, *Inscr. hisp. christ.* n. 158.

(2) LE BLANT, *Recueil*, t. II, n. 371.

(3) PERDRIZET, *Inscr. de Thessalonique* ap. *Mélange d'arch. et d'hist.* 1900, t. XX, pp. 229 sq.

(4) *Bull. d'arch. crist.* 1890, pp. 54 sq. tab. v, n. 2.

Explicitior adhuc alia inscriptio est in Macedonica provincia inventa, quae, iuxta Kaibel supplementa, ita sonat:

. . . . . θετο σῶμα δὲ γαίῃ
εἰσόκαι ἀναστάσεως ευχγγε(λ)ο(ν) ἦμαρ ἔικητε.

Posuit corpus terrae, donec resurrectionis laeti nuncii dies veniat.(1)

Haec omnia, quae germanam Christiani vocabuli κοιμητήριον significationem praebent, ad illa procul dubio Christi verba referuntur quae in Ioannis Evangelio (2) legimus: *Lazarus ... dormit, sed vado ut a somno resuscitem eum*; ipseque S. Ioannes Chrysostomus, sepulcris adstans Christianorum Antiochenorum, eamdem fere interpretationem profert: « Ideo ipsum locum coemeterium vocatur, ut tu intelligas defunctos ibi iacentes non mortuos esse, sed quiescere ac dormire ». (3) In fossionibus vero, apud Callistianam necropolim nuperrime actis, haec reperta est inscriptio, quae Paulum ad Corinthios loquentem praecipue sapit:

Tab. 61.

VIBIO · FELICI · BONE · MEMORIAE LAVDABILI · PVERO ... DORMIENTI · IN DOMINO · IN PACE ... (4)

(1) *Bull.* loc. cit.; cf. BORMANN ap. *Archäologisch-epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich-Ungarn*, 1888, XII, p. 195, n. 21.

(2) IOANN, XI, 11.

(3) *Opp.* ed. Montfaucon, II, p. 398. Praestat huc verba I. B. De Rossi referre: «Nell'epigrafia cristiana della Macedonia, prima forse che in quella di altre provincie, troviamo formole ed espressioni dichiaranti esplicitamente la professione di fede nella risurrezione contenuta nei vocaboli κοιμητήριον, *dormitio*, *dormit* e simili, comuni al linguaggio cristiano relativo ai sepolcreti ed ai sepolcri delle chiese d'ogni lingua e d'ogni regione.

« L'apostolo Paolo dei fedeli defunti disse che sono κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ (*dormientes in Christo*), perchè la fede in Gesù Cristo è il fondamento di quella nella risurrezione beata (I *Cor.* XV, 18). Conformemente alla dottrina ed alle parole dell'apostolo delle genti, nelle epigrafi greche dei cimiteri sotterranei di Roma i defunti sono appellati: **ΚΟΙΜΩΜΕΝΟΙ ΕΝ ΘΕΩ ΚΥΡΙΩ ΧΡΙCΤΩ**, ovvero **ΕΝ ΚΩ** (κυρίῳ) **ΗΜΩΝ ΘΕΩ ΧΡΙCΤΩ** » (*Bull.* loc. cit.).

(4) Inscriptiones istas Hebraicas dixeris formulas sapere, nisi voces Domini et Christi inessent: ἐν εἰρήνῃ κοίμησις αὐτοῦ « in pace dormitio



Tab. 62. Inscriptio diaconi Severi.

eius »; vel, ut melius dicamus, sunt ipsae Hebraicae formulae in Christianas formulas conversae. Quaedam in coemeterio Callisti inscriptio antiquissima ait: ΦΗΔΕΙΚΔΑ ΕΙΡΗΝΗ COI EN Κω (κυρίῳ); et alia hoc ipso anno inventa: ... HC TO ΠΝΕυμα ‖ σοὺ εν εΙΡΗΝΗ = Spiritus tuus in pace;

Nemo tamen, ad hoc quod attinet, in epitaphio apertius et explicatius locutus est quam Severus, Marcellini papae diaconus; quippe qui totam, ut ita dicam, de novissimis doctrinam carmine suo exposuerit. Eoque magis eius verba valent, quod in publico ac solemni quasi documento uti enim ecclesiae Romanae diaconus coemeteriique administrator ea scripserit; unde nobis aperit quae fuerit ipsius hac in re ecclesiae Romanae mens. Integrum referam carmen:

Cubiculum duplex cum arcisoliis et luminare,
Iussu P(a)P(ae) sui Marcellini, diaconus iste
Severus fecit, mansionem in pace quietam,
Sibi suisque memor, *quo membra dulcia somno*
Per longum tempus factori et iudici servet.
Severa dulcis parentibus et famulisque
Reddidit octavum Febrarias virgo kalendas;
Quam Dom(inu)s nasci mira sapientia et arte
Iusserat in carnem; *quod corpus pace quietum*
Hic est sepultum, donec resurgat ab ipso;
Quique animam rapuit spiritu sancto suo
Castam, pudicam et inviolabile(m) semper:
Quamque iterum Dom(inu)s spiritali gloria reddet.
Quae vixit annos novem et undecim menses;
Quindecim quoque dies: sic est translata de saeclo.

Haec autem de tutanda corporum requie cogitatio causa fuit cur innumerae demum et ubique gentium inscriptiones repertae sint anathematibus praeditae, quorum rationem in primo iam volumine explicavi. Cum autem nil peius esset Christianis quam Iudae comparari, aut, quod absonum quidem, si fieri posset, non resurgere, aut supremo Dei iudicio damnari, inde evenit ut non raro epitaphia mala eiusmodi sepulcrorum violatoribus minentur; sic:

— ... INSEPVLTVS IACEAT NON RESVRGAT ...(1)

et in coemeterio Priscillae: **AΘHNOΔOPE TEKNON TO ΠNEY|MA COY EIC ANAΠAYCIN** = Athenodore fili spiritus tuus in requie (*Bull. d'arch. crist.* 1873, p. 17).

(1) A. Bosio, *Roma sott.* 1632, p. 436.

— ... SI QVIS HVNC SEPVLCRVM VIOLAVERIT PARTEM HABEAT CVM IVDA TRADITOREM ET IN DIE IVDICII NON RESVRGAT (1)

— CONIVRAT PER DIEM TREMENDI IVDICII NEQVIS HOC ALIQVANDO AVDEAT VIOLARE SEPVLCRVM (2)

Post autem Nicaenam synodum ipsius concilii anathematum formulae sunt usurpatae; immo famosum est Bonusae cuiusdam epitaphium, in quo ipsi concilii patres nominantur:

(A)NATHEMA ABEAS DA (*sic*) TRICENTI DECE (ET OC)TO PATRIARCHE QVI CHANONES EXPOSVERVN(T) (3)

Aliae inscriptiones huiusmodi apud Ariminum repertae sunt. (4)

Interdum etiam Caiphae, Ananiae et Saphirae nomina occurrunt, eodem fere modo atque nomen Iudae adhibita.

Sed iam tempus est ut huic finem dissertationi faciamus, quam ad rem idonea mihi quam maxime videntur Tertulliani verba haec: « Cur enim non putas animam puniri et foveri in inferis interim sub expectatione utriusque iudicii? ... Novit et apud inferos anima et dolere, et gaudere sine carne, ... salva resurrectionis plenitudine per carnem quoque ». Sententia vero Tertulliani explicitior ex sequentibus apparet: « Affirmamus, o anima, te manere post vitae dispunctionem, et expectare diem iudicii, proque meritis, aut cruciatui destinari aut refrigerio, utroque sempiterno. Quibus sustinendis necessario tibi substantiam pristinam, eius denique hominis materiam, et memoriam reversuram, quod et nihil boni aut mali sentire possis sine carnis passionalis facultate, et nulla

(1) GORI, *Inscr.* t. III, p. 105.

(2) *Corp. inscr. Lat.* t. X, n. 178.

(3) REINESIUS, *Syntagma inscr.* XX, p. 964.

(4) Inter quas notanda haec mihi videtur, verba nempe Iob, quasi a defuncto pronuntiata, prae se ferens: *Credo quia Redemtor ms vivit et in novissimo die suscitavit* (suscitabit) *me* (MURATORI, *Thesaurus vet. inscr.* t. IV, p. MCMLIV, n. 1).

sit ratio iudicii, sine ipsius exhibitione qui meruit iudicii passionem ».[1] Quanta sit haec inter verba atque inscriptionum formulas quas retuli congruentia nemo non videt; pariter etiam cernitur quam lata et benigna fuerit Ecclesiae indoles, quae neutiquam voluit hanc circa rem opinandi circumscribi libertatem, donec tempora definiendae doctrinae matura non essent. Ceteroqui, ex verbis adductis, haud apparet dubium quin et isti, qui in hoc argumento minus recte videntur sensisse, firmiter tamen arbitrati fuerint tum electorum animas quadam, post ultimum quidem iudicium perficienda, beatitudine iam gaudere, tum e contra reprobatorum hominum spiritus statim quodam cruciatu puniri.

Art. X. — De peccato originali, deque eius propagatione et effectibus.

Suavis Agapes inscriptio, quae his in paginis nobis plus semel occurrit, ceteraque epitaphia aliud pretiosum ecclesiasticae traditionis porrigunt testimonium, nempe de originali peccato. Cum vero S. Augustinus Pelagianis, qui eum primum veluti auctorem doctrinae originalis peccati praedicabant responderit: *Non ego finxi originale peccatum, quod catholica fides credit antiquitus*,[2] incredibile prorsus videtur, nostra tempestate, hanc ipsam insimulationem in eximium gratiae doctorem a D. Turmel, haereticum quidem Potter secuto, aliquatenus fuisse impactam.[3] Verum enimvero nota sunt quae Iustinus martyr habet in suo cum Tryphone dialogo, nimirum: non ideo Christum baptizari voluisse et crucifigi *quod his rebus indigeret, sed pro humano genere quod ab Adamo in mortem et serpentis fraudem inciderat.*[4] Neque minus ad rem alii loquuntur Patres, quorum quidem verba, male prorsus intellecta, in suae sententiae favorem praefatus Turmel detorsit.

(1) Tertull. *De testimonio animae*, cc. IV et LIV.

(2) S. August. lib. II, *De nupt. et concupiscentia*, c. 12.

(3) Cf. E. Portalié, *La critique de M. Turmel et « la question Herzog-Dupin »* ap. *Études*, Paris, 1908.

(4) Iustinus, *Ad Tryph.*, n. 88.

Utcumque res se habeat, agapes inscriptio eiusdem circiter temporis est atque Iustini testimonium, vel fortasse etiam antiquioris; unde primus in hoc genere locus ei debetur:

DIXIT · ET · HOC · PATER · OMNIPOTENS · CVM *pelleret Adam*:
DE · TERRA · SVMPTVS · TERRAE · TRADERIS · HV*mandus*:
SIC NOBIS SITA · FILIA · E*s*TA · GAPE CHRIST*oque volente*. (1)

Facile animadvertent studiosi inscriptionem minime potuisse ita incipi: *Dixit et hoc*; quippe quod haec verba praecedens aliquid supponant, nempe: *Dixit Pater omnipotens*; unde dubium non videtur hominis creationem eiusque lapsum in prima inscriptionis parte narrari debuisse; immo in hoc omnes epigraphiae periti conveniunt, ut initium carminis dicant Genesis narrationi consentaneum fuisse: (2) « Huius modi formulae carminum Christianorum, ait I. B. De Rossi, aperte contradicunt formulis carminum, quae inscripta sunt sepulcris ethnicorum. In prolixo enim titulo, composito versibus et hemistichiis, quibus uti solebant ethnici, legitur: *Stultum est tempore et omni, dum mortem metuas, amittere gaudia vitae. Mors etenim hominum natura, non poena est: cui contigit nasci instat et mori* ». (3)

Supplementum autem: *Christoque volente*, quod supra legitur, videtur requiri propter iustius inscriptionis quamdam similitudinem cum alio eiusdem regionis eiusdemque aetatis epitaphio, ita dicente: Deo BOLENTE FELIX AMPLIATUS.

Duo qui subsequuntur versus priorum sensum perficiunt:

BIS · DENOS · SEPTEM · Q · ANNOS · EME*n*SA *decessit: (recessit?)*
HAEC · ILLI PER CHRISTVM FVERAT · SIC *plena senectus.*

id est:

Christi iussu, viginti septem annorum aetas plena illi senectus fuit.

(1) *Christoque volente*, supplementum est I. Wilpert, dum I. B. De Rossi ita suppleverat: *Christique fidelis* vel Christumque *secuta* (*Bull.* 1884–1885, pp. 72–76; 1886, tab. IX; cf. *Inscr. Christ.* t. II, p. xxx). Equidem supplementum Wilpertinum adoptavi ob rationes in textu expositas.

(2) *Adae vero dixit: ... In sudore vultus tui vesceris panem, donec revertaris in terram de qua sumptus es* (*Gen.* III, 7 sq.).

(3) De Rossi, *Inscr.*, Prooemium, p. xxxi; *Corp. inscr. lat.* lat. VI, 11272.

iuxta aliud cuiusdam adolescentis epitaphium sic desinens:

HAEC TIBI SENECTVS EST (1)

Ultimos quinque versus alias (Tab. 48) retulimus.

Quae quidem inscriptio non solum originale peccatum adfirmat, sed non minus lucide mortem corporalem istius peccati esse, Deo iubente, stipendium asserit, ita ut quam tradidit ipse Apostolus doctrinam, *per unum* scilicet *hominem peccatum in hunc mundum intrasse et per peccatum mortem*, (2) eadem in antiquissimo Romanae Ecclesiae coemeterio, veluti communis esset fidelium persuasio, fuerit exposita. Nec insuper alia desunt epitaphia idem, etsi forsan obscurius, significantia, aut proinde quae Deum vitae et necis summum agnoscant arbitrum. Sic in epitaphio cuiusdam Adeodatae virginis dicitur:



Tab. 63.

ET QVIESCIT ‖ HIC IN PACE ‖ IVBENTE ‖ $\overline{\text{XPO}}$ EIVS (Tab. 63) (3)

cui sequentes sunt fortasse inscriptiones adiungendae aliaeque eiusmodi:

CALIVS
HIC · DORMIT
ET · DECRIA
QVANDO DEVS
VOLVERIT

LOC
APHRODISAES
CVM DEVS
PERMISERIT

(Coem. S. Pauli – Mus. Later. pila XXI, 5, 8).

(1) WILPERT, *Fractio panis*, p. 55.

(2) *Rom.* V, 12: *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors; et ita in omnes homines mors pertransiit* ...

(3) Cf. WILPERT, *Fractio panis*, pp. 55–56.

In quodam demum Africano epitaphio legimus:

DE DEI ET CRISTI VOLVMTAS (1)

Verum haec cogitatio et in liturgicis invenitur precibus: « Illorum igitur omnium, Domine, (miserere) qui, *per senten-*

(1) HÉRON DE VILLE-FOSSE ap. *Bull. trim. des ant. Africaines*, 1885, p. 190, n. 903. Formula *Deo volente* valde apud primaevos Christianos in usu fuit, neque minus alia illa: *Deo iubente*, atque omnium antiquissima eiusmodi exempla inscriptiones sunt Agapae et Ampliati supra allatae. Aliae vero: *Quando Deus voluerit – cum Deus permiserit* videntur potius ex paganis formulis profluxisse, iuxta haec S. Cypriani verba: « Dici frequenter audimus: *Deus*, et *Deus videt*, et *Deo commendo*, et *Deus mihi reddet*, et *si Deus dederit* » (*Quod idola dii non sint*, c. 9). Immo et *Deo volente* I. B. De Rossi a pagana formula repetit: *Diis volentibus*, quod profecto minime infirmat sensum huic formularum generi attributum in textu; sed praestat eximii archaeologi verba referre: « Altra volta dissi, che nel secolo quarto anche i pagani dicevano *Deo volente*, appoggiato sull' autorità di parecchie lettere di Simmaco paganissimo (*Bull.* 1863, p. 60). Certo è che i politeisti assai prima di quel secolo comunemente usavano il singolare *Deus* in luogo del plurale *Dii* (cf. vol. I pars prior huius operis, p. 145): ma in quanto alle formole *Deo volente* e simili nelle epistole di Simmaco l'esame critico dei codici oggi suggerisce il sospetto, che sieno state mutate da un grammatico ed interpolatore cristiano, e Simmaco abbia scritto *Diis*, non *Deo*. Nell'epigrafia cristiana sepolcrale l'esempio della formola *Deo volente* (per quanto ricordo) è fino ad ora unico nel titolo priscilliano di che trattiamo. Simile, ma non identico, è il *Deo annoente* d'una epigrafe cristiana non sepolcrale del secolo quarto o quinto; ed il *iubente Deo*, o *Christo*, o *Deo et Christo*, che raramente appare in qualche epigrafe sepolcrale e votiva. La singolarità di siffatta sentenza nel titolo di Ampliato; il FELIX soggiunto al *Deo volente*, premesso al cognome AMPLIATVS; la totale dissonanza di questa formola da quella degli altri epitaffi della medesima famiglia mi fanno sospettare, che l'epigrafe sia di indole speciale e di significato diverso da quello degli altri titoli sepolcrali. Il *felix* parmi epiteto, non nome personale. Infatti nella famiglia Priscilliana antichissima la nomenclatura suole essere composta del gentilizio e del cognome, non di doppio *cognomen*. Adunque dubito, che *Deo volente felix Ampliatus* possa significare: *quamdiu Deus volet, sanus salvus Ampliatus* (*sibi posuit*); come nelle epigrafi cristiane di Ostia sono note e frequenti le formole: *quando* o *quamdiu Deus volet, permiserit*, ed in una pagana di Châlon-sur-Saône: *vivus sibi posuit et ... coniugi ... victuri quamdiu Deus dederit* (DE BOISSIEU, *Inscr. de Lyon*, p. 217) » (*Bull. di arch. crist.* 1886, pp. 60–61).

tiam adversus primum patrem nostrum Adamum prolatam, ex hac vita infelice migraverunt...» — « Te rogamus, Domine, pro omnibus qui, *iussu tuo* ex vita hac temporali soluti sunt, qui in fide ortodoxa migraverunt, ut memineris per misericordiam tuam, et exaudias etiam preces nostras pro illis, neque negligas deprecationem nostram illorum causa, quia ad imaginem regiam tuam creati sunt ».[1]

Hoc idem argumentum non parvam accipiet lucem ex picturis.

Alius vero luctuosior peccati originalis effectus est spiritualis mors animae, Dei scilicet amicitia ac caelesti gloria, propter primi parentis lapsum, quoadusque baptismatis gratia purificata et ad vitam revocata sit, iam non amplius dignae. Quod id revera a primaevis sit creditum Christianis patet inprimis apostolicis documentis, praesertim Paullinis epistolis, apud quas vel strictim sed sincere legenti doctrina talis haud ambigue apparet; [2] patet quoque iis liturgiarum veterum ritibus, quibus, a saeculo inde tertio, praescriptum cernimus ut diabolo eiusque pompis baptizandi renuntient, seque « in vitam aeternam » firmiter credere testentur, [3] eo nempe se hucusque daemonis sub imperio constitutos et mortuos, mox tamen, *lavacro regenerationis*, [4] vitae nascituros et in regnum lucis transferendos vere confitentes: unde fit etiam ut baptisma novus ortus seu cuiusdam pueritiae spiritualis adeptio reputatum sit et dictum; cuius rei non pauca varii quidem generis extant argumenta; [5] patet demum sollicitudine illa quae ne parvuli sine baptismate morerentur antiquis et temporibus est habita.

(1) RENAUDOT, *Liturg. orient.* II, p. 404; vide etiam pp. 266, 395 et 464.

(2) Cf. praesertim *Ad Hebr.* V, 12, 18, 19, 21.

(3) HORNER, *The statutes of the Apostles or Canones ecclesiastici*, 1904, pp. 295 sq.

(4) Solus Deus hoc facit quod quidem operatur in lavacro regenerationis. Ipsam animam tangit gratia et illinc peccatum evellitur radicitus (CHRYSOST. *Hom.* 40, n. 2, in I *ad Corinth.*).

(5) Cf. P. SYXTUS, *Nonnulla de symb. lit.* Romae, 1907, pp. 13–18.

In constitutione Aegyptia haec enim invenimus: « Primo baptizate infantes: omnes qui per se loqui valent, loquantur; qui vero minime valent, pro eis respondeant parentes eorum vel aliquis de eorum genere »; necnon fere eadem in decimo nono Hippolyti canone legere est. (1)

Quod si Patres adeamus, testis luculentissimus erit S. Cyprianus in sua sexagesima quarta epistula: « Quantum vero, ait, ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem quo nati sint constitutos, baptizari non oportere, et considerandam esse legem circumcisionis antiquae, ut intra octavum diem eum qui natus est baptizandum et sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro omnibus visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo concessit, sed universi potius iudicavimus, nulli hominum nato misericordiam Dei et gratiam denegandam. Nam cum Dominus in Evangelio suo dicat: *Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare.* Quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est ».

Neque dicere licet id quidem in canonibus et scriptis statutum fuisse, sed forsitan minime in persuasionem et in usum apud plebem Christianam venisse; nam in sequenti articulo epitaphia nonnulla afferentur quae hunc infantium sacro fonte abluendorum morem viguisse lucide ostendunt.

Iure igitur Augustinus catholicam fidem aiebat peccati originalis dogma antiquitus esse professam.

Art. XI. — **Inscriptiones baptismi et confirmationis sacramenta significantes.**

Cum sit baptisma simul et culpae originalis remedium et ianua, eaque sola qua Christianus quilibet Ecclesiam ingreditur, non raro de eo in antiquis epitaphiis legitur mentio, sed plerumque arcana formula expressa, ita ut a solis initiatis intelligi posset: et nusquam vox quidem *baptismum* invenitur.

(1) Horner, loc. cit. n. 46; Achelis, *Die Canones Hippolyti* (*Texte u. Untersuchungen*, t. VI), Leipzig, 1891, p. 93.

His nempe res verbis *accipere, percipere, consequi, suscipere* designatur, subintelligendo: *gratiam Dei*; quae tamen gratia aliquando enuntiatur, ut in epitaphio quodam recenter in Ss. Marci et Marcelliani coemeterio invento, ad saeculum autem pertinente quartum:

— BENE·MERENTI·ANTONI·AE CYRIACETI QVAE VIXIT ANNIS·XVIIII·M·II·D·XXVI ACCEPTA DEI GRATIA QVARTA DIE VIRGO OBIT·IVLIVS·BENEDICTVS PATER·FILIAE DVLCISSIMAE ET INCOMPARABILI·POSVIT D·XII·KAL DEC (1)

— TYCHE · DVLCIS ‖ VIXIT · ANNO · VNO ‖ MENSIBVS · X · DIEB · XV ‖ ACCEPIT · VIII · K . . . ‖ REDDIDIT · DIE · SS (SS = suprascripto) (Coem. Priscillae).

Alia multa eiusmodi exempla apud scientiae epigraphicae auctores habentur; hic lubet quaedam saltem specimina proponere:

— HIC EST POSITA FORTVNIA QVAE VIXIT AN·PLVS MINVS III PARENTES POSVERVNT · CONSECVTA EST D · VI DEPOSITA VIII · KAL · AVG (2)
— EVFRONIA PERCEPIT III · ID · APRIL (3)
— PASCASIVS PERCEPIT XI KAL · MAIAS (4)
— CRESCENTIAE Q·V·A·XXXIII·ACCEPIT III·KAL·IVL (5)

(1) WILPERT, *Le pitture delle catacombe*, textus, p. 234. Baptismi sacramentum, tam facile apostolicis temporibus collatum, non levi obnoxium fuit circumscriptioni, saeculis praesertim tertio et quarto, ante pacem Ecclesiae. Concilium Eliberinum canone 42 duos praeparationis annos catechumenis praescribebat: « Eos qui ad fidem primam credulitatis accedunt, si bonae fuerint conversationis, intra biennium placuit ad baptismi gratiam admitti debere, nisi infirmitate compellente coegerit ratio velocius subvenire periclitanti, vel gratiam postulanti ». In quibusdam casibus etiam tres indicebantur anni: « Item flamines, si fuerint catechumeni et se sacrificiis abstinuerint, post triennii tempora placuit ad baptismum admitti debere » (Can. 4).

(2) MURATORI, *Thes. vet. inscr.* 1998, 6.

(3) MAFFEI, *Gall. antiq.* p. 90.

(4) FABRETTI, *Inscr.*, p. 577.

(5) MURATORI, loc. cit. 1870, 1.

— FILIO BENEMERENTI QVI GRATIAM ACCEPIT *Domini Nostri* DIE XII KAL·OCTOBRIS (1)

— ΖΩCIMOC ΚΑΙ ΕΥΝΕΙΚΗ ΤΩ ΙΔΕΙΩ ΤΕΚΝΩ ΕΥΝΕΙΚΩ ΚΑΛΩC ΗΞΙΟΜΕΝΩ ΤΗΝ ΧΑΡΙΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΕΙΡΗΝΗΝ ΕΧΕΤΕ ΑΔΕΛΦΟΙ (2) = Zosimus et Eunice filio suo Eunico (fecerunt) qui bene consecutus est gratiam Dei. Pacem habeatis fratres.

Cum autem haec regenerationis adeptio pro praestantissimo, ut decebat, eventu magnaque gloria a Christianis duceretur, etiam tempus quo consecuta fuerat notabatur aliquando, ut in sequentibus exemplis:

— PERIT ANN·XXXV EX DIE ACCEPTIONIS SVAE VIXIT DIES LVII (3)

— INGENIOSAE QVAE VIXIT ANNIS IIII FIDE PERCEPIT MESORVM (4)

— CONSECVTVS EST II NON·DECEMBR·EX DIE CONSECVTIONIS IN SAECVLO FVIT AD VSQVE VII IDVS DECEMB (5)

Ex quibus vero formulis potest quoque deprehendi quomodo a vitae carnalis tempore vitae spiritualis cursus nonnunquam distingueretur, illum a baptismi acceptione usque ad mortem computando. Immo vero nedum *fidelis* nomen etiam quod ex fidelibus quis natus esset parentibus res potuit esse memoranda, ut in sequenti Christiano epitaphio a doctissimo Lupi apud suum Severae epitaphii commentarium (6) relata, legitur: πιστὸς ἐκ πιστῶν, idest: *fidelis ex*



Tab. 64.

(1) De Rossi, *Bull.* 1869, p. 27. Cf. not. 1 eiusdem loci.
(2) De Rossi, loc. cit.
(3) Fabretti, loc. cit. p. 563.
(4) Corsini, *Dissert.* p. xxxiii.
(5) Renier, *Inscr. de l'Algérie*, n. 4031.
(6) Lupi, *Dissert. ad nup. inv. Severae epit.* Panormi, 1754, p. 136.

fidelibus (parentibus), perinde ac apud Graecos honori habebatur si quis dici posset *consul ex consulibus* (*natus*):

Fidelis ex fidelibus Zosimus hic iacet, vixit annos duos, mensem unum, dies viginti quinque (Tab. 64).

Hae inscriptiones pretiosae sunt, quia et infantes nondum rationis usu utentes baptismum recipere potuisse ex eis evidenter colligitur.

Eiusdem generis inscriptiones sunt, quae Christiani nominis mentionem faciunt, ut haec Antiochena:

+ ΕΥCΕΒΙΩ + ΧΡΙCΤΙΑΝΩ +
ΔΟξΑ ΠΑΤΡΙ ΚΑΙ ΥΙΩ ΚΑΙ ΑΓΙΩ ΠΝΕΥ
[μα]ΤΙ ΕΤΟΥC $\overline{\text{ΖΙΥ}}$ ΜΗ
ΝΙΛΩΥ $\overline{\text{ΚΖ}}$

Eusebio Christiano. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto. XXVII mensis augusti, anno CCCLXIX.

Alia Graeca inscriptio, saeculo anterior quarto, *Maurum* quemdam exhibet *Victorini filium genere Christianum; fidelem*, vel *qui credit in locum requietis*:

ΒΙΚΤΩΡΙΝΟΥ ΤΟΥ ‖ ΜΑΥΡΟC ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΓΕΝΕ ‖ ΧΡΙCΤΙΑΝΟC ΠΙCΤΟC ΕΙC ‖ ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ ΑΝ(απαύσεως) ‖ ΕΤΟΥC ΚΛ (Athenae).

Item Atheniensis haec alia inscriptio Christiani nomen profert:

Σαμβάτις ἐν‖θαδε κῖται καὶ Δημάρχη‖Χριστιανοί Ᵽ ω Ᵽ α Ᵽ. (1)

Epitaphia ista prisca Christianae religionis tempora in mentem apprime revocant, cum scilicet proprium nomen fideles, nedum patriam, conditionem et genus parvi penderent, sicut ille Lugdunensis ecclesiae diaconus, Sanctus nomine, qui se Christianum solummodo vocari recordabatur. (2)

(1) BASSET, *De titulis Atticae christianis*, nn. 1, 78.
(2) Dom CABROL, *Dictionn.* art. *Athènes*, col. 3098.

Alia vero inscriptio quam refert Cavedonius [1] de quodam *Aurelio Melito infante, Cristaeano* (sic) loquitur, qui, ut opinio est, saeculo tertio vixit, atque annum agens quartum *fidelis* obiit. Quae quidem notabilis est non solum quia talia vocabula, *fidelem* et *Christianum*, contineat, sed quia praesertim ea quae, in antecedenti articulo, de baptismatis puerulis, etsi rationis usu destitutis, conferendi more disseruimus, satit confirmet. Pulcherrima vero haec alia quam apud De Rossi habes eiusdem argumentum rei affert, simul ac ineffabilem parentum afflictionem ob filiolae mortem prodit:

Innocens recessit, innocentium misericors fuit.
Quis non doluit aetati tuae piasque lacrimas fudit?
In te spes futura, expectabatur per te,
per te, gloria perennis, Celerine fili;
fidelis quiescis in pace. Qui v(ixit) ann I
m(enses) IIII,[2] d(epositus) VI kal. oct. Antino (= Antonio) et Syagrio (conss.)
(An. 382).

Altera inscriptio, a Boldetti in Priscillae coemeterio inventa, aviae cuiusdam sollicitudinem ne nepos suus a saeculo sine baptismo recederet nos edocet:

QVI‖CVM SOLDV (solide) AMATVS FVISSET A MAIORE‖SVA ET VIDIT HVNC MORTI CONSTITVTVM‖ESSE PETIVIT DE AECLESIA VT FIDELIS DE‖SECVLO RECESSISSET [3]

Infantulus hic annum et novem menses vixerat.

His autem de parvulorum baptismate titulis adiungenda quidem sunt, iam modo a nobis relata, TYCHES *quae vixit anno uno, mensibus X*, FORTUNIAE, *quae vixit annos plus minus tres*, INGENIOSAE *quae vixit annis IIII*, ZOSIMI *qui vixit annos duos, mensem unum* ... epitaphia, idem haud minus aperte testantia.

(1) *Antic. cim. di Chiusi*, p. 33. Alia eiusmodi epitaphia apud MARANGONIUM invenies: *Acta S. Victorini*, nn. 96, 103, 109. Cf. etiam GORI, *Inscr. ant. Etrur.* t. III, p. 314.

(2) DE ROSSI, *Inscr. Christ.* t. I, p. 140, n. 315.

(3) MARINI, *Arvali*, p. 171.

Notat vero I. B. De Rossi, nonnunquam vox *infans* minime infantulum significare, sed eum qui, suscepto baptismo, adhuc ita vocaretur quia eius spiritualis infantia nondum esset praeterlapsa.[1] Revera enim, non desunt inscriptiones explicate de adultis loquentes eisque nomen infantium aut puerorum tribuentes, et exemplum refert Mabillon, in quo *infantis* appellatio triginta annorum quinque fideli cuidam adsignatur; Lupi vero eiusdem vocabuli viro triginta annos nato tributi exemplum praebet.[2]

Atqui infantiae status, apud antiquos, litterarum serie significabatur aliquando; qui mos etiam inter Christianos invenitur: quaedam enim puerorum sepulcra litteris alphabeti consignata sunt. Sed etiam spiritualis infantiae alphabetum sive integrum sive inchoatum fuit indicium, atque in quodam vase, Carthagine apud baptisterii cuiusdam ruinas invento, crux delineata est et circa eam duo pisciculi et litterae A B C. Pisciculi fideles repraesentant iuxta Tertulliani illud: *Sed nos pisciculi secundum ἰχθύν nostrum Iesum Christum in aqua nascimur*; ...[3] litterae igitur neophytos designant quae baptismali aqua fiunt (Tab. 65).

Tab. 65.
(Mus. de St-Louis, Carthage).

Quomodocumque sit, antiquitus mos erat ut, extra necessitatis casum, baptismum diebus Paschae et Pentecostes solummodo administraretur.[4] Solemnis hic ritus secum ferebat, ut

(1) De Rossi, *Bull.* 1877, p. 36.

(2) Mabillon, *De re dipl. suppl.* 15; Lupi, *Epitaph. Sev.* p. 19. Sic Victorinus, famosus Romanus rhetor, ut refert S. Augustinus, *senex non erubuit esse puer Christi et infans fontis* (*Dei*) (*Confessiones*, VIII, 2).

(3) Tertull. *De baptismo*, I.

(4) Tertull. *De baptismo*, XIX, *P. L.* t. I, col. 1222: « Diem baptismo solemniorem Pascha praestat; ... exinde Pentecostes ordinandis lavacris latissimum spatium est, quo et Domini resurrectio inter discipulos frequentata est, et gratia Spiritus sancti dedicata ».

baptizati per hebdomadam alba gestarent vestimenta, quibus spiritualis infantia significaretur. Hinc *Dominicae in Albis* denominatio, scilicet *in albis depositis*. Huius moris et in epitaphiis indicium reperitur:

Hic iacet puer nomine Valentiniano, in albis cum pace recessit.

— *in a*LBIS ‖ RECESSIT ‖ QVI VIXIT ‖ ANNVS XC ‖ ET MINSIS II (1)
— IN ALBIS TRANSIENS REQVIESCIT (2)
— ALBAS SVAS OCTABAS PASCHAE AD SEPVLCRVM DEPOSVIT (3)

Haec autem consuetudo ex Apocalypsis enata videtur verbis: « Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt et unde venerunt?... Hi sunt... qui laverunt stolas suas et dealbaverunt eas in sanguine Agni »; (4) sed nonnisi saeculo quarto testimoniis explicitis confirmatur: unde Patrum testimonia (5) et epigraphica documenta in hoc argumento contemporanea sunt.

Epitaphia insuper, non minus quam Patrum scripta, discrimen inter fidelem et neophytum statuunt; neophytorum autem pleraeque inscriptiones quartum saeculum respiciunt, omnisque exhibent aetatis neophytorum exempla, quod quidem temporum indicium est. Pessimus enim apud multos mos invaluerat, perniciosa praesertim Constantini Magni imitatione, perniciosum exemplum, baptismi adeptionem in finem usque vitae differendi, contra quem abusum et Concilia et Patres egerunt.

(1) *Corp. inscr. Lat.* n. 2157, t. XII, p. 267.
(2) Gregorius Turonensis. *De glor. confess.* LIV.
(3) Fabretti, *Inscr.* p. 577, n. 70.
(4) *Apoc.* VII, 13, 14.
(5) Cyrilli Ierosolymitani solummodo verba referam, quibus neophytis albarum vestium significationem explicabat: «Veteribus exutis vestibus, et iis quae sunt spiritualiter albae indutis, omnino iam albis ornari decet, non hoc omnino dicimus quasi alba te semper habere sit necesse: sed quod his quae vere alba, splendida, spiritalia sunt vestiri te oporteat» (*Cat. mystg.* IV, *P. G.* t. XXXIII, col. 1104).

— HIC REQVIESCVNT DVO FRATRES INNOCENTES ‖ CONSTANTIVS NEOFITVS QVI VIXIT ANNIS OCTO · M · II · D · VII ‖ IVSTVS · FIDELIS · QVI · VIXIT · ANNIS VII (1)

— IVN · BASSVS · V · C · QVI · VIXIT · ANNIS · XLII · MEN · II · IN · IPSA · PRAEFECTVRA VRBI NEOFITVS IIT AD DEVM · VIII · KAL · SEPT · EVSEBIO ET YPATIO · COSS

(Cryptis Vaticanis).

Pulcherrima quaedam inscriptio, in Marci et Marcelliani coemeterio inventa, magistrum quemdam commemorat ex synagoga ad Christum conversum:

... VIRGO ET A LEGE NEOFITVS

Verum vox neophytus non semper recens baptizatum significat, sed aliquando etiam *catechumenum*,(2) atque ita fortasse accipienda est, quando oppositio extare videtur eam inter et nomen *fidelis*, sicut in titulo duorum fratrum supra relato. Legimus enim in alio, quod modo adduximus exemplo: *Petivit de Aeclesia ut fidelis de saeculo recessisset (recederet)*; et famosa est Catanensis quidam titulus, in quo dicitur: PAGANA NATA ... FIDELIS FACTA ... SVPERVIXIT HORIS QVATVOR.(3)

Hae sunt quas de regenerationis sacramento antiquiora epitaphia nobis exhibent notiones, eloquentissimae quidem, si cum ceteris collata fuerint documentis, per se autem, ut facile animadverti potest, subobscurae. Si vero in inscriptionibus non apertius de aliis quae ad baptismum attinent mentio fiat, nec huius formula, – quam tamen, antiquissimus testis, Iustinus martyr,

(1) ODERICO, *Sylloge vet. inscr.* p. 267.

(2) Verum enimvero antiquitus vocabatur neophytus etiam quisquis novus in aliquo ecclesiastico vel sacro ordine esset, inferioribus ordinibus omissis, vel probatione haud rite peracta; et sic vel episcopus neophytus vocari poterat; quod quidem vetat S. Paulus in prima sua ad Timotheum epistola (III, 6). Progressu autem temporis, talis vocabuli adscriptio indicium etiam fuit illicitae ordinationis propter probationis defectum, ut ex canone IV concilii Constantinopolitani quarti patet.

(3) DE ROSSI, *Bull.* 1868, p. 74sq.

medio circiter saeculo secundo, Romae descripserat, (1) – fuerit commemorata, talis obscuritatis tantique silentii caussa reputanda est lex illa quam *arcani* vocarunt quaeque melius ex sequentibus et ex picturarum studio apparebit.

Cum priscis temporibus confirmationis sacramentum simul cum baptismo conferretur et eius veluti complementum haberetur, haud mirum est paucissima, vel, ut ita dicam, quasi nulla, inter tot epigraphica monumenta inveniri quae aliquatenus distincte hanc Spiritus Sancti per pontificis manus adeptionem memorent. In hunc tamen sensum, subtiliori forsitan interpretatione adhibita, egregio Marini visa est verti posse sequens formula:

— POSTVMIVS EVTHNION FIDELIS QVI GRATIAM SANCTAM CONSECVTVS EST PRIDIE NATALI SVO (2) ... etc.

(1) Textus hic tanti est propter suam antiquitatem momenti, ut illum huc referre operae pretium sit: « Deinde eo ducuntur (*baptizandi*) a nobis ubi aqua est, et eodem regenerationis modo quo nos ipsi regenerati sumus regenerantur: in nomine enim Parentis cunctorum Dominique Dei et salvatoris nostri Iesu Christi et Spiritus sancti lavacrum in aqua tunc suscipiunt ... Atque rationem huius rei ab Apostolis hanc accepimus ». Pergit porro in ritu explicando (*Apol.* I, 16).

(2) BUONARROTI, *Vetri*, p. 17. Incredibile pene videtur quantum auctores vel sagacissimi elapsae aetatis in epitaphiis interpretandis erraverint aliquando. Exemplum sit sequens inscriptio: DMA SACRVM XL || LEOPARDVM IN PACEM || CVM SPIRITA SANCTA · ACCEP||TVM EVMTE ABEATIS INNOCINEM || POSVER · PAR · Q · AN · N · VII · MEN · VII. Post ea quae de anima disserui, et relata monumenta, sensus huius tituli dubius esse nequit; scilicet Leopardus dicitur acceptus *inter sanctos*, *cum sanctis*, accusativus enim casus loco ablativi non raro in sepulcralibus titulis cernitur: *Deus* IXΘYC *cum spiritum tuum* (Tab. 27). Atqui ecce quid Mabillon et Mazzocchius de illa inscriptione dixerunt: « Quod vero ad SPIRITA SANCTA etc. attinet, hic manifestus est de confirmatione locus, quae antiquitus iunctim cum baptismo dabatur. Observat praeterea Mazzocchius in *Spicilegio biblico*, t. I, Neap. 1762, p. 17, not. 5 huius Leopardi parentes, cui titulum posuerunt Iudaeos Syrosque natione fuisse, eoque factum, ut quem ceteri christiani *Spiritum Sanctum*, ipsi (utpote latini sermonis pene rudes) SPIRITAM SANCTAM appellaverint, eo nimirum genere, quo suo dialecto in Spiritu enuntiando utebantur. Itaque τὸ *ruach hakkedoshah* Spiritam Sanctam latine reddebant » (PERRONE, *Praelect. theol.* t. II, p. 126, ed. 12. Cf. MABILLON, *Itinere ital.* p. 73).

quasi diceret, Postumium gratiam iam cum esset fidelis consecutum esse, idque istis S. Cypriani verbis ad Iudaeos prolatis: « Et ad fidem et ad consecutionem properandum ». Verum quidem, ut probe notat I. B. De Rossi, vox *consecutio*, non minus in scriptis S. Cypriani quam in epitaphiis tum Africanis tum Romanis, primam significat initiationem,[1] proindeque non solum baptismum, sed etiam confirmationem, quae, perinde ac animadvertimus, simul conferebantur, scilicet ista statim post illud. Laudatus enim ecclesiae Africanae Pater haec de perseverantia ad salutem necessaria scripsit: *Fides ipsa et nativitas salutaris, non accepta sed custodita, vivificat: nec statim consecutio, sed consummatio hominem Deo servat;*[2] in quibus liquido patet vocem *consecutionem* idem atque *nativitatem spiritualem* valere.[3]

Sed quid probabilibus immoramur, cum explicita nobis epitaphia suppeditent testimonia? Scimus enim confirmationem vocatam fuisse *consignationem*; confirmationis vero collatio verbo *consignare* significabatur, de quo non pauci Patres sunt testes. Iam vero epigraphia eamdem nobis praebet vocem, et usque ad mediam aetatem locus ad confirmationis collationem adhibitus *consignatorium* appellatus est. Quaedam vero saeculi tertii quartive poetica inscriptio, Romae, in *consignatorio* apposita,

(1) Praestat ipsa peritissimi rei epigraphicae viri verba referre: « Io poi osservo che il verbo ἀξιόω col suo participio ἠξιωμένος fu presso i Greci frequente e poco men che solenne all'occasione che questi ricordavano la cresima. Udite Teodoreto: ἀυτὸς ἡμᾶς ἔχρισε, τοῦ παναγίου πνεύματος σφραγῖδος ἠξίωσε = *ipse nos unxit et sanctissimi spiritus signaculo dignos duxit*; l'autore del libro sulla ecclesiastica gerarchia in proposito di gente cresimata disse: οἱ ἠξιωμένοι τῆς τοῦ θείου πνεύματος ἱερᾶς καὶ θεουργοῦ κοινωνίας = *sacram et deificam divini spiritus communionem promeriti*; e S. Cirillo in una sua catechesi mystagogica: τούτου τοῦ ἁγίου χρίσματος καταξιωθέντες καλεῖσθε χριστιανοί ... πρὸ γὰρ τοῦ καταξιωθῆναι ταύτης τῆς προσηγορίας οὐκ εἶτε = *hoc sanctum chrisma promeriti, vocamini christiani ... antequam enim hanc gratiam promereamini, eo nomine proprie digni non estis* (apud *Bull. di arch. crist.* 1869, pp. 27–28) ».

(2) CYPR. *Epist. ad Rogatianum*, VI (ed. BALUZ.), § II.

(3) *Bull.* loc. cit. p. 29.

id est *ubi pontifex signat infantes,* ut primaevae epigraphiae formula utar, haec habebat:

Istic insontes caelesti flumine lotas
Pastoris summi dextera signat oves.
Huc undis generate veni quo sanctus ad unum
Spiritus ut capias te sua dona vocat.
Tu, cruce suscepta, mundi vitare procellas
Disce, magis monitus hac ratione loci. (1)

Signum vero illud chrismate factum fuisse non est dubium, de eo enim pontifex Cornelius clare loquitur, cum de Novatiano ait: *Signaculo chrismatis ab episcopo consignatus non est, unde nec spiritum sanctum unquam potuit promereri;* item Cyprianus in sua septuagesima tertia epistola aliique Patres passim. (2) Saeculo autem sexto, Clodovei regis epitaphium sic aiebat:

Mox, purgatus aquis et Christi fonte renatus,
Fragrantem gessit infuso chrismate crinem. (3)

Sed alia insuper et quidem antiquiora epitaphia certas huius sacramenti notitias prae se ferunt. Huiusmodi, exempli gratia, est illud sepulcro Catervii et Severinae inscriptum, ubi inter alia hic versus legitur:

QVOS DEI SACERDOS PROBIANVS LAVIT ET VNXIT (4)

Formula *lavit et unxit* illi respondet formulae a Gregorio Turonensi adhibitae: *ablutus et balsamo unctus,* quam et in Prudentii *Apotheosi* contra Iudaeos legimus de quodam Christiano: LOTVS *procul absit* ET VNCTVS.

Aliud autem epitaphium quod Marini refert (5) clarius esse non posset:

D · P · VALE · QVI LEGERIS ‖ LIBENS ‖ PICENTIAE ‖ LEGITIMAE ‖ NEOPHITAE ‖ DIE · V · KAL · SEP ‖ CONSIGNATAE ‖ A LIBERIO PAPA ‖ ... POSVIT

(1) Cf. Selvagii, *Antiq. christ. instit.* lib. III, cap. VI, p. 115.
(2) Cf. praesertim Tertull. *De baptismo*, 8.
(3) Cf. De Rossi, *Bull.* 1869, p. 30, not. 2.
(4) Baron. *Ann.* an. 370; Fabretti, *Inscr.* pp. 740–741.
(5) *Bull. di arch. crist.* 1869, p. 23; cf. not. 1 eiusdem loci.

Statim post lotionem adposita unctionis mentio satis asseverat sacramentum confirmationis una cum baptismo fuisse collatum. Idem in quodam epitaphio legimus cuiusdam mulieris Gnosticorum initiatae mysteriis:

ΛΟΥΤΡΟΙC ΧΡΕΙCΑΜΕΝΗ $\overline{\text{ΧΥ}}$ ΜΥΡΟΝ ΑΦΘΙΤΟΝ ΑΓΝΟΝ (1) = In Christi lavacris uncta unguento incorruptibili et puro.

Licet hic de haeretica muliere agatur, nihilominus, cum sciamus Gnosticos sacramenta Christianae initiationis adoptare praesumpsisse, hoc testimonium aeque ac si in fidelis esset epitaphio valet. Ceterum ex Tertulliano novimus subito ac e fonte exiretur factas esse unctiones: *Egressi de lavacro, perungimur benedicta unctione*; idque veluti *ab omni vetustate* in Africana ecclesia fuisse consuetum. Cui testimonio addenda sunt verba liturgiarum tertii saeculi, canonis videlicet Hippolyti undevigesimi ita loquentis: « Cum ex aqua ascenderit (baptizatus), accipit presbyter oleum eucharistiae, et signat frontem et os et pectus eius ...», et Constitutionis Aegyptiae, quae idem eodemque fere modo affirmant, necnon alia non pauca liturgica documenta serioris aevi *consignationem chrismatis* post baptismum statim praescribentia. (2)

Quandoque sanctum chrisma diu post baptismum conferebatur idque ex quadam apparet inscriptione quam vario sensu ante Marini multi eruditi interpretati sunt:

DEPOSITVS PVER MAVRVS ANNO
RVM QVINQVE MENSORVM TRES
NONS AVGVSTAS BIMVS TRIMVS
CONSECVTVS EST (3)

Voces enim *bimus* et *trimus* iuxta illa explicandae sunt verba, quae apud iurisperitos invenimus diversa determinantes tempora, quibus dotis debitum, vel legatum aliudve redden-

(1) Vide integrum carmen in vol. I parte priore huius operis, p. 317.
(2) DENZINGER, *Ritus Orientalium*, t. I, V.
(3) PASSIONEI, *Iscr.* p. 180, 5.

dum est; unde, sicut formula: *bima trima die* (id est die qua plene duorum et dein trium annorum terminatur spatium) *dos reddita,* vel *bima trima die legatum solutum*, significabat partem dotis vel legati solutam secundo anno fuisse, alteram vero partem tertio anno, ita: *Maurus bimus trimus consecutus est*, idem innuit ac si diceretur: Maurus illud quod percepit, gratiam scilicet Dei et Spiritum sanctum, partim secundo, partim tertio anno est consecutus.

At omnium forsitan antiquissimum huius sacramenti epigraphicum testimonium in nono Abercianae inscriptionis versu habetur, quippe qui dicat Abercium Romam venisse, ibique populum vidisse splendido sigillo insignem:

ΛΑΟΝ Δ ΕΙΔΟΝ ἐκεῖν λαμπρὰν ΣΦΡΑΓΕΙΔΑΝ Εχοντα.

Haec quidem verba, Christianum populum designantia, de baptismate accipienda non pauci interpretes docuere; verum non desunt qui de baptismate simul et de confirmatione intelligant, cum rectius confirmatio dicatur sigillum: Σφραγὶς τοῦ Θεοῦ, et a Paulo apostolo vocetur: Sigillum Spiritus Sancti.[1] Vox enim illa ad sanctum chrisma significandum a Graecis adhibita est, iamque supra vidimus Theodoretum de confirmatione loquentem: ἀυτὸς, dixisse, ἡμᾶς ἔχρισε, τοῦ παναγίου πνεύματος σφραγῖδος ἠξίωσε = ipse nos unxit et sanctissimi Spiritus signaculo dignos duxit.

Notandum est denique, in exemplis quae supra adduxi semper de episcopo agi velut de proprio ac ordinario huius sacramenti ministro; namque vox *sacerdos*, ex antiquo epigraphico stilo, soli episcopo tribuebatur, ut innumerabilia paene exempla probant.

In pavimento ecclesiae S. Mariae Transtiberinae I. B. De Rossi cuiusdam presbyteri Mareae, anno 555 defuncti, invenit inscriptionem,[2] nunc quidem in atrio praefatae basilicae pa-

(1) *Ad Ephes.* I, 13-14; IV, 30. Cf. Ioan. *Apoc.* VII, 2, 3; IX, 4.
(2) *Bull. di arch. crist.* 1869, pp. 17-30.

rieti affixam, cuius textus ab eclogariorum scriptoribus olim transcriptus, aliunde in codice Palatino (1) reperitur. Inter alia, haec ista inscriptio habet:

Tuque sacerdotes docuisti chrismate sancto
Tangere bis nullum iudice posse Deo.

Quae quidem de episcopali unctione accipi possent, nisi chrismatis unctio potissime confirmationem significaret. Insuper eodem circiter tempore, Romanus populus describitur a Prudentio ad Lateranum accurrens:

Unde sacrum referat regali chrismate signum. (2)

Ceterum, uti notat I. B. De Rossi, in historicis documentis Vigilii pontificatus, nullibi legitur ausum fuisse quempiam papae Vigilii episcopales ordinationes irritas declarare. Ex adverso circa confirmationis collationem abusus aliqui introducti sunt quos et Innocentius I, in sua ad Decentium epistola, et S. Gregorius duabus epistolis commemorant. Immo, praefati versus verborum S. Gregorii veluti commentarius evadunt, cum hic pontifex, ad Sardes scribens, dixerit: *Episcopi baptizatos infantes signare bis in frontibus chrismate non praesumant*; ... *presbyteris etiam in frontibus baptizandos chrismate tangere concedimus.*

Iam vero Mareae epitaphium, cum de divina prohibitione mentionem faciat, hoc ipso demonstrat verbum *bis* sacramenti iterationem respicere, minime vero unctionem quae ex ritu baptismum praecedere deberet, et quae quidem fuit primum Sardis vetita, sed deinde a Gregorio Magno concessa.

Quanam autem de caussa seu factione fuerint qui confirmationem iterare voluissent et contra quos Mareas, Vigilii pontificis vicarius, se opponere debuerit, nulla vel minima notitia ex historia habetur. (3)

(1) *Biblioth. Vatic.* ms. 833.
(2) PRUDENT. *Contra Symm.* lib. V, 586. Cf. *Bull.* 1868, p. 72.
(3) DE ROSSI, *Bull.* 1869, pp. 30–31.

His vero dictis quidquid in epitaphiis ad priora pertinet sacramenta me quam brevissime exposuisse puto; iam igitur longum hunc articulum concludere libet nudam catechumenorum adiiciendo mentionem, quae in epitaphiis, nescio quare, perrara est.

Catechumenus vox, ex graeco verbo κατηχέω (doceo), discipulum sive audientem significat. Catechumenus quidem Christianus vocabatur, non autem fidelis: nempe haec posterior denominatio, uti vidimus, baptismum supponebat receptum; disciplinam vero Ecclesiae circa id in concilio Eliberino quodammodo primum determinatam invenimus.(1) In liturgicis officiis catechumeni manebant in templo usque ad expletam pontificis homiliam, deinde foras mittebantur.

Inscriptio quaedam, catechumenam quattuor annorum commemorans, a Marangoni inventa est:(2)

ΑΝΕΠΑΥCΑΤΟ ΟΝΗCΙΜΗ ΚΑΤΗ‖ΧΟΥΜΕΝΗ ΕΙΡΗΝΗ...

Altera et patronum fidelem et alumnam catechumenam indicat:

SOZOMENI ALVMNAE AVDIENTI PATRONVS FIDELIS(3)

Alia denique Romae in museo coemeterii Theutonici asservatur:

ΕΝΘΑΔΕ ΚΙΤΕ ΒΙΚΤΟΡ ΚΑΤΗΚΟΥΜΕΝΟC ΑΙΤΩΝ ΕΙΚΟCΙ
ΠΑΡΘΕΝΟC Ο ΔΟΥΛΟC ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΙΕCΟΥ ☧

Hic iacet Victor catechumenus, virgo viginti annorum, servus Domini Iesu Christi.(4)

ART. XII. — **Epitaphia Eucharistiam significantia.**

Licet de eucharistia fuse loquendum sit in sequenti huius voluminis parte, quia praecipuae huius Sacramenti repraesenta-

(1) Cf. huius concilii canones 4, 9, 29, 42, 45, 68.
(2) MARANGONI, *Acta S. Victorini*, p. 74.
(3) GORI, *Inscr. ant. Etrur.* t. I, p. 228.
(4) Cf. MARUCCHI, *Di una pregevole ed inedita iscrizione cristiana* apud *Studi in Italia*, 1883.

TAB. A.

FRAGMENTA INSCRIPTI
PHRYGII EPISCOPI ABE
IN MUSEO LATERAN
ASSERVATA.

TAB. B.

INSCRIPTIO PECTORII, IN MVSEO AVGVSTODVNENSI ASSERVATA



(Ex **Dom. Cabrol,** *Dictionnaire d'archéologie chrét. et de liturgie,* art. *Acrostiche).*

tiones symbolicae prorsus apparent, tamen praetermittendae hic non videntur quaedam antiquissimae inscriptiones de ineffabili Dominici corporis sacramento loquentes.

Iam supra demonstravi cur piscis in Christianis monumentis Christi esset symbolum. Porro duae sunt praesertim inscriptiones quae, de pisce veluti cibo loquentes, clare eucharistiam significant: Pectorii scilicet et Abercii inscriptiones.

Pectorii inscriptio duabus constat partibus: priore, quae ad baptismum vel gratiam et eucharistiam quasi alludit; posteriore, quae proprius epitaphium constituit, quamque pagina habes. En pars prior:

ΙΧΘΥΟC οὐρανίου θεῖον γένος ἧτορι σεμνῷ
Χρῆσε, λαβὼν πηγὴν ἄμβροτον ἐν βροτέοις
Θεσπεσίων ὑδάτων τὴν σὴν, φίλε, θάλπεω ψυχήν
Ὕδασιν ἀενάοις πλουτοδότου σοφίης.
Σωτῆρος ἁγίων μελιηδέα λάμβανε βρῶσιν,
Εσθιε πινάων ἰχθὺν ἔχων παλάμαις.

Piscis caelestis genus divinum, corde puro utere, hausto inter mortales immortali fonte aquarum divinitus manantium. Tuam, amice, foveto animam aquis perennibus sapientiae largientis divitias. Salvatoris sanctorum dulcem sume cibum; manduca esuriens piscem tenens manibus.

Non est dubium tertium distichum de eucharistia esse intelligendum, verbaque: *piscem manibus tenens* ad morem eucharistiae ambabus recipiendae manibus memorare.

En autem Abercii epitaphii pars eucharistiam respiciens, versus scilicet 12–16:

ΠΙΣΤΙΣ πάντη δὲ προῆγε	Fides vero ubique mihi dux fuit
ΚΑΙ ΠΑΡΗΘΗΚΕ τροφήν	Praebuitque ubique cibum piscem e
ΠΑΝΤΗ ΙΧΘΥΝ ἀπὸ πηγῆς	fonte
ΠΑΝΜΕΓΕΘΗ ΚΑΘαρὸν ὅν	Ingentem purum quem prehendit
ΕΔΡΑΣΑΤΟ ΠΑΡΘένος ἁγνή.	virgo casta
ΚΑΙ ΤΟΥΤΟΝ ΕΠΕδωκε φί	Deditque amicis perpetuo edendum
ΛΟΙΣ ΕΣΘίειν διὰ παντός	
οἶνον χρηστὸν ἔχουσα	Vinum optimum habens ministrans
κέρασμα διδοῦσα μετ' ἄρτου.	(vinum aquae) mixtum cum pane.

Iam I. B. De Rossi audiamus: « Versibus 12–16 epigrammatis Aberciani explicatur mysterium arcanum ΙΧΘΥΟΣ tamquam cibi (ΤΡΟΦΗΣ) eorum, quos ΠΙΣΤΙΣ nutrit, et enucleatur sententia tertii distichi carminis Augustodunensis, quo poeta invitat *genus electum* ΙΧΘΥΟΣ *coelestis ad capiendum cibum suavem Salvatoris sanctorum, ipsumque* ΙΧΘΥΝ *appetenter edendum.* Hunc nonnisi eucharistiam esse, quum primum lapis lucem vidit, omnes intellexerunt; idque Abercius pluribus explicat docens cibum, quem ΠΙΣΤΙΣ suis alumnis praebet, non esse reapse piscem, sed ΙΧΘΥΝ mysticum (Iesum Christum), quem Virgo concepit; et convivium, quo ΙΧΘΥΣ edendus datur, apparari non piscibus sed pane et *mixto* (id est vino aqua diluto) ... Cur materia oblationis eucharisticae (modo solus panis, modo plene panis et vinum) in antiquis tum carminibus tum picturis composita sit cum eo pisce quem Origenes, ... horum monumentorum aequalis, dixit tropice appellari ΙΧΘΥΝ, [1] declarat Irenaeus Polycarpi discipulus episcopus Lugdunensis, ideoque tum Abercii Asiani, tum anonymi Augustodunensis idoneus interpres; qui in eucharistia duo elementa discernenda esse docet, *terrenum et caeleste*: [2] caeleste vero non uno loco inculcat esse corpus et sanguinem Iesu Christi ». [3]

Pretiosum sane testimonium est haec crebra piscis mentio, tamquam cibi ubique fidelibus porrecti, *piscis viventium*, *piscis immortalis*, *piscis salvatoris*, necnon sub panis atque vini aqua diluti specie; hoc tamen argumentum plene in secunda voluminis huius parte explicandum est. Unum hic notasse iuvabit, universalem scilicet huius sacramenti indolem et usum iam inde a saeculo secundo liquido ex citatis carminibus patere.

(1) ORIG. *In Matth.* ed. MAURIN. t. III, p. 584: ὁ τροπικῶς λεγόμενος Ἰχθύς.

(2) IREN. *Adversus haer.* IV, 18, 5: Εὐχαριστία ἐκ δύο πραγμάτων συνεστηκυῖα, ἐπιγείου τε καὶ οὐρανίου.

(3) Cf. praesertim *Adv. haer.* IV, 17, 5; 18, 4. DE ROSSI, *Inscr.* t. II, *prooemium*, pp. XXIII, XXIV.

Haud parvam congruentiam inter praefata carmina et Maritimae epitaphium (olim in Priscilliano coemeterio inventum ac alias iam supra relatum) deprehendere est:

ΜΑΡΙΤΙΜΑ ΣΕΜΝΗ ΓΑΥΚΕΡΟΝ ΦΑΟΣ ΟΥ ΚΑΤΕΛΕΙΨΑΣ
ΕΣΧΕΣ ΓΑΡ ΜΕΤΑ ΣΟΥ (piscis ancora piscis) ΠΑΝΑΘΑΝΑΤΟΝ ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑ
ΕΥΣΕΒΕΙΑ ΓΑΡ ΣΗ ΠΑΝΤΟΤΕ ΣΕ ΠΡΟΑΓΕΙ

Maritima sancta (Semne) dulce lumen haud reliquisti, tecum enim habebas in omnibus piscem omnino immortalem; nam tua tibi pietas ubique praecucurrit.

Iterum ipsius I. B. De Rossi verba huc afferre placet:

« Nunc e tota doctrina de compositione huiusmodi carminum Christianorum nova huic epigrammati lux affulget. Varietas metri (duo hexametri sequente unico pentametro) prodit huius quoque epigrammatis partem saltem aliquam esse centonem consutum versibus vel hemistichiis carminum antiquiorum. Versus primus constat iisdem fere verbis quibus, vertente saeculo secundo vel ineunte tertio, usus est auctor epigrammatis Aurelii Antonii pueri septennis initiati mysteriis deorum omnium.[1] Iis tamen verbis auctor tituli Christiani expressit sensum directe oppositum sententiis inscriptis sepulcro mystae ethnici qui *liquerat dulce lumen* (ΕΛΙΠΟΝ ΓΑΥΚΕΡΟΝ ΦΑΟΣ), queruntur nihil ei profuisse quod sancte (ΣΕΜΝΩΣ) coluisset mysteria deorum. Contra auctor epigrammatis Christiani negat Maritimam *liquisse* dulce lumen (ΓΑΥΚΕΡΟΝ ΦΑΟΣ ΟΥ ΚΤΕΛΕΙΨΑΣ): ea quippe fuit ΣΕΜΝΗ (sancta, pia) initiata sacris ΙΧΘΥΟΣ ΟΥΡΑΝΙΟΥ; cuius servans praecepta ΗΤΟΡΙ ΣΕΜΝΩ, neque a via pietatis (ΤΗΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ) unquam deflectens, assequuta est lumen immortale, ipsum ΙΧΘΥΝ ΦΩΣ ΤΟ ΘΑΝΟΝΤΩΝ (lumen mortuorum). Quae verba delecta ex epigrammate Augustodunensi composui cum epigrammate Maritimae, considerata imagine ancorae et piscium studiose inserta in medium alterum versum ante epitheton ΠΑΝΑΘΑΝΑΤΟΝ. Quod tametsi construi possit cum versu praece-

(1) Marini ap. Mai, *Script. vet.* V, p. 180.

dente et voce ΦΑΟΣ (lumen), proprie tamen referendum esse ad ΙΧΘΥΝ fontem spei vitae aeternae quem appicta signa graphice designant, I. B. Pitra sagaciter vidit et Kirchhoffius necessarium iudicat « ut sententia sibi constet ». Sane piscem geminatum, appictum ancorae cruciformi, significare ipsum ΙΧΘΥΝ plurimae gemmae testantur; in quibus ancorae et piscibus utrinque dispositis adscriptae sunt litterae ΙΧΘΥC, ΙΗCΟΥC ΧΡΕΙCΤΟC, ΙΗ☧, ΙΗCΟΥC. Denique verba et sententia ultimi versus pentametri: ΕΥΣΕΒΕΙΑ ΣΗ ΠΑΝΤΟΤΕ ΣΕ ΠΡΟΑΓΕΙ conferenda sunt cum verbis ΠΙCΤΙC ΠΑΝΤΗ ΔΕ ΠΡΟΗΓΕ carminis Aberciani. Quemadmodum Abercius dixit *fidem sibi ubique praeivisse,* iisdem verbis de Maritima dicitur *pietatem ei ubique praeivisse:* alimentum autem pietatis esse veritatem et doctrinam fidei Paulus [1] docet ». [2]

Tam doctae interpretationi nihil equidem subiungam, nisi illa quae egregius archaeologus nominavit monumenta, ut melius sibi lectores persuadeant, quod ipse ego priusquam illa viderem, intelligere nequivi.

Tab. 66.

Tab. 67.

Tab. 68.

Tab. 69.

Gemmae in Musaeo Britannico asservatae (Dalton, *Catalogue*, Tab. II).

(1) I *ad Tim.* V, 3; *ad Tit.* I. 1.

(2) De Rossi, *Inscr.* t. II, *Proemium*, pp. xxvii–xxviii. — Alio sensu verbum προάγει adhibetur in titulis Christianis coniunctum cum solemni formula ἐν εἰρήνῃ (Bosio, *Roma sott.* p. 508; Boldetti, p. 363; Buonarroti, *Vetri*, p. 168): scilicet significat defunctum *praecessisse* caros suos in viam *pacis aeternae.* Sic tres fratres πιστούς ille, qui titulum posuit, dicit se *praemisisse* (προέπεμψα); et subiecit litteras ΙΧΘΥC, significantes professionem fidei Christianae (cf. Lupi, *Epitaph. S. Sev.* p. 174; *Corp. inscr. Graec.* 9715).

Alia inscriptio in eodem coemeterio Priscillae inventa est quae non parvam cum relatis epitaphiis similitudinem habet; immo vel maioris facienda esset, si non confracta et manca fuisset reperta (Tab. 70).

Tres priores lineae huius inscriptionis nomen atque temporis notas continent; in quarta linea defuncta se eiusdem generis atque Christum affirmat: EICON COI ΓΕΝΟC EIMI. In quinta *se* dicit *posse Dei gratia mortem superare,* seu *in aeternum ingredi gaudium, donum Dei simile secum portantem:* OIH CH XAPITI TE EIM... EICOΘEON ΔΩPHMA ΦEPουσα...[1]

Tab. 70.

Quid hoc donum sit, facile intelligitur; nihilominus forsitan non deerit qui non quidem eucharistiam, sed gratiam putet illud. Inscriptio certo ad secundum pertinet saeculum, litteris pulcherrimis Priscillianis insculpta. Singularis igitur prorsus est, nam gratiae, quod sciam, vix mentionem explicitam in epitaphiis illius invenies aetatis, cum plerique tunc tituli pura referant nomina. Utcumque sit, haud dubium est

(1) Paullo aliter I. B. De Rossi de mutilo hoc epitaphio habet: « Dei nomi della defunta sembra certo il gentilizio *Antonia* od il cognome *Antonina* alla quale l'autore del titolo volge la parola nell'epigramma metrico dicendole: εἶσον σου γέ(νος?) εἰμί: e probabilmente si deve intendere nel senso dell'epigramma celeberrimo di Autun: Ἰχθύος οὐρανίου ἅγιον γένος (Ἰχθύος, *caelestis sanctum genus*). Se è così, il superstite dice alla defunta, che ambedue erano del medesimo *genus* (εἶσον γένος); di quello cioè, che nell'epistola I di Pietro apostolo (II, 10) è appellato γένος ἐκλεκτόν, ἔθνος ἅγιον, λαὸς θεοῦ (*genus electum, gens sancta, populus Dei*). E nell'ultimo verso il medesimo dice alla defunta: εἰσόθεον δώρημα φέρεις (*deo par donum tenes, consequuta es*); cioè: hai ottenuta la corona immortale di vita eterna » (*Bull. di arch. crist.* 1886, p. 140). Cf. WILPERT, *Fractio panis*, pp. 78–79.

gratiae charismatibus large donatam fuisse in hoc saeculo animam illam, cui tanta tribuitur in gratiae auxilium post mortem fiducia.

Quoniam vero de gratia sermo incidit, Africanam quamdam referam inscriptionem saeculi quarti, quae affirmat Deum perseverantibus gratiam largiri:

CASTVLA · P‖VELLA · ANN ‖ XL · VIII · REDD ‖ VI · IDVS · MAR‖TIAS · PROPER‖ANS · KASTITA‖TIS · SVME‖RE · PREMI‖A · DIGNA · ‖MERVIT · ‖ INMARCESCIB‖ILE CORONA ‖ PERSEVERA‖NTIBVS · TRIB‖VET · DEVS · GR‖ATIA · IN PACE (1)

Quod si autem quis quaerat, utrum in epitaphiis datum sit aliquid poenitentiae sacramentum significans inveniri, respondere debeo: Fere nihil. Unum enim et alterum serioris aetatis epitaphium si excipiam, nescio quid amplius possis reperire. Non placuit, ut arbitror, de re tam intima in epitaphiis loqui, quibus potissime quod poterat defuncti honestare memoriam, non vero contrarium incidebatur. En formulae quae quandoque adhibita fuisse videtur duo specimina:

— (ADIVTOR) QVI POST ACCEPTAM PENITENTIAM MIGRAVIT AD DOMINVM (2)

— (SATVRIVS FAMVLVS DEI) ACCEPTA POENITENTIA REQVIEVIT IN PACE (Hispania).

(1) *Bull. épigr. de la Gaule*, 1883, t. III, p. 202.

(2) Marucchi, *Elém. d'arch. chrét.* vol. I, pp. 196–197.

CAPUT IV.

Hierarchia.

Art. I. — Inscriptiones papales. (1)

Antiquissima omnium inscriptio est papae Anterotis, quem scimus per quadraginta duos dies sedisse in Petri cathedra et anno 236 obiisse.



Tab. 71. (Coem. Callisti).

Deinde nominanda venit inscriptio pontificis Pontiani (230–235) qui, licet Anterotis antecessor, tamen post eum obiit, cum,

(1) Pontifices primi et secundi saeculi, a Petro scilicet usque ad Victorem, *iuxta corpus beati Petri*, in Vaticano, depositi sunt; ceteri vero, a Zephirino ad Miltiadem († 314) in Callisti coemeterio, tribus tamen exceptis, nempe Callisto, qui in regione Transtiberina, in coemeterio postea Calepodii dicto, sepultus est, et Marcellino et Marcello, qui sibi in coemeterio Priscillae sepulcra elegisse dicuntur. Unica videtur fuisse pontificum epigraphica formula, neque a temporum more aliena. Inscriptio pontificis Lini, Petri successoris, non nisi merum nomen LINVS referebat: quod quidem tempori congruum est, nam neque stilus epigraphicus erat tunc temporis efformatus apud Christianos, et quae Romanas formulas epigraphicas non referebant epitaphia, puris consistebant nominibus. Saeculo autem tertio, nihil aliud nomini additum est nisi episcopi nomen

in Sardiniam deportatus, pontificatus munus deposuerit. Epitaphium eius duobus abhinc solummodo mensibus inventum est in hypogeo S. Caeciliae, illudque, si potero, photographica imagine in calce libri adducam:

ΠΟΝΤΙΑΝΟC ΕΠΙCΚ · ΜΡ ☧ (Coem. Callisti).

Sequitur inscriptio pontificis Fabiani (236–250), qui, ut videtur, cum sub imperatore Philippo, Christianis addictissimo, vixisset, ab eo obtinuit ut corpus pontificis Pontiani, ex insula Sardinia ubi verberibus caesus obierat,[1] Romam transferretur, atque in pontificum hypogeo sepeliretur.[2]

Quaedam autem, apud vicinum ambulacrum, in corio parietis adhuc recente mollique adhibita, inscriptio haec habet:

ΕΝ ΘΕΩ ΜΕΤΑ ΠΑΝΤΩΝ (ἐπισκόπων? ἁγίων?) **ΠΟΝΤΙΑΝΕ ΖΗCΗC** = Pontiane in Deo vivas cum omnibus episcopis (sanctis).

Quamvis supplementum ἐπισκόπων haud quidem certum sit, non videtur dubium hic de pontifice Pontiano agi; inscriptio tamen an ad tempus translationis, ut I. B. De Rossi opinatus est, pertineat, indiciis omnino securis deficientibus, diudicare non praesumam.

Tab. 72. (Coem. Callisti).

in siglam plerumque contractum. Notiores enim erant Romani pontifices, quam ut praeter nomen amplius in eorum sepulcris requireretur. Denique cum, saeculo exeunte tertio, mos invaluisset etiam depositionis mentionem fieri, haec et in pontificum epitaphiis apparuit, uti videre est in Caii papae epitaphio. De singulis autem pontificibus in hoc articulo commemorandis nonnullas habes notitias in meo opere: *Les catacombes de Saint Calixte, histoire et description*, pp. 106–128, Rome, 1909.

(1) *Afflictus, maceratus fustibus defunctus est III kal. novemb.* (*Lib. pont.*).

(2) *Quem* (Pontianum) *beatus Fabianus adduxit cum clero per navim et sepelivit in coemeterio Callisti via Appia* (*Lib. pont. Pontianus*, ed. DUCHESNE).

Fabiani et Pontiani inscriptiones integrae sunt, et praeterquam episcopi nomine, etiam martyris titulo instructae MTP. Iam alibi hoc in opere de martyrii hac sigla verbum feci, ostendendo scilicet eam longe post depositionis diem appositam fuisse veluti publicam solemnemque martyris recognitionem, quae vindicatio martyris appellabatur.(1) Nunc vero perfecta siglarum similitudo in duobus praefatis epitaphiis probat ambas eadem manu, eodemque tempore exaratas fuisse.(2)

Fabiani successor, Cornelius (251–253), longe cum esset a pontificum hypogeo depositus, latinum habuit epitaphium, et ipsum titulo martyris insignitum, qui quidem, si bene examinatus sit, et ipse postea adiunctus apparebit, licet omnis a scalptore adhibita fuerit cura genus formamque litterarum imitandi iuxta primaevam inscriptionis partem.



Tab. 73. (Coem. Callisti).

Pontificis Lucii mutila inscriptio purum nomen refert, et cetera pars inventa non fuit, quae saltem episcopi nomen exhibebat: ΛΟΥΚΙC επι. Forma haec elliptica ΛΟΥΚΙC pro ΛΟΥΚΙΟC controversiae caussa adhuc extat inter philologos, quorum alii veluti archaismum formam eiusmodi accipiunt, alii vero imitationem esse Graeci sermonis defendunt.(3) Sed quidquid con-

(1) Cf. vol. I, pars prior, p. 394–395.

(2) Circa huius siglae appositionis tempus fervet inter rei epigraphicae peritos disputatio, novaque studia, magni quidem momenti, iam iamque in lucem sunt proditura. Aliter, exempli gratia Wilpert arbitratur atque Marucchi, et ab utroque dissentitur Muller, Berolinensis Athenaei professor, qui praeterea affirmat: in sigla martyrii, litteram T minime contineri, sed lineolam, litteris M et P superpositam, abbreviationem esse. Meo quidem iudicio, ex formis palaeographicis, quas vocant, praeterquamquod utraque sigla, ut supra innui, eadem manu, etiam non multo post pontificum illorum obitum insculpta dicenda est.

(3) Cf. RITSCHL, *De declinatione quadam latina reconditiore quaestio epigraphica*, Bonn, 1861; MOMMSEN, *Corp. inscr. Lat.* t. I, p. 210.

Tab. 74. (Coem. Callisti).

troversia illa paritura sit, quae aeterna futura videtur, notamus et alia legi eiusmodi nomina, cum Graeca tum Latina, etiam in catacumbis, ut ΔΗΜΕΤΡΙC pro ΔΗΜΕΤΡΙΟC in ipsa pontificum crypta; *Caecilis* pro *Caecilius* etc.

Post Lucium (253–254) quattuor sequuntur pontifices, nempe Stephanus I (254–257), Syxtus II (257–258), Dionysius (259–268), et Felix I (269–274), quorum epitaphia deperdita sunt. Quinti tamen Lucii successoris extat titulus, ipseque, ut videtur, integer: ЄΥΤΥΧΙΑΝΟC ЄΠΙC (275–283).

Tab. 75. (Coem. Callisti).

Littera X, in hoc titulo, iuxta I. B. De Rossi, primum omissa est, cuius in locum littera I incisa. Haec postea, aliquantulum abrasa, priori locum dedit, at non ita ut omnino non appareret. Equidem aliud mihi arridet, voluisse scilicet lapicidam Christi monogramma insculpere; ceterum difficile est dicere utrum littera I an X prius fuerit inscripta.

Inter Pontificum hypogeum et contiguam S. Caeciliae cryptam fragmentum operculi arcae marmoreae iacebat, nomen ΟΥΡΒΑΝΟC prae se ferens, quod visum est ad Urbani I pontificis sepulcrum pertinuisse propter mutilam quamdam litteram quae, ut in Tab. 76 apparet, tum pro Є, tum pro Θ accipi potest. Hinc varia supplementa: Επίσκοπος,

vel Θεοῦ δοῦλος, vel ἐν εἰρήνῃ quae satis rem esse incertam demonstrant. (1)

Tab. 76.

In alia coemeterii area pontifex Caius sepultus est, cuius epitaphium, ex parte inventum, ita I. B. De Rossi certo supplemento redintegravit: (2)

ΓαιοϒΕΠΙσκο
ΚΑΘ·
πρὸ·ι·ΚΑΛ ΜΑΙΩν

Caii episcopi depositio X kalendas fuit maias.

Hae sunt pontificum quae nobis manent antiquiores et propriae dictae inscriptiones, procul dubio quae deperditae sunt eiusdem quam istae generis fuere, scilicet aut nuda nomina exhibuerunt, aut aliquod nomen cum episcopi titulo fortasse etiam martyris, vel una cum nomine et officio depositionis notam prae se tulerunt; idque usque ad secundam saltem saeculi quarti partem. A Damasi autem aetate, pontificalia pleraque epitaphia metrica coepta sunt oratione fieri. (3)

(1) De Rossi, *Roma sott.* t. II, p. 373, et Wilpert, *Beiträge zur christlichen Archäologie* apud *Römische Quartalschrift*, 1902, pp. 60–61.

(2) De Rossi, *Roma sott.* t. II, pp. 104–105.

(3) Fuere atque sunt qui circa vocem ΕΠΙCΚΟΠΟC prolixa congessere commenta, perinde quasi ex ea coniicere liceret, nulla antiquitus auctoritate pontifices Romanos extra Urbem fruitos esse. En quid sagaciter respondit I. B. De Rossi: « Io non so quale altro titolo noi potremmo leggere sui predetti epitaffi. Non certo quello, che oggi scriviamo nelle epigrafi di classico stile, *pontifex maximus*; imperocchè niuno ignora la pagana origine di quell'appellazione, e come essa è venuta generalmente in uso dopo che la classica lingua romana è stata adottata nel linguaggio ecclesiastico, cioè dopo rinate le lettere nei secoli moderni. Ciò nondimeno già Tertulliano nel secolo terzo, per dileggiare un decreto, che oggi, a mio avviso, sappiamo con certezza essere stato promulgato appunto dall'istitutore della cripta papale, cioè dal papa Callisto, lo chiamò editto

ART. II. — **Episcopi.**

Praeter pontificum praefata epitaphia Romae duae aliae ad episcopos pertinentes inventae sunt inscriptiones: altera, metrica quidem, cuius fragmentum apud Lateranense est museum,

del pontefice massimo vescovo dei vescovi: *pontifex scilicet maximus episcopus episcoporum edicit.* Neanche credo, che altri avrebbe aspettato trovare in quegli epitaffi il titolo di *papa*. Veramente una delle novità rivelataci dal cimitero di Callisto è che il vocabolo (papa) fu scritto sui marmi cristiani assai prima, che finora non sapevamo. Damaso ed anche Marcellino sotto Diocleziano furono appellati *papae* nelle iscrizioni di codesto cimitero, e quella voce già nell'età dioclezianea fu compendiata nelle lettere PP, come nella contemporanea epigrafia si faceva dei vocaboli *praepositus*, *primipilus* ed altri. Ma *papa* nei primi tempi fu vocabolo più d'affetto che di dignità, e a pagina 200 (*Roma sott.* t. II) ho spiegato che nel secolo terzo ed anche nel quarto si diceva *papa meus*, *papa suus*, *papa noster*. Resta il solo vocabolo *episcopus* adoperato costantemente dai romani pontefici; e fa d'uopo chiudere gli occhi alla luce della storia per ignorare, che i titoli della romana sede al primato universale non pendono in guisa veruna dall'appellazione data nei primi secoli alla dignità di chi in essa sedeva. Egli era appellato, ed era in effetto *vescovo* e *vescovo romano*; solo fa d'uopo considerare di quale episcopato egli era l'erede, se di quello soltanto della chiesa particolare di Roma, o con questo della cura altresì e del supremo governo della chiesa universale. Ciò non possono dire i laconici epitaffi della cripta papale isolatamente esaminati; ma chi domanda alla storia ed agli scrittori ecclesiastici di quale natura ed estensione fu l'*episcopato* in quelle pietre ricordato, trova quivi la risposta cercata. Io non entrerò in un argomento sì trito; e per chiudere quest'episodio con la più acconcia testimonianza, chiamerò a confronto con gli epitaffi papali callistiani il catalogo papale filocaliano, la cui prima parte fu scritta o continuata appunto ai tempi di Anterote; cioè del più antico fra i papi, dei quali abbiamo trovato la epigrafe. Quel catalogo ridotto alla primitiva sua forma cominciava così: *passus est dominus noster Iesus Christus duobus Geminis consulibus VIII kal. apriles, et post ascensum eius beatissimus Petrus episcopatum suscepit, ex quo tempore per successionem dispositum quis episcopus, quot annis praefuit.* E segue la serie da Pietro ad Anterote. Ecco in qual guisa intendeva l'epitaffio **ΑΝΤΕΡΟC ΕΠΙCΚΟΠΟC** il cronista contemporaneo di lui; Anterote fu *successore* di Pietro nell'*episcopato*, che l'apostolo assunse immediatamente dopo l'ascensione del Signore» (*Roma sott.* t. II, pp. 306–307). His verbis aliquid addere impossibile mihi videtur, ita clara sunt atque evidentia. Ipse egregius

textus vero integer in Sylloge Centulensi legitur,[1] Leonem quemdam laudat, multa perpessum, qui uxorem, sacros ante ordines receptos, nomine Laurentiam duxerat, quemque patrem pontificis Damasi fuisse egregius Marucchi rationibus affirmat non spernendis;[2] altera, in coemeterio Callisti inventa verbum *episcopus* solummodo praebet cum alia mutila indicatione:

EPISCOPVS . . . ‖ REC · NV . . .[3]

Aliam episcoporum seriem coemeterium S. Alexandri, ad septimum viae Nomentanae milliarium exhibet. Ibi enim tria epitaphia sunt reperta episcopos commemorantia, aliud quidem incipientis quarti vel tertii egredientis saeculi:

PETRVS EPISCOPVS IN PACE XIII KL MAIA
XIII KAL MAIAS

aliud, nempe Adeodati, quintum respiciens saeculum notamque episcopatus atque depositionis diei ferens; aliud denique, praeter haec, consulum nota instructum.[4]

archaeologus aliam in Callisti coemeterio inscriptionem invenit, de qua mentio iam facta est, in qua formula *sub Liberio papa* veluti temporis nota habetur (cf. p. 17, not. 1). Ad nostram rem quod spectat, haec alia illustrissimi viri lubet verba citare: « La voce ἐπίσκοπος non è di primo conio ec clesiastico: essa significa ispettore e moderatore e presso i Greci così chiamavansi i curatori e presidenti dei giochi agonistici. Nel nuovo testamento quella voce fu adoperata per designare i presidi di ciascuna chiesa e il supremo grado del sacerdozio cristiano (*Act.* XX, 28; Pauli *ad Phil.* I; I *ad Tim.* III, 2; *ad Titum*, I, 7): ma non perciò ne fu tosto invariabilmente determinato il significato ecclesiastico. Prima che avvenisse, dovette correre qualche tempo d'uso di quella voce in quel senso. Adunque, come sarebbe strana l'ommissione dell'appellativo *episcopus* negli epitaffi del secolo terzo, salvo che qualche ragione di cautela l'avesse consigliata, così darebbe forse sospetto di memoria scritta in età posteriore all'apostolica il titolo LINVS EPISCOPVS: e sta egregiamente al suo posto il laconico ed arcaico LINVS » (*Bull. di arch. crist.* 1876, pp. 86–87).

(1) De Rossi, *Inscr. Christ.* t. II, pp. 93, 106; *Bull. di arch. crist.* 1864, pp. 54–56.

(2) Cf. *Nuovo Bull. di arch. crist.* 1903, pp. 60–108.

(3) Cf. *Bull. di arch. crist.* 1864, pp. 48 sq.

(4) Cf. *Bull.* loc. cit. et 1876, pp. 88–89. « Gli atti dei martiri Ales-

Episcoporum memoriae etiam nonnullae, ex quodam Cypricae familiae hypogeo in via Praenestina effossae, in lucem prodierunt; at istos haereticos debere potius haberi I. B. De Rossi docet. Ad episcoporum sepulturam quod attinet, notum est Christianas plebes sibi episcoporum suorum corpora vindicasse, ita ut, si non semper, persecutionis caussa, eos apud se viventes habuissent, saltem eorum venerari possent sepulcra; cum in hoc potissimum consistere cernerent legitimae horum successionis testimonium. Sic S. Ignatii relliquiae Antiochiam translatae sunt ab Urbe, ubi belluis sanctus episcopus fuerat expositus; sic Felix episcopus, Venosae decollatus, in Africanam suam dioecesim reportatus est; sic Dionysii, Mediolanensis episcopi, in exilio mortui, corpus a successore eius S. Ambrosio scimus petitum. Neque secus de Romanis pontificibus extra Romam defunctis aut occisis est factum. Pontiani corpus ex Sardinia insula, ut iam innui, Romam translatum est; item Eusebii, quem scimus *littore trinacrio mundum vitamque* reliquisse. De priore en quid *Liber pontificalis* habet: « Eodem tempore Pontianus episcopus et Ypolitus presbiter exilio sunt deportati ab Alexandro in Sardinia insula nociva... In eadem insula, maceratus fustibus, defunctus est». De posteriore autem nobis ipsum Damasi carmen testatur. Immo ad episcoporum sepulcra in dogmaticis etiam controversiis interdum allegabatur, quasi ipsa doctrinae traditionisque primaevae testimonia monumenta extarent:[1] sic, iam saeculo secundo, Romae presbyter Caius, tempore Zephyrini pontificis cum haereticis Cataphrygis disputans, ad trophaea, idest ad sepulcra apostolorum Petri in Vaticano, Pauli in via Ostiensi, provocabat.

Quod si vero, stante hac variarum orbis Christiani ecclesiarum de servandis vel recuperandis antistitum suorum relliquiis sollicitudine, nihilominus Romae et in ipso summorum pontificum coemeterio, aliquas exterorum episcoporum memorias, paucas quidem, reperiri contigerit, haud est mirandum,

sandro, Evenzio e Teodulo», ait I. B. De Rossi, «rendono conto di codesta serie di vescovi in quel cimitero» (loc. cit. 1864, p. 50).

(1) Euseb. *Hist. Eccl.* lib. I, c. 24.

cum sciamus multos pluriesque episcopos debuisse Romam adire sive ad concilia cogenda sive ad negotia suarum ecclesiarum cum Romano pontifice tractanda. Praeterea aliqua episcoporum corpora ex nativo oportuit loco removeri Romamque transvehi, ne barbarorum incursionibus atque furori obnoxia essent. Ita de corpore sancti Quirini Sisciae episcopi factum est, idque videtur et de Optato episcopo Visceritano evenisse.

Si tamen Romae episcoporum aliunde ignotorum sepulcra quaedam extra Christianas inveniantur necropoles, in hypogeis scilicet contra communem usum omnino separatis, magna est putandi ratio ea ad haereticos, non vero ad catholicos episcopos pertinere. Narrat S. Optatus Milevitanus, Novatianos proprios ex Africa misisse Romam episcopos, ut se ipsos habere in Urbe aliquem successorem Petri iactarent.

Extra Romam notanda est inscriptio Flavii Latini Brixiensis episcopi, quae ad seculum tertium spectare videtur. In ea, dum computantur anni in inferioribus gradibus transacti, omittitur dies depositionis:

FL · LATINO · EPISCOPO
AN · III · M · VII · PRAESB
AN · XV · EXORC · AN · XII

Antiquissimum aliud eiusmodi epitaphium, nota consulum instructum, inscriptio est episcopi Petronii Dextri in S. Mustiolae Clusiensi coemeterio reperta:

*Petron*IO DEXTRO
EPISCOP · P.AT · QVI VIXIT
ANNIS · LXVI · PATRI KAR
ISSIMO · L · PETRONII · QVI
NQVE · FILII · POSVERVNT · DP
V A
III · IDS · DEC · PROVINO · ET · YLIANO
COSS

(Petron)nio Dextro episcopo patri qui vixit annos LXVI, patri karissimo Lucii Petronii quinque filii posuerunt; depositus III idus decembres Proviano (Probiano) et Iuliano consulibus.

Aliquanto antiquior illa sequens est inscriptio apud Italiam Inferiorem inventa, nunc autem in imperiali Berolinensi bibliotheca asservata:

T
IN DD · ET · SPIRITO · SANO · IVLIANO
EPP · C/// · QVI · VIXIT · A///NIS · L · MENSIBVS ·
III · D · II · FELICIANE · CONIVGI · BENE ·
MERENTI · CVM · FILIS · SVIS · BENE
MERENTI · FECIT · IVLIANO · IN PA
CE ·

I. B. De Rossi eam Constantiniana aetate anteriorem putat praesertim propter formulam qua inscriptio incipit, quae quidem ita est intelligenda: *in Deo, Domino et Spiritu Sancto*, deinde propter omissam depositionis notam.(1)

Aliud epitaphium, quod pace Constantiniana vetustius videtur, in Africa inventum est, at iam a suo loco remotum:

ΠΕΤΡΟC ΔΙΟΦΙΔΟ
ΕΠΙCΚΟΠΟC ΜΑΞΙΜΙ
ΑΝΟΥΠΟΛΕΩC ΕΝ
ΘΑΔΕΚΕΙΤΑΙ

Πέτρος Διοφιδο ἐπίσκοπος Μαξιμιανουπόλεος ἐνθάδε κεῖται = Hic iacet Petrus Diophidus Maximianopolensis episcopus.(2)

Antiquissimus vero eiusmodi titulus videtur Syri Papiensis episcopi esse epitaphium sarcophago nempe incisum, in quo ille, initio saeculi secundi, ut verisimile est, primum est sepultus.

Antiquitas huius inscriptionis ab aliquibus rei epigraphicae peritis impugnata est, sed nullum solidum attulerunt argumentum contra temporis indicia quae epitaphium exibet. Ut summum dici potest vocabulum EPC additionem esse posteriorem; quod ipse I. B. De Rossi admittit, dum antiquitatem primae epitaphii partis: SVRVS, vindicat.(3)

(1) *Bull. di arch. crist.* 1876, p. 92.

(2) *Corp. inscr. Graec.* t. IV, n. 9147.

(3) *Bull. di arch. crist.* 1876, pp. 95–106. — En quibus verbis egregius archaeologus huius tituli illustrationi finem imponit: « Fa d'uopo dire o

Tab. 77. Sarcophagus primi episcopi Papiensis.

Non desunt quidem memoriae episcoporum, qui secundo tertioque vixerint saeculo, at eorum prisca epitaphia deperdita sunt, et quae nobis manent seriora sunt quam ut operae sit pretium ea huc adducere. Antiqua quaedam Palestinensis mutila inscriptio, a Germer-Durand, viro erudito, restituta, ut unum referam exemplum, patriarcham Caesareae nominat Alexandrum: [Ἀλέξαν]δρος Και[σαρειας πα]τρ(ι)αρχ[ης . . .[1]

che per alcuna cautela quel vocabolo fu ommesso; o che quando Siro fu sepolto, il titolo *episcopus* non era d'uso costante e normale nella cristiana epigrafia. La prima ipotesi può avere alcuna parte nel rendere conto del laconicissimo titolo SVRVS ... Ma spontaneo e luminoso è il confronto col romano sarcofago nella confessione apostolica del Vaticano, sul quale era scritto LINVS e nulla più, come a Pavia SVRVS. E a questo notabilissimo paragone aggiungendo il tipo paleografico delle lettere; e l'uno e l'altro dato concordando a meraviglia con l'immemorabile tradizione, che assegna quel Siro ai tempi apostolici; stringiamo un complesso di indizii e di prove di natura e fonti diversissime che con ogni precisione cospirano al medesimo punto. Sarebbe oggi adunque irragionevole temerità lo spregiare l'antica tradizione delle chiese liguri e venete circa Siro di Pavia; che è connessa con quella concernente l'Ermagora di Aquileia ».

(1) En quid de ea ipse Germer-Durand habet: « On sait que les évêques de Césarée avaient une sorte de primatie sur toute la Palestine, même sur Jérusalem, qui ne fut érigée en patriarcat qu'au quatrième siècle. Le titre officiel de patriarche est réservé depuis longtemps aux quatre grands sièges d'Orient. Mais dans les premiers siècles c'était moins précis. Aujourd'hui encore, dans le langage usuel, le titre de *Batrac*, forme arabe de patriarche, est donné communément à tous les évêques ayant jurisdiction » (*Revue biblique*, 1894, p. 255).

ART. III. — **Presbyteri.**

Ex epigraphico Christianorum stylo, simplices sacerdotes presbyteri vocati sunt, quae vox in hanc siglam plerumque contracta est, PRB vel PR. *Sacerdos* autem dicebatur episcopus, et ipse Romanus pontifex, ut ex non paucis colligitur monumentis. Verbum *presbyter* proprie seniorem significat; unde aliquando presbyteri, qui praeerant liturgicis congregationibus, seniores dicebantur.(1) Quod vero non aetatis sed officii caussa presbyteri vocarentur, id ex ipsis epitaphiis patet; neque in re epigraphica potest quaestio institui utrum quandoque presbyteri nomine episcopus designatus fuerit. Haec enim quaestio ad tempora apostolica pertinet, quorum nulla epigraphica memoria nobis remansit cleri constitutionem respiciens. Presbyteri corpus quoddam coetumque efficiebant ecclesiae addictum, *presbyterium* nuncupatum (πρεσβυτέριον); scilicet *senatum Ecclesiae*, *senatum Christi*, *consiliarium episcopi*, *consilium Ecclesiae*; Graece συνέδριον τοῦ πρεσβυτερίου. Episcopo mortuo, coetus ille, una cum diaconis, ecclesiam gubernabat, donec alius eligeretur episcopus; cuius rei certissima testimonia praebet historia.

Ecce iam inscriptionum exempla:

Romae:

– IVLIANVS PRESBYTER – PRESBYTER IN PACE – ΜΑΣΕΙΜΟΥC Π Ρ (Coem. Callisti).

Tab. 78. (Coem. Callisti).

(1) TERTULL. *Apol.* c. XXXIX, *P. L.* t. I, col. 531.

— LOCVS GERONTI·PRESB· ‖ DEPOSITVS·IIII·KAL·IVL· ‖ CONS· EPARCHIAVITI (Coem. S. Agnetis. Vide Tab. 8).

Tab. 79.

Tab. 80.

— AS IN ☧ PRE = Asinius Christi praesbyter.

Notanda sunt quae titulos Urbis commemorant:

— AVR·TIT·PRISCAE ... (Mus. Later. pila XIII, 16).

Tab. 81.

En duae inscriptiones metricae:

PRESBYTER HIC SITVS EST CELERINVS NOMINE DICTVS
CORPOREOS RVMPENS NEXVS QVI GAVDET IN ASTRIS
DEP·VII·KAL·IVN·FL·SYAGRIO ET EVCERIO (conss)
(An. 381 – Coem. S. Agnetis).

PRESBYTER HIC VOLVIT SISINNIVS PONERE MEMBRA
OMNIBVS ACCEPTVS POPVLIS DIGNVSQVE SACERDOS
QVI SCIRET SANCTAE SERVARE FOEDERA MATRIS
BLANDVS AMORE DEI SEMPER QVI VIVERE NOSSET
CONTENTVSQVE SVO NESCIRET PRINCIPIS AVLAM (1)

(1) *P. L.* t. XIII, col. 1218. Carmen hoc Damasianum putatur.

Habetur hic rarissimus casus nempe ut presbyter simul vocetur sacerdos.

In Italia.

VENEGESTVS PREVITER (*sic*) ‖ IN PACAE (*sic*) DOMINI DORMIT (1) = Benegestus presbyter in pace Domini dormit (Veliterni).

In Galliis.

IN HOC TVMOLO ‖ REQVIISCIT BONAE ‖ MEMORIAE ROMANVS ‖ PRESBYTER QVI VIXIT ‖ IN PACE ANNIS LXIII ‖ OBIIT NONVM K FEB ‖ RARIAS (2)

In Africa.

BO...IS Pr‖ESBITER IN *pa*‖CE VIXIT AN‖NIS XXXVI MEN‖SES IIII (3)

Melo in insula.

Ἐν Κ(υρί)ῳ. Οἱ πρεσβοίτεροι οἱ πάσης μνήμης ἄξιοι Ἀσκλῆ-πις ‖ καὶ Ἐλπίζων κὲ Ἀσκληπι(όδο)τ(ο)ς.

In Domino. Hic iacent bonae memoriae presbyteri Asclepias et Elpisias et Asclepias (alter) ... (4)

In Achaia.

... Φωκὰς πρεσβύτερος κῖτε. (5)

Atque haec veluti specimina pro nostro instituto sufficiant; adeat qui maiora cupit scire auctores, apud quos tamen exempla non inveniet citatis antiquiora.

Antiqui scriptores et Patres non raro de presbyterissis loquuntur. Quidnam vero sit voce eiusmodi intelligendum, etiamsi monumenta non dicerent, perspicue declarant documenta: scilicet non est dubium presbyteras quasdam vocatas mulieres

(1) Amaduzzi, *Anecdot. litt. Rom.* t. II, p. 484.
(2) De Boissieu, *Inscr. de Lyon*, p. 580.
(3) Berbrugger apud *Revue africaine*, t. III, p. 74.
(4) *Corp. inscr. Graec.* t. IV, n. 9288.
(5) *Inscr. Graec insul. maris Aegei*, fasc. I, n. 921.

fuisse quae, cum viris nupsissent postea presbyteris ordinatis, more exinde viduarum Deo sacratarum vixerunt. Inscriptionem cuiusdam *Lectae presbiterae* refert M. Armellini (1) et alias apud *Corpus inscriptionum latinarum* invenies, quod aliunde, has vocis praeter citatas in suis indicibus, presbyteri siglas exhibet: PRB, PBR, PBT, PR, PRBT, PRIB. (2) Presbytera etiam *matricula*, *matricularia*, graece autem πρεσβύτερα, πρεσβῦτις, πρεσβύτερις dicebatur.

De nominis *episcopae* vel *episcopissae* significatione non est cur loquar; notabo tamen non solum episcopi uxorem potuisse ita vocari quae, post mariti ordinationem, Deo se consecrasset; sed etiam matronam, cuius filii vel nepotes ad episcopalem dignitatem promoti essent. (3)

Art. IV. — Archidiaconus et diaconus.

Archidiaconi officii, cum non sit ordo a diaconatu distinctus, explicita mentio nonnisi tardius apud auctores invenitur, neque antiquitus in epitaphiis apparet. Verum circa archidiaconorum conditionem, praesertim in his quae ad ecclesiae Romanae archidiaconum spectabant, *Philosophumenon liber* non parvam lucem attulit. Videlicet archidiaconus, etsi tunc temporis non esset sacerdos, tamen statim post episcopum stabat eiusque veluti erat administer. In *Ordine Romano* episcopi vicarius ille appellatur, atque in S. Clementis epistola dicitur *oculus episcopi*. Bonorum Ecclesiae quasi naturalis seu praefinitus erat administrator, atque in praedicationis munere episcopi absentis vicem supplebat. Ei denique, praeter alia in clericos minores munera, cura pauperum, orphanorum viduarumque incumbebat. Romae, ut alibi iam dictum est, archidiaconus plerumque ad pontificatum destinabatur summum; pontifex enim, priscis ecclesiae temporibus, inter diaconos, non autem inter presbyteros eli-

(1) M. Armellini, *Lezioni di arch. crist.* p. 396.

(2) *Corp. inscr. lat.* IX, nn. 3518, 3538, 6209, 6226, 6230; cf. XII. *Index*, p. 948 et V, 2. *Index*, p. 1204.

(3) Cf. Deloche apud *Revue arch.* an. 1886, t. I, p. 219.

gebatur,[1] et usque ad papam Formosum mos viguit nullum in pontificem eligendi, qui ad Romanum clerum non pertineret, etiamsi episcopus esset.

Igitur ex officio potius quam ex titulis archidiaconus agnoscitur: sic S. Callistus, quem papa Zephyrinus sibi in clero administrando adiunxit coemeterioque praeposuit: εἰς τὸ κοιμητήριον κατέστησεν;[2] sic et S. Laurentius, cui temporalia erant bona ecclesiae commissa.

Serior quaedam Africana inscriptio archidiaconi titulum exhibet:

THEODORVS ARCEDIACO*nus*[3]

Sub pavimento inferioris S. Laurentii Constantinianae basilicae, inventa est famosa illa archidiaconi Sabini inscriptio ad quinti saeculi pertinens primordia:

SEPVLCRVM SABINI ARCHIDIACONI

Altaris primus per tempora multa minister
Elegi sancti ianitor esse loci
Nam terram repetens quae nostra probatur origo
Hic tumulor muta membra Sabinus humo
*n*il iuvat immo gravat tumulis haerere piorum
Sanctorum meritis optima vita prope est
*co*rpore non opus est anima tendamus ad illos
*q*uae bene salva potest corporis esse salus
ast ego qui voce psalmos modulatus et arte
*diver*sis cecini verba sacrata sonis
corporis hic posui sedes in limine primo
surgendi tempus certus adesse cito
*iam tonat angelico re*sonans tuba coelit*us ore*
et vocat ut scandant castra super*na pi*os
*at tu Laurenti ma*rtyr levit*a Sabinum*
*levitam angelicis n*unc quoq*ue iunge choris.*

Ex praefato carmine colligitur, non solum lectores cantoresque, verum etiam archidiaconos et diaconos tunc in ecclesiis can-

(1) Cf. De Rossi, *Bull. di arch. crist.* an. 1866, pp. 1--14.
(2) *Philosophumenon*, lib. IV, c. 11, ed. Cruice, p. 441.
(3) *Corp. inscr. Lat.* t. VIII, n. 58.

tasse. Sic in laudativa alius cuiusdam archidiaconi eiusdem saeculi inscriptione legimus:

HIC LEVITARVM PRIMVS IN ORDINE VIVENS
DAVIDICI CANTOR CARMINIS ISTE FVIT; (1)

et in diaconi Redempti, quarto saeculo defuncti, elogio:

DVLCIA NECTAREO PROMEBAT MELLA CANENTEM
PROPHETAM CELEBRANS PLACIDO MODULAMINE SENEM (2)

Sed et hoc episcopis laudi fuisse tributum reperimus. Leonis enim episcopi, superius memorati, epitaphium haec habet:

PSALLERE ET IN POPVLIS VOLVI MODVLANTE PROPHETA
SIC MERVI PLEBEM CHRISTI RETINERE SACERDOS (3)

necnon cernere est in funerario lapide cuiusdam episcopi, apud S. Alexandri coemeterium, via Nomentana, anno 569 sepulti:

*pudori num*QVAM DETVLIT DEVM SVA VOCE LAVDARE

Virginibus demum inter sacros ritus canendi aliquatenus morem fuisse ostendit quaedam a Boldetti relata inscriptio:

ΠΤΟΛΜΑΙC · Α · Ι · ΜΝΗΓΑ‖ΙΕΝ ΘΕΩ ‖ ΠΑΡΘΕΝΟC · ΕΤΩΝΙΕ ‖ ΜΗΤΗΡ ΤΥ ΧΑΡΙΝ ‖ ΑΝΕΘΕΙΚΑ = Ptolmais A. I., quae hymnos Deo personabat virgo annorum XV; mater eius gratia posuit. (4)

Sed ad id quod de diaconis est revertamur. Diaconi Severi inscriptionem, alias iam explanatam, noscimus et eam satis est hic obiter commemorasse. Iuxta vero basilicam S. Sebastiani inventum quoddam fragmentum haec verba refert:

... DIACONI EPISCOPI ...

scilicet mentionem diaconi alicui nominatim episcopo addicti.

(1) De Rossi, *Bull. d'arch. crist.*, 1883, p. 88.
(2) *Cod. Palat.*, ms. 833, Bibl. Vat.
(3) *Syll. Centul.*; De Rossi, *Inscr. Christ.*, t. II, pp. 93, 106.
(4) Boldetti, *Osservazioni* etc., p. 416.

Tria diaconorum epitaphia in coemeterio Cyriacae inventa sunt: (1)

— LOCVS ASTERII ‖ DIACO (*sic*)
— LOCVS EXVPERANTI ‖ DIACON
— VRBICVS ET BACERIVS ‖ DIACON·IN PACE

E Volsinii coemeterio haec prodiit inscriptio:

DEPOSITIOHPERCOMI
VI DIACVNI DIE XVK
SEPTEMBRIS (2)

Depositio Heper comi(tis), v(iri) i(llustris), diacuni etc.

En autem aliqua diaconorum epitaphia in Africa detecta:

GENERO*su*S DIACONV*s* — MAX*imus di*ACON*us* — ...VS DIACONVS IN *pace* (3)

Non raro diaconus una cum presbyteris aliorumque ordinum personis commemoratur; ne sim prolixior unum referam exemplum:

AVFIDIVS PRESBITER ‖ Q·V·ANN PLVS MINVS·L ‖ HIC IN PACE QVIES‖CVI AVGVRINA SOR ‖ ET AVGVRINVS DIACON ‖ FILIVS ET PRO CARITATE ‖ TITVLVM FIERI IVSSERVNT (4)

Diaconi etiam *levitae* vocabantur, praesertim in poetico stylo, ut in aliquo supra relato exemplo cernitur. In Damasianis carminibus, sex commemorantur hoc nomine *levitae* diaconi, nempe *Mercurius* (n. 4), *Stephanus* (n. 14), *Florentius* (n. 34), *Damasus* vel eius pater (n. 57), *Siricius* (n. 93), *Redemptus* (n. 21). (5) Aliud exemplum refert I. B. De Rossi in suo primo Inscri-

(1) Boldetti, *Osservazioni* etc., p. 415.
(2) De Rossi, *Inscr.* t. II, p. 312, not. 2.
(3) *Corp. inscr. Lat.* t. VIII, nn. 13416, 13417, 13418.
(4) Le Blant, *Inscr. chrét. de la Gaule*, n. 233.
(5) Maximilianus Ihm, *Damasi epigrammata*, Leipzig, 1895.

ptionum Christianarum tomo, sed annum 451 respicit et archidiaconum potius videtur designare, nam legitur:

SEDIS APOSTOLICAE LEVITES PRIMVS (1)

In ecclesia quoque S. Mariae super Minervam vulgo dicta, altari nomina: RAGAMFREDUS LEVITA et: WILIELMVS LEVITA (2) inscripta habentur.

Interdum et *ministrator* potuit diaconus congruenter nuncupari, unde inscriptio haec, a Muratorio relata, etiam de diacono est accipienda:

FLA · SECVNDO · BENEMERENTI
MINISTRATORI · CHRESTIANO · IN · PACE
QVI · VIXIT · ANN · XXXVI · DP · III · NON · MAR ·

Ratio autem cur diaconorum inscriptiones minores quam presbyterorum tituli sunt numero in eo apparet sita, quod diaconi plerumque ad presbyteratum dein transibant, et revera in ecclesiis non adeo erant numerosi.

Diaconi nomini etiam vox *praepositus* quandoque adiicitur in epigraphis quinti necnon sexti saeculi:

DIACONVS ARCARIVS SCAE SED · APOSTOL · ATQVE · PP = Diaconus ... atque praepositus. (3)

Et fragmentum quoddam fistulae plumbeae, nuperrime in Urbe inventum, hanc prae se fert inscriptionem:

+ SALVO PAPA IOHANNE
STEFANVS $\overline{PP}$ REPARAVIT (4)

Munus eiusmodi praepositurae, quo etiam presbyteri fungebantur, non solum coemeteriales sed etiam Urbanas respi-

(1) Loc. cit. n. 753. Alia eiusmodi exempla habet GRUTER MLV, 1.
(2) LE BLANT, *Autel de la Minerve*, pp. 13–20.
(3) MARGARINI, *Inscr. basil. S. Pauli*, n. 2.
(4) H. MARUCCHI, *Nuovo Bull. di arch. crist.* 1902, p. 202.

ciebat basilicas, neque ab officio administratoris distinguebatur; videtur tamen saeculo tantum quinto fuisse institutum. Verum nomine tantum differunt a diaconis *praepositi*, qui et coemeteriis et basilicis coemeterialibus administrandis, ut iam subnotavi, praeficiebantur. Quaedam Genevensis inscriptio habebat:

PRAEPOSITVS ET · PRESBYTER (1)

atque ad eumdem Stephanum modo relatum respicit sequens titulus anni 526:

. . . . . .
. . . . . CONS · FL · OLYBRI · V̄C̄ · QVI
. . . *locus concessus* EST AB STEFANO PRAEPST
basilicae sancti LAURENTI MARTYRIS (2)

ART. V. — **Subdiaconus.**

Subdiaconorum mentio vel rarior diaconorum mentione in epitaphiis legitur eaque tardior. Cuius ratio ex eo repetenda, quod nonnisi serius hic ordo fuerit institutus. Inter Patres, S. Cyprianus primus de subdiaconis loquitur, deindeque eius aequalis papa Cornelius, qui septem Romae fuisse subdiaconos affirmat. Cornelii autem verba transcribens, auctor libri pontificalis haec de illius antecessore, papa nempe Fabiano, ait: *Hic* (Fabianus) *regiones divisit diaconibus et fecit VII subdiaconos.* (3)

P. Marchi hanc inscriptionem subdiaconi, in calce incisam, legit apud sepulcrum martyris Proti:

AGATIO SVBD ‖ PECCATORI ‖ MISERERE DS (4)

Alia inventa est in S. Agnetis coemeterio:

LOCVS IMPORTVNI SVBDIAC REG · QVARTAE

(1) LE BLANT, *Inscr. chrét. de la Gaule*, II, p. 2.

(2) DE ROSSI, *Inscr.* I, 1005; *Roma sott.* t. III, p. 521.

(3) Cf. CORNELII PAPAE *epist. ad Fab.* apud EUSEB. *Hist. Eccl.* VI, 34; *Lib. pont. Fabianus.*

(4) P. MARCHI, *Monumenti etc.*, p. 239.

I. B. De Rossi affert epitaphium cuiusdam Marcelli, subdiaconi sextae regionis, et aliud habet Reinesius cuiusdam Petri, regionis quartae Romanae item subdiaconi. (1)

ΕΝΘΑ·ΚΙΤΗ·ΠΑΥΛΑ·ΠΑΥΛΟΥ·ΥΠΟΔ·ΘΥΓΑΤΗΡ = Hic iacet Paula subdiaconi Pauli filia. (2)

Pulcherrimum autem istud Le Blant excerpsit epigramma:

VRSINIANO SVBDIACONO SVB HOC TVMVLO OSSA
QVIESCVNT QVI MERVIT SANCTORVM SOCIARI SEPVLCRIs
QVEM NEC TARTARVS FVRENS NEC POENA SÆVA NOCEBIt
HVNC TITVLVM POSVIT LVPVLA DVLCISSIMA CONIVX
·R·V·K·D VIXIT ANNIS·XXXIII (3)

·R·V·K·D = Recessit V kalendas decembres.

In monte demum Olivarum, apud Ierusalem, haec inscriptio subdiaconi inventa est, musivo opere perfecta:

Ὑπὲρ εὐχῆς (καὶ) ἀναπαύσεως Καλιστρατοῦ ὑποδιακ(όνου) αγ(ίας) Ἀναστάσεως.

Ex prece et ad quietem Callistrati subdiaconi Sanctae Anastaseos (Anastaseos Sanctae, id est resurrectionis, vocata est ecclesia S. Sepulcri).

(1) De Rossi, *Inscr.* I, n. 500; Reinesius, *Syntag. inscr. antiq.* classis XX, 57.

(2) Martorelli, *De reg. Thec. calam.* p. 529.

(3) Le Blant, *Inscr. chrét. de la Gaule*, n. 293. — Inscriptio haec quaedam redolet Maximi Taurinensis verba, quae sane explicant cur apud sanctos vellent Christiani primaevi sepulcrum habere: « Et in corpore nos viventes custodiunt (martyres), et de corpore recedentes excipiunt, hic ne peccatorum nos labes absumat, ibi ne inferni horror invadat. Nam ideo hoc a maioribus provisum est ut sanctorum ossibus nostra corpora sociemus, *ut dum illos Tartarus metuit, nos poena non tangat*, dum illis Christus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. » (Homil. LXXXI, *P. L.* t. LVII, coll. 427–428).

In coemeterio autem Marci et Marcelliani (quod vocant) eiusmodi legitur formula: *Sepultus cum sanctis cum quos mereris* (Tab. 83).

ART. VI. — **Acolythi.**

Acolythorum origo Romana videtur, primaque eorum explicita mentio in cleri recensione, tempore S. Cornelii facta, invenitur. Numerabantur enim tunc temporis (an. 251) quadraginta duo acolythi.[1] Verum, si Libro pontificali fides adhibeatur, iam inde a Victoris I temporibus (188-198), acolythi commemorati fuisse videntur, nomineque *sequentium* indicati;[2] quae quidem denominatio certissima prorsus videbitur si cum illis eiusdem Libri pontificalis verbis conferantur quae de pontifice Caio (283-296) legimus: *Hic constituit, ut* (ad) *ordines omnes in ecclesia sic ascenderetur: si quis episcopus mereretur, ut esset ostiarius, lector, exorcista, sequens, subdiaconus, diaconus, presbyter; et exinde episcopus ordinaretur.*[3]

Quodnam vero horum textuum momentum sit quaerendi criticis curam relinquo. Mihi satis erit notare epigraphica documenta perfecte cum relatis textibus consonare. En inscriptio ex Romanis prodiens monumentis, quae saeculum tertium non praetergreditur:

HYACINTVS ACOLITVS[4]

Vox *sequens*, pro *acolythus*, semel tantum invenitur in monumentis, sed tardiori tempore, et in dedicatoria quidem inscriptione:

VRSO PRBO · HERMETE DIACO · ET EOR · SEQTIB

Urso presbytero, Hermete diacono et eorum sequentibus.[5]

(1) EUSEB. *Hist. Eccl.* lib. VI, c. XLIII, *P. G.* t. XX, col. 621.

(2) « Hic fecit sequentes cleros », MOMMSEN, *Gest. pont. Rom.* p. 18.

(3) MOMMSEN, *Gest. pont. Rom.* p. 39.

(4) Dom CABROL et Dom LECLERCQ, *Monum. Eccles. liturgica*, t. I, n. 3122. Cf. eorumdem auctorum *Dictionn. d'arch. chrét.* etc. art. *Acolyte*, t. I, coll. 348-355.

(5) LE BLANT, *Inscr. chrét. de la Gaule*, n. 617.

Cum nulla in scriptis Patrum, si Cyprianum (1) Cornelio prorsus aequalem excludis, acolythorum inveniatur mentio, concludendum certe videtur, ante illam aetatem, non nisi in Romana et Carthaginiensi ecclesiis ordinem hunc viguisse. Post Constantinianam aetatem, raro quoque extra Urbem acolythorum reperiuntur inscriptiones; duae sequentes Romae ininventae sunt:

TENE ME Q
VIA FVG · ET REB
OCA ME VICTOR
I · ACOLIT
O A DOMIN
ICV CLEM
ENTIS

Tene me quia fug(i) et reboca me Victori acolito a Dominicu Clementis (id est: ab ecclesia seu titulo S. Clementis). (2)

Et:

LOCVS ROMANI ACOLITI (3)

Ut ex alio patet epitaphio, in Urbe, etiam acolythi regionibus titulisque propriis erant addicti:

*hic requiescit in p*ACE ABVNDANTIVS ACOL ·
REG · QVARTE TT VESTINE QVI VIXIT ANN · XXX
DEP · INP · D NAT · SCI · MARCI MENSE SE OCT ·
IND XII (4)

Haec in Africa inscriptio inventa est:

GLORIOSV*s* ACOLVTVS IN PACE (5)

Plura exempla huiusce vocabuli invenies in secundo inscriptionum volumine I. B. De Rossi. Le Blant, aliunde, veluti

(1) S. CYPRIANUS, *Ep.* XLII.

(2) PIGNORIUS, *De servis et eorum apud veteres ministeriis*, p. 21. De eiusmodi collariis iam in parte priore primi vol. pp. 157-159, verbum feci.

(3) DE ROSSI, *Bull. d'arch. chrêtt.* 1863, p. 16.

(4) BOSIO, *Roma sott.* an. 1632, p. 419.

(5) *Corp. inscr. Lat.* t. VIII, n. 13426.

Lugduni inventam, inscriptionem prodit cuiusdam acolythi, nomine *Desiderii*,[1] anni 517.

De Tarsicio autem quem nonnulli recentiores hagiographi puerum acolythum fidenter dicunt, pauca animadvertenda veniunt; videlicet ipsum non nisi in tardioribus documentis acolythum appellari, carmenque Damasi, ad eius olim positum sepulcrum, eum commemorare veluti protomartyri Stephano parem, ergo levitam. Nec obliviscendum denique officium, quo fungebatur, nempe Eucharistiam fidelibus domi aut in carcere degentibus portandi, proprium diaconorum fuisse. En Damasianum carmen:

> Par meritum, quicumque legis, cognosce duorum,
> quis Damasus rector titulos post praemia reddit.
> Iudaicus populus Stephanum meliora monentem
> perculerat saxis, tulerat qui ex hoste tropaeum:
> martyrium primus rapuit levita fidelis;
> Tarsicium sanctum Christi sacramenta gerentem,
> cum male sana manus premeret vulgare profanis,
> ipse animam potius voluit dimittere caesus
> prodere quam canibus rabidis caelestia membra.[2]

Art. VII. — **Lectores.**

Lectorum institutio apostolica tempora pertingere videtur.[3] Nihilominus Cardinalis Bona, cum ante Tertullianum nullam lectorum mentionem invenisset, eorum originem hoc scriptore antiquiorem non putavit,[4] idemque alii auctores, non pauci et quidem recentiores sunt arbitrati.

Verum, ut merito I. B. De Rossi notat, lectorum ordinem multo ante Tertullianum extitisse ex ipsius textu facile colligitur.[5] Quae quidem quaestio hodie absoluta dici potest, cum

(1) Le Blant, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. I, n. 36.

(2) Max. Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 14. Cf. Wilpert, *Beiträge* etc., ap. *Römische Quartalschrift*, 1908.

(3) Card. Pitra, *Iuris Eccles. Graecorum*, t. I, pp. 58, 84, 204.

(4) Bona, *Rer. liturg.* lib. I, 25, 17.

(5) *Bull. di arch. crist.* an. 1871, ed. Gall. pp. 31–33. En ipsius De Rossi verba: «Le docteur africain écrivit le livre *De praescriptionibus* dès

ex coemeterio quod Sanctae Agnetis vocant, lectoris inscriptio in lucem prodierit, secundum saeculum certo respiciens:



Tab. 82. (Ex Armellini, *Il cim. di S. Agnese*, Tab. XI).

En alia duo lectorum epitaphia, quorum prius apud Urbinatense quondam servabatur palatium:

CLAVDIVS · ATTICIA	. . . . .
NVS · LECTOR	. . . LATINILLAE · ET · FLA
ET CLAVDIA	MACRINO · LECTORI
FELICISSIMA	FLAVIA · PAVLINA · NEPTIS
COIVX (1)	B M M P (2)

Ad lectorum munus etiam pueri promovebantur, dummodo officium scirent implere, quod erat sacram Scripturam publice, piam ad plebis eruditionem, legere: *Lectores infantuli,* ait Victor Vitensis,... *una degunt, simul vescuntur, pariter psallunt.* (3) Sic S. Epiphanius, Papiensis episcopus, octavum vix comple-

les premières années du troisième siècle; et il y reproche aux hérétiques la perturbation qu'ils avaient introduite dans la hiérarchie sacrée: *apud vos hodie diaconus qui cras lector.* Or Tertullien voulant opposer aux sectaires qui s'étaient séparés de l'Eglise au second siècle ce désordre hiérarchique, n'aurait pas choisi pour exemple le grade des lecteurs, si, à l'époque où il écrivait, il eût été dans l'Eglise catholique d'institution toute récente, et par conséquent nouveau et presque inconnu des hérétiques ».

(1) Fabretti, *Inscr. domest.* p. 557, n. XXVII.

(2) *Bull. di arch. crist.* 1876, p. 104.

(3) Victor Vitensis, *De persecut. Vand.* lib. V, cc. IX et X, *P. L.* t. LVIII, col. 246.

verat aetatis annum, cum in lectorem eligebatur; et Gallica quaedam inscriptio haec habet:

SEVERVS LECTOR INNOCENS QVI VIXIT IN PACE ANNIS TREDECE (*sic*) (1)

Nonnulla lectorum Romana epitaphia etiam titulum cui unusquisque erat lector addictus indicant:

MIRAE INNOCENTIAE · ADQ · EXIMIAE
BONITATIS · HIC · REQVIESCIT · LEOPARDVS
LECTOR · DE · PVDENTIANA · QVI · VIXIT
ANN · XXIV · DEP · VIII · KAL · DEC ·
RICOMEDE · ET CLEARCO · CON · (2) (an. 384)

Lector *de Pudentiana,* id est, *tituli Pudentianae* seu *Pudentis.*

+ HIC · REQVIESCIT · IN · PACE · HILARVS
LICTOR (*sic*) TT PVDENTIS
QVI · VIXIT · ANN · PL · M · XXX
DEP CI IDVS · IVL PC ... MABORTI · V · C ·
(Coem. S. Hippolyti, an. 527).

— HIC POSITVS EST PETRVS IIII IDVS
MARTIAS QVI VIXIT ANNIS XVIIII
DEP IN PACE PHILIPPO ET SALIA
COS · DVO FRATRES (an. 348)
VENANTIVS LECTOR DE PALLACINE QVI VIXIT
A · XX · DEP · XII · KAL · SEP · (3)
(Ex Coem. Priscillae).

Titulus *de Pallacina* titulus est S. Marci.

CINNAMIVS OPAS LECIOR (*sic*) TITVLI FASCIOLE AMICVS PAVPERVM QVI VIXIT ANN XLVI MENS VII D VIIII DEPOSIT IN PACE KAL · MART GRATIANO IIII ET MEROBAVDE CONSS (an. 377)
(Mus. Lateran. X, 17).

(1) MILLIN, *Midi de la France*, t. II, p. 106.
(2) DE ROSSI, *Inscr. Christ.* t. I, p. 153, n. 347.
(3) DE ROSSI, loc. cit. p. 62, n. 97.

Titulus *Fasciolae* titulus est Ss. Nerei et Achillei.

Cum egregio Settele, obiter animadvertere libet hoc uno ex monumento verum tituli Fasciolae nomen, quod alii in *Fabiolae* temere mutare conabantur, et summam eius antiquitatem certo constare. Antequam hoc prodiret epitaphium, prima eius tituli mentio nonnisi in tardiore documento occurrebat in actis scilicet Romanae synodi ad diudicandam Symmachi causam anno 499 congregatae, cuius sententiae tres talis tituli presbyteri subscripserunt,[1] dein autem aderat in Felicis III Pontificis historia, cuius patrem *presbyterum de titulo Fasciolae* fuisse liber Pontificalis docet. Postero quidem tempore, alia fragmenta eumdem titulum commemorantia inter ruinas coemeterialis basilicae S. Petronillae reperta sunt; sic hoc cuiusdam Pascentii lectoris pene integrum epigramma:

*Hic quies*CIT PASCENTIVS LECTOR DE FASC*iola*
*qui vixit an*NVS XXI DEPOSITVS IN PAC*e* ...
... CONS DN · HONORIO

Et haec mutila:

... *Ba*SILIVS ... ... FASCIOLAE ...
... *de Fa*SCIOLA ...

(Haec fragmenta in basilica S. Petronillae, via Ardeatina adhuc conspiciuntur).

Quod quidem mirum non est, cum praefata coemeterialis basilica a titulari Ss. Nerei et Achillei ecclesia parum distet, et aliunde sub eius iurisdictione esset.

E quodam in Africa invento lectoris epitaphio coniicere licet, ibi quoque clerum diversis fuisse mansionibus addictum, seu ecclesiasticam provinciam divisam fuisse in regiones.

+ MENA LECT · REG · $\overline{QV}$ ... = Lector regionis quartae vel quintae.[2]

Africanum etiam sed multo antiquius est istud:

DEVSDEDIT || LECTOR || *in* PA*ce*[3]

(1) De Rossi, loc. cit. p. 224, n. 262.
(2) *Corp. inscr. Lat.* t. VIII, nn. 13423, 13881.
(3) De Rossi, *Bull. di arch. crist.* 1884–1885, p. 46.

Recentissimae vero in Ss. Marci et Marcelliani coemeterio fossiones pulcherrimam hanc produxere initii saeculi quarti inscriptionem :

Tab. 83. (Ex WILPERT, *Beiträge* etc. ap. *Römische Quartalschrift* 1908).

Dilectissimo marito anim(a)e dulcissim(a)e Alexio lectori de Fullonices, qui vixit mecum ann. XV iunctus mihi ann. XV virgo ad virgine(m) cuius numquam amaritudinem h(a)bui. Cesque (recessit, quiescit) in pace cum sanctis cum quos (*sic*) mereris.

Dep. VIII X Kal(endas) Ianu(arias).

Haec alia legitur in coemeterio Ss. Petri et Marcellini corio incisa :

OLYMPI
LECTORIS DE
EVSEBII
LOCVS EST (1)

Formula ista *De Eusebii*, titulum indicans Urbanum S. Eusebii ecclesiae in Esquilino monte sitae, hierarchicas inter coemeterium *ad duas lauros* atque titulos regionis III quae Esquilias

(1) ARMELLINI, *Gli antichi cimit. d'Italia*, p. 339. Cf. WILPERT, *Beiträge* etc. ap. *Römische Quartalschrift*, 1908.



Tab. 84. Lectoris de Velabro.

quoque comprehendebat relationes confirmat et illustrat, necnon tituli praefati antiquitatem testatur. (1)

ART. VIII. — **Exorcistae.**

Opinio fuit, multos apud ecclesiasticarum rerum scriptores, ordinem exorcistarum non nisi saeculo quarto institutum fuisse; propterea quod, priscis Ecclesiae temporibus, omnes daemonia eiiciendi potestate fideles pollerent; cui quidem sententiae Tertulliani et Origenis testimonia (2) robur addere videbantur. Sed contra, tertio iam saeculo, clero tamquam ad-

(1) DE ROSSI, *Roma sott.* III, p. 516 et seq.

(2) Tertullianus loquitur quidem de fidelibus qui daemones eiicere poterant, sed exorcistarum ordinem minime excludit: «Edatur hic aliquis sub tribunalibus vestris quem daemone agi constet: iussus a quolibet christiano loqui spiritus, ille tam se daemonem confitebitur de vero, quam alibi Deum de falso. Aeque producatur aliquis ex iis qui de Deo pati existimantur ... nisi se daemones confessi fuerint, Christiano mentiri non audentes; ibidem illius christiani procacissimi sanguinem funditis ...» (*Apol.* c. 23). Etiam Origenes, licet in septimo contra Celsum libro in universum de fidelibus, qui daemones poterant eiicere, loquatur, alibi tamen exorcistas veluti ecclesiasticos commemorat gradus, ut cum dicit: «Si inimica virtus daemonis, ex amaritudinis turma veniens, obsideat alicuius corpus, perturbet ac decipiat mentem, adhibeantur autem

dictos exorcistas habitos fuisse haud est ambiguum; etenim S. Cyprianus pluries in suis scriptis mentionem huius ordinis facit, ut cum dicit: *per exorcistas voce humana et potestate divina flagellari et uri et torqueri diabolum*,[1] vel cum exorcistam inter ceteros gradus commemorat: ... *praesente de clero et exorcista et lectore*.[2] Quod profecto epitaphia comprobant eaque praesertim Romana; nam, licet de quibusdam ex iis disputari possit utrum ad tertium exiens an ad quartum incipiens saeculum pertineant, nihilominus, cum de aetate depositionis agatur, semper aliquot, et aliquando multos ante annos, exorcistas illos quorum afferunt memoriam extitisse admittamus prorsus oportet. Exorcista quippe, exempli gratia, moriens quinquagenarius, potuit iam a viginti et amplius annis munere functus esse suo. Itaque, si eius depositio intra primum saeculi quarti decennium incidat, eum ad munus promotum fuisse ante saeculum quartum dicere necesse est.

Verum enimvero ea quae de tarda exorcistarum institutione a quibusdam allegata est ratio, scilicet Christianorum antiquorum sanctitas, mirae, ut aiunt, efficientiae praemio donata, si apostolica tempora excipias, haud multum valet. Nam, ut misera humanae naturae fert conditio, primo etiam saeculo inter ipsos fideles plura vitia irrepsisse ex Patrum scriptis, heu! compertum habemus. Quid vero de secundo et de tertio praesertim saeculo est dicendum, quando nempe, regnante Commodo vel Alexandro Severo, quando imperante Philippo vel Gallieno, diuturna pax et otium morum ruinam gravius obtulerant! Arguebantur tunc temporis Christiani quod omni viverent licentia, non secus, atque adeo peius, quam ethnici; neque prorsus immerito, nam saeviente Decio ac postea Va-

multae orationes, multa ieiunia, multae exorcistarum invocationes, et ad haec omnia surdus daemon in obsesso corpore permaneat et persistat, tolerabilius ferens exorcistarum poenas ...» etc. Immo paullo post de exorcistarum manuum impositione sermonem habet, quas *super immundos spiritus gravari* dicit *sicut manus Ephrem super Amorrhoeos* (*Hom.* 24 *in Iosue*).

(1) Cypr. *Epist.* LXXVI, 15, *P. L.* t. III, col. 1198.

(2) *Epist.* XVI (*Inter Cyprianicas*), *P. L.* t. IV, col. 276.

leriano turmatim accurrebant ante magistratus idolorum simuacris sacrificaturi. (1)

En autem aliqua exorcistarum epitaphia:

Tab. 85. (Coem. Callisti).

PRIMVS EXORCIST... PETRONIV EXORCISTA
FECIT HELENE M·B·B·IN·P·(2)
(Mus. Later.).

...TATA PALLADIO·EXORC (3)

— CELERI EX‖ORC CVM‖ COMPAR SVA‖
IN PACE (Coem. Callisti).
— MACEDONVS EXORCISTA ... (Coem. Thrasonis).

Alia eiusmodi epitaphia non pauca in Muratorii et Gruteri syllogis invenies.

Art. IX. — Ostiarii et fossores.

Ostiariorum ordo, si iam priscis Ecclesiae temporibus extiterit aliud habuit nomen. Tardius in epitaphiis eius mentio occurrit eaque perrara, sic in museo Augustae Trevirorum inscriptio cuiusdam VRSATIVS VSTIARIVS (sic) asservatur.

Inscriptiones ostiariorum et quidem non parvi momenti e Ierusalem habentur, nempe ostiariorum ecclesiae Sanctae-Sion, quae fuit in loco erecta ubi Domini coenaculum extiterat,

(1) Cf. quae exposui in prima primi voluminis parte, pp. 103–115.
(2) Boldetti, *Osservazioni* etc. p. 415.
(3) Cardinali, *Inscr. Velit.* p. 213.

proindeque ecclesiarum mater erat, cum et Eucharistiae et Pentecostes memoriam servaret:

+ ΜΝΗΜΑ ΔΙΑΦΕΡΟΤΩΝ
ΘΥΡΟΡ..... ΓΙΑССΙΩΝ

id est, ut R. Germer-Durand legit:

Μνῆμα διάφερο(ν) τῶν θυρωρ(ῶν ʿA)γίας Σίων.

Sepulcrum proprium ianitorum Sanctae Sion.

Et deinde ostiariorum ecclesiae S. Sepulcri quae, uti iam dixi, *Sancta-Anastasis* appellata est:

+ ΘΗΚΗΔΙΑ	Θήκη δια-
ΦΕΡΟΥСΑ	φέρουσα
ΘΕΟΔΟΥΛΩ	Θεοδούλω,
ΓΕΝΟΜΕΝΩ	γενομένῳ
ΘΥΡΩΡΩΤΗС	θυρωρῷ τῆς
ΑΓΙΑСΤΟΥΧΥ	ἁγίας τοῦ Χ(ριστο)ῦ
ΑΝΑСΤΑСΕΟС	ʾΑναστάσεως,
ΚΑΙΠΕΤΡΩΘΕ	καὶ Πέτρῳ θε-
ΟСΕΒΣΘΥΡΩΡΩ	οσεβ(έστατῳ) θυρωρῷ
ΤΗСΑΥΤΗСΥΙ	τῆς αὐτῆς υἱ-
ΩΑΥΤΟΥ +	ῷ αὐτοῦ.
ΚΑΙΠΑΝΤΩΝ	Καὶ πάντων
ΤΩΝΔΙΑΦΑΥΤΩ	τῶν διαφ(ερόντων) αὐτῶ(ν).

Sepulcrum proprium Theoduli, qui fuit ostiarius Sanctae Anastaseos Christi, Petri eius filii, piissimi ostiarii eiusdem (ecclesiae), et omnium eorum (carorum). (1)

In Oriente vero ostiariorum ordo paullatim exolevit, relatae tamen inscriptiones saeculo quinto sextove adhuc eum perdurasse testantur.

(1) Cf. *Revue biblique*, an. 1892, pp. 563, 568.

Probabiliter haec etiam, sub mansionarii nomine, de ostiario accipi debet:

L·FAVSTINI QVEM COM
PARAVIT A IVLIO
MANSIONARIO SVB
CONSCIENTIA PRES
BYTERI MARCIANI (1)

Locus Faustini quem comparavit ... sub conscentia (seu sub cautione) presbyteri Marciani.

Ceterum ante pacem Ecclesiae datam, cum basilicae proprie dictae paucae extarent eaeque in Oriente dumtaxat, sed ipsae patriciorum domus *basilicae domesticae,* vel *domus ecclesiae* vocatae, cogendis congregationibus adhiberentur, officium ianitoris ab officio sive ecclesiae sive coemeterii custodis distingui nequibat; unde, ut videtur, custodes seu *aeditui* ostiariorum munere saepe perfungebantur. (2)

Cum inde ab initio saeculi quarti, ne dicam etiam antea, viri a mulieribus separatim per diversas templum ingrederentur portas; non quidem vir, *ostiarius,* ad mulierum ostium stabat, sed mulier; eamque *ostiariam* libenter appellarem, nisi in *Constitutionibus Apostolicis* haec verba legerentur: *Ianitores stent ad introitum virorum custodiendi caussa, diaconissae verum ad mulierum.* (3) De diaconissarum vero institutione atque officiis, etsi breviter, in subsequenti articulo loquar.

Fossores clero aggregatos fuisse non nisi in serioribus documentis reperitur, potissimum in *Chronico Palatino* (saec. VI) ab Angelo Mai edito; ibi enim legitur: « Gradus ecclesiae... septem: ostiarius, fossarius, lector, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus ». (4) S. Hieronymus, in sua quadragesima

(1) MARINI, *Papiri diplom.* p. 301. — Inscriptio litteris paene Damasianis est exarata.

(2) Cf. I vol. parte priore huius operis pp. 422–425.

(3) *Constit. Apost.* lib. VIII, c. 28.

(4) MAI, *Spicil. Rom.* t. IX, p. 133. Cf. DU CANGE, *Gloss. med. latin.* v. *Fossarius*; MARTIGNY, *Dictionn.* art. *Fossores*; DE ROSSI, *Roma sott.* t. III, pp. 533 sq.

nona epistola clericos eos vocat; et, dum bona ecclesiae Cirtae publicabantur (an. 303), fossores, una cum clero, nominati sunt: « sedente Paulo episcopo, Montano et Victore, Deusatelio et Memorio presbyteris, adstante Marte cum Helio et Marte diaconis, Marcuclio, Catullino, Silvano et Caroso subdiaconis, Ianuario, Meraclo, Fructuoso, Miggine, Saturnino, Victore Samsurico et ceteris fossoribus ». (1) Quae quidem verba sufficiunt ut fossores clero adnumeratos, saltem a saeculo tertio, fuisse dignoscamus.

Monumenta quae de fossoribus mentionem faciunt pauca haud sunt; sed, ad epitaphia ipsorum quod attinet, vix unum et alterum hucusque in lucem e Christianis coemeteriis prodierunt. In Romano quodam sarcophago haec legitur inscriptio:

ΛΟΝΓΙΝΩ ‖ ΚΟΠΙΑCΑΝ‖ΤΙ (ἐ)ΙC ΤΑΥΤΑ ‖ ΤΑ ΧΩΡΙΑ ΕΠΕ‖ΓΡΑΦΕΝ ΧΡΥCΗC ‖ Η CΥΜΒΙΟC ΑΥ‖ΤΟΥ = Longino qui laboravit per haec loca, Chrisis eius uxor fecit.

Quod titulus hic Christianus sit patet ex eius cum hoc alio Romano epitaphio similitudine:

☧ (ascia fossoria)
DEBESTVS MONTANARIVS
QVI LABORAVIT PER OMNIVM
CLIMITERIVM · MERITVS FECIT (2)

Notandum est praecipue fossorum mentionem fieri in epitaphiis post Constantiniana tempora, idque quia tunc a fossoribus sepulcrorum loca empta dicuntur, quam quidem rem ante illud tempus evenisse non constat, sive propter ultroneas fidelium elargitiones, sive etiam quia antiquitus fossores aliunde aliqua poterant percipere stipendia.

(1) *Gesta purgationis Caeciliani*, post *Optati opera*, ed. Dupin, p. 168.
(2) De Rossi, *Roma sott.* t. III, pp. 533 sq.

ART. X. — **Diaconissae seu viduae.**

Ut facile intelligitur, plura fuerunt munera sacerdotibus imposita quae convenientius a mulieribus essent implenda, praesertim in baptismi administratione. Ad haec iam inde ab apostolicis temporibus mulieres adhibitae sunt, viduae scilicet unius viri (*viduae*, χῆραι) et aliquando virgines (*virgines canonicae*). De iis S. Paulus loquitur in sua ad Romanos epistola (XVI, 1), et Patres Laodiceae synodi (post annum quidam 341, ante autem annum 384) eas πρεσβύτιδες, id est *seniores* appellant (can. XI). Tempore S. Soteris pontificis (168–176), cum diaconissae quaedam ad nobiliora contenderent cultus officia, ut sunt altare adolere vasaque sacrificii contrectare, a pontifice severe sunt reprehensae famosa illa nempe epistola ad Italiae episcopos data, quae deinde iuris vigesimum tertium canonem: incipientem: *Sacratas*, etc., constituit.(1)

Diaconissarum ordo usque ad sextum circiter saeculum in Occidente perduravit, in Oriente vero mentio eius ad saeculum usque octavum occurrit. Huius autem abolitionis caussa in eo est quaerenda, quod magis in diem mos baptismi adulta recipiendi aetate obsoleverit. Saeculo autem decimo, vel ipsum diaconissarum nomen amplius non agnoscebatur.

Pauca sunt epitaphia quae diaconissae nomen prae se ferunt, eaque seriora; en aliqua exempla:

HIC IN PACE REQVESCIT B · M ·
THEODORA DIACONISSA QVÆ
VIXIT IN SECVLO ANNOS PLM
XLVIII · Q XI · KAL · AVG · V · P · C ·
PAVLINI IVN · V · C · IN · II (2)

idest: *quinto post consulatum Paulini Iunioris, viri clarissimi, indictione secunda* (an. 539).

(1) De diaconissis egregie ZEIGLER tractavit, *De diaconis et diaconissis vet. Eccl.* XIX; sed potissimum consulendus est THOMASSIN, *Discipline de l'Eglise*, I, 1, 52; II, 1, 43.

(2) MURATORI, *Novus thesaur.* p. 424, VI.

DACIANA · DIACONISSA
QVE · V · AN · XXXXV · M · III
ET · FVIT · F · PALMATI COS
ET · SOROR · VICTORINI PRESBR
ET · MVLTA PROPHETAVIT
CVM FLACCA ALVMNA
V · A · XV · DEP · IN · PACE · III · ID · AVG · (1)

Diaconissa haec Daciana, Palmati consulis filia et presbyteri Victorini soror, etiam spiritu fuit prophetico afflata.

Sequens inscriptio, ad quintum potius quam ad quartum pertinens saeculum, in Monte Olivarum inventa, diaconissam quamdam Sophiam alteram vocat Phoeben:

Tab. 86. (Ex *Revue bibl.* 1904).

+ Ἐνθάδε κ(ε)ῖται ἡ δούλη καὶ νύμφη τοῦ Χριστοῦ Σοφία ἡ διάκονος ἡ δευτέρα Φοίβη κοιμηθ(ε)ῖσα ἐν (ε)ἰρήνη τῇ κα' Μαρτίου μηνὸς ἰνδ(ικτιῶνος) ια' ... θητω Κύριος ὁ Θεός ... ισιον πρεσ ...

+ Hic iacet famula et virgo Christi Sophia diaconissa, altera Phoebe, quae in pace obdormivit die vigesimo primo Martii, indictione XI. Deus et Dominus ...

... ΝΗΜ	(Μ)νῆμ
... ΕΝΕΩ	(α) Ἐνέω-
ΝΟΣΝΕΟΙ	νος Νεοι-
ΚΕΤΟΥΕΝ	κέτου ἐν
ΑΥΤΩΝΟΣ	αὐτῷ νοσ-
ΟΚΟΜΙΩ	οκομίῳ
ΔΙΑΚΟΝΙΕ	διακονί(σης)

Sepulcrum Eneonis, Neoiketis (filiae), diaconissae in hoc nosocomio. (Siloe, apud Ierusalem inventa).

(1) Maffei, *Musaeum Veronense*, p. 179.

Votiva quaedam inscriptio basilicae S. Pauli, a Fabretti relata,(1) fratrem exhibet diaconum et sororem diaconissam votum solventes:

DOMETIVS DIAC·
... VNA CVM ANNA
DIAC·EIVS GERMANA HOC VOTVM BEATO PAVLO OPTVLERVNT

Procul dubio, ut iure notat clarissimus Duchesne,(2) de numero diaconissarum fuit quaedam Flavia quae in suo epitaphio, apud Priscillae coemeterium detecto, vidua octoginta quinque annorum dicitur; nam, ut tali aetate mulierem fuisse viduam quasi conspicuum quid et insigne enuntietur, necesse est huiusmodi nomen gradum aliquem significasse:

ΦλάβιΑ . ΑΡΚΑC . ΧΗΡΑ . ΗΤΙC
ἔζησεΝ . ΑΙΤΗ . ΠΕ . ΜΗΤΡΙ .
γλυκυΤΑΤΗ . ΦΛαΒΙΑ . ΘΕΟΦΙΛΑ
δυγάτΗΡ ἐπΟΙΗCΕΝ

Flavia Arcas vidua, quae vixit annos LXXXV. Dulcissimae matri Flavia Theophila filia fecit. (3)

Viduae, sicut et virgines, consecrabantur Deo, unde Deo vivere dicebantur, sicut de Damasi pontificis matre reperimus:

Hic Damasi mater posuit Laure(ntia memb)ra
Quae fuit in terris centum minus (undecim a)nnos
Sexaginta Deo vixit post foe(dera prima)
Progenie quarta vidit quae (laeta nepotes?). (4)

Tab. 87.

(1) Fabretti, *Inscr. antiq.* etc., 758, 639.
(2) *Origines du culte chrét.* p. 342, not. 1. Cf. *Bull. critique*, t. VIII, p. 255.
(3) De Rossi, *Bull. d'arch. crist.* an. 1886, p. 90.
(4) *N. Bull. d'arch. crist.* 1903, tav. III.

Viduae ita consecratae, cum ecclesiasticis quibusdam officiis essent addictae, ab Ecclesia nutriebantur, immo fidelibus, et ab ipsis episcopis singulari et peculiari modo honorabantur, atque in templo videntur sedile habuisse instar cathedrae; quo intelligitur cur in quibusdam viduarum epitaphiis eas sedisse legamus:

— Vidua (fragmentum epitaphii). (1)

— Regine venemerenti filia sua fecit veneregine matri viduae que sedit vidua annos LX et aecclesa (*sic*) nunquam gravavit unibiraque vixit annos LXXX, mesor V, dies XXVI. (2)

Facere bene defunctae, ut apprime notum est, significat *ei* convenienter sepulcrum parare depositionemque sedulo curare. Sed insuper non est praetermittendum hanc viduam univiram dici, quod et alias invenitur, perinde quasi inter Deo consecratas viduas fuissent quae plus semel nupsissent. Certe sicut virginitatem servasse, ita etiam semel tantum nupsisse titulo tunc honoris fuit. Tertullianus tamen univiram debuisse viduam esse ut in ordinem reciperetur, affirmat: « Quantum detrahant fidei, quantum obstrepant sanctitati secundae nuptiae, disciplina Ecclesiae et praescriptio Apostoli declarat; nam digamos non sinit praesidere, cum viduam adlegi in ordinem nisi univiram non concedit: aram enim Dei mundam proponi oportet ». (3)

Formula vero: *Ecclesiam numquam gravavit* indicat viduam illam sibi cibum propriis providisse expensis. Alteram eiusmodi inscriptionem refert P. Marchi:



Tab. 88.

DAFNEN VIDVA·Q·CVN VIX...
ACLESIA NIH·GRAVAVIT A...(4)

Daffini vidua dum vixit nihil oneri ecclesiae fuit.

(1) BOLDETTI, *Osservazioni sopra i cimiteri* etc. p. 452. Cf. FABRETTI, loc. cit. VIII, 1 et MURATORI, loc. cit. p. 1825, n. 11.

(2) MARINI, *Inscr. christ.*, p. 195.

(3) TERTULLIANUS, lib. I *Ad uxorem*, c. 7.

(4) MARCHI, *Monumenti delle arti crist.* p. 98. Egregius hic auctor, post Marini, notat, verbum *gravare* in Vulgatae lectione eodem sensu oc-

Ex instituto quidem Ecclesia viduis providebat, verum et inter viduas distinctio fuit, nam Paulus, ad Timotheum scribens, haec ait: *Si quis habet viduas, subministret illis, et non gravetur Ecclesia: ut iis quae vere viduae sunt sufficiat.* (1)

ART. XI. — **Virgines.**

Ad *virgines canonicas* quod spectat, difficile est eas in epitaphiis secernere a ceteris virginibus, perinde ac etiam de viduis cognoscere arduum est utrum omnes ecclesiasticis addictae fuerint officiis, an electa earum pars solummodo talibus destinata sit muniis.

Sicut legimus in quodam, apud S. Sabinae ecclesiam reperto, epitaphio:

OCTAVIAE · MATRONAE ‖ VIDVAE · DEI (2)

ita innumerae prorsus inscriptiones *virgines Dei et Christi* vel *in Christo* nominant. Duplicem vero virginum fuisse gradum seu classem haud est dubium; probationis enim adhibendae, priusquam firma ac rata consecratio fieret, mos erat, et alioquin tertium Carthaginiense concilium, canone 4, aliaque vel antiquiora testimonia illud supponunt. Hanc differentiam deprehendi etiam in epitaphiis quidam archaeologi putarunt: nam sunt vir-

currere, ita ut haec formula videatur in Ecclesiae disciplina constituta. Instat nempe qui ecclesiasticis muneribus sunt addicti, etsi rite ab ecclesia victum percipere possint, nihilominus ne ecclesia nimis gravetur curent. Et re sane vera, S. Paulus huius moderationi praebuit exemplum, nam pluries in Scriptura legimus: *ne quem vestrum gravaremus – ego vos non gravavi – non ero gravis vobis*, aliaque eiusmodi. Ceterum, licet ex Christi verbis *dignus sit operarius mercede sua*, scimus tamen *apostolos laborasse manibus suis, ne quem gravarent.* Unde et S. Ambrosius in suo *primo Officiorum libro* (c. XXX) illud in memoriam revocare videtur cum dicit: *Sed et si quis ecclesiam nolens gravare in sacerdotio aliquo constitutus aut ministerio* ... etc.

(1) *I ad Tim.* V, 16.

(2) Mus. Later. pila XI, 2. Vide Tab. 87, p. 211.

gines quae vigesimum quintum non transgressae aetatis annum atque *devotantes, vel devotae Deo*, appellantur; et sunt quae annum supra vigesimum quintum agentes *Deo sacratae*, vel *virgines Dei*, vel *Christo dicatae* nuncupantur.[1] Sed non semper hoc cernitur annorum discrimen, et insuper sunt etiam formulae, diversae a supra relatis formulis, duabus tamen classibus communes. Immo, quod strictim intuenti mirum videtur, virgines etiam in epitaphiis numerantur duodecim, decem, quattuor annorum, etiamque iuniores; in quo intelligere forte debemus, a parentibus vel ab ortu infantes puellulas virginitati aliquando consecratas fuisse; unde, etiamsi ipsae, cum ad usum rationis pervenissent, eiusmodi non tenerentur voto, nihilominus, si adhuc infantes mortuae essent, virginum condecorabantur nomine; quod profecto quanti aestimaretur apud priscos Christianos castitatis virtus, luculentissime probat. Specimina inscriptionum virgines varias commemorantium producamus:



Tab. 90.

HIC REQVIESCIT IN PACE FAMVLA DEI REPARATA
SACRA VIRGO QVAE VIXIT ANNIS PL · M · XXX
DP · XXX · KLS · NOVENBRIS · P · CN · BASILII · V · C ·[2]

Haec inscriptio certissime virginis canonicae est; sequentes vero virginibus sacris modo decretorio adscribere nequimus.

— FILIAE · INCOMPARABILI · ‖ CLVS · AELIANETI · CLVS ‖ · ALIANVS · PATET (pater) · AFRANIA · ‖ SABINA · MATR · FEC · VIRGINI IN ☧ DE (in Christo Deo). (Coem. Marci et Marcelliani).

— DOMNAE INCOM*parabili* ‖ *c*ONSTANTIAE VIRG*ini* ‖ *i*N ☧ QVAE VIXIT ANNIS N... *d*IE · VNO (Ibidem).

(1) Cf. De Boissieu, *Inscr. de Lyon*, p. 550; Gazzera, *Iscr. del Piemonte*, pp. 86 et 94; Le Blant, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. I, p. 366.

(2) *Corp. inscr. Lat.* t. X, n. 1351.

— BACCIS DVLCIS ANIMA IN PACE DOMINI QVAE VIXIT ANNOS XV VIRGO DIES LXX *deposita* PRIDIE KALENDAS DECEMBRES PATER FILIE SV*ae* DVLCISSIME (Coem. Callisti).

— PRIE IVN PAVSA‖BET PRAETIOSA ‖ ANNORVM PVLLA ‖ VIRCO XII TANTVM ‖ ANCILLA DEI ET $\overline{XPI}$ ... = Pri(d)ie (kal.) iun., pausabet (*pausavit*) Pretiosa pu(e)lla virgo annorum XII tantum, ancilla Dei et Christi. (Ibidem).

Relatum iam Severi diaconi epitaphium Severae itidem virginis memoriam prodit,

> Quae vixit annos novem et undecim menses
> Quindecim quoque dies.

In Gordiani autem coemeterio sex pene annorum alicuius virginis epitaphium inventum est:

> DORMITIONE ANC · DEI
> OLYMPIATIS · PARENTES
> FILIAE · B · M · F · Q · AN · B · V ·
> M · XI · D · XXI (1)

En alia exempla:

ADVLESCENS INTEGRE CARNIS VIXIT NVMERO IV D · VIII (2)

Inscriptio quaedam coemeterii Cyriacae virginem trium annorum nobis exhibet:

INOFITA · BIR‖GO SVTERES · ‖ IN PACE QVIES‖QVET A☧Ω · PR · A · III

Quiesquet pro *quiescit*, ut iam dictum est, est idiotismus; PR · A · III = *Prae-cessit annorum trium.*

Alia eiusdem aetatis virgo vocata invenitur: HOSTIA DECATA (*sic*) PX = *Christo.*

(1) BOLDETTI, *Osservazioni etc.* p. 467.
(2) S. MAFFEI, *Ant. Gall.* ep. XX, p. 101.

Boldetti virginis unius anni epitaphium refert:

CEPHNIAAA ΠΑΡΘΕΝΟC
ΣΗCACA EN ΙΑΥΤΟΝ ΚΑΙΔΔΙΝΑCΙ (*sic*)
ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΕ ΕΝ·Ι·ΡΗΧΗΤΗΤΙΡΟΙ (*sic*) ΚΑΙ ΙΑΝ(1)

Serenilla virgo quae vixit annum unum et mensem unum, hic iacet in pace. ... kalendas ianuarias.

Alia exempla videre est apud auctores. Ceterum de puellulis, ut arbitror, interpretari quoque debemus eiusmodi formulas:

— ADEO B*re*VIVS VIXIT IN ISECOLO (*sic*) VT SANCTIOR·MIGRARET AD $\overline{dm}$

— ET VITA·BREVI·EXPLEVIT TEMPORA MVLTA

quae quidem libri Sapientiae caput quartum redolent.(2)

Ex quibus omnibus facile colligitur haud absonum esse quod supra protuli, virgunculas nempe adhuc infantes Deo fuisse oblatas, de infantium scilicet virginitatis consecratione, quodque ceterum serioribus confirmatur documentis; namque scimus sanctum Hieronymum virgines debuisse adhuc parvulas instruere, quod quidem difficile onus esse ipse fatebatur: « Causa difficilis, ait, parvulae scribere quae non intelligit quid loquaris »;(3) de Paula vero loquens, ait: « Prius Christo consecrata est quam genita ».(4)

In virginum vero rite consecratarum epitaphiis formulae sunt pulcherrimae ad velum, ad thorum, ad coelestem Sponsum, ad virginitatis praemium respicientes. Sic de virginibus Ampelia et Flavia legimus:

INSIGNEIS ANIMO CASTAE VELAMINE SANCTO
CRINIBVS IMPOSITO COELVM PETIERE SORORES(5)

(1) BOLDETTI, *Osservazioni sui sacri cimiteri* etc. p. 365.

(2) Cf. praesertim WILPERT, *Die Gotteweihten Jungfrauen.*

(3) S. HIERONYMI *Ep.* CXXVIII *ad Gaudentium*, n. 1.

(4) S. HIERONYMI *Ep.* CVII *ad Laetam*, n. 3. Cf. egregium Thomassin iam relatum opus, necnon recens cardinalis Rampolla studium: *S. Melania Giuniore, Senatrice romana*, pp. 152–160.

(5) WILPERT, *Die Gottgeweihten Jungfrauen*, p. 21.

Hic subsequentium inscriptionum prima, alias iam supra relata, illa S. Petri revocat in mentem verba: « Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronam »: (1)

— CASTVLA PVELLA ANN XL · VIII · REDD VI IDVS · MARTIAS · PROPERANS · KASTITATIS · SVMERE · PREMIA · DIGNA · MERVIT · IMMARCESCIBILE*m* · CORONA*m* PERSEVERANTIBVS · TRIBVET · DEVS GRATIA*m* · IN PACE (2)

— HOC IACET IN TVMVLO SACRATA
GEORGIA CHRISTI ET DIVOTA
BONIS MENTE FIDE MERITO
OB QVAM MAGNA PATREM
PREMERET CVM TVRBA
PROCORVM ILLA DEVM
LEGIT FELICIORE TORO (3)

— PVELLA $\overline{\text{DI}}$ HILARITAS OMNIB · DIEB ·
VITAE · SVAE · $\overline{\text{DM}}$ · COLVIT · ET · OMNI · ACTV ·
SALVATORIS · $\overline{\text{DNI}}$ · PRAECEPTA SERVAVIT (4)

— (FLORENTIA VIRGO $\overline{\text{XPI}}$) OBDORMI
VIT · IN PACE IESV · QVEM DILE
XIT . . . . . (5)

Ante pacem Ecclesiae datam, virgines sacrae apud parentes vivebant; saeculo autem quarto coeperunt simul degere, monachorum more, idque primum in Oriente; qui mos ita cito per Occidentales se extendit regiones, ut ante quarti saeculi finem, ubique terrarum, non minus quam monachorum, monasteria cernebantur virginum.

(1) I Petri, V, 4.
(2) *Corpus inscr. lat.* VIII, n. 2051.
(3) Le Blant, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. II, n. 560, p. 329.
(4) Le Blant, loc. cit. t. I, n. 258, p. 366.
(5) Hübner, *Inscr. Hispan.* 21.

Romae, virginum monasterium in Agro Verano videtur fuisse, illud fortasse quod S. Marcella, S. Ambrosii propinqua, instituit. Ibi enim plures saeculi IV virginum inscriptiones repertae sunt; et licet Marcellae domus in monte Aventino esset, nihilominus, teste Hieronymo, Marcellae monasterium in agro extitit, ait enim: *Suburbanus ager vobis pro monasterio fuit.* (1)



Quaedam Africana inscriptio, in ruinis cuiusdam ecclesiae reperta, mentionem de cancellis facit, retro quos, procul dubio, sicut in Mediolanensi dioecesi moris erat, virgines officio divino assistebant: *Virginum canc(elli) B(onis) B(ene)* (2). En plures sanctimonialium inscriptiones:

— HIC QVESCIT IN PAC*e* ‖ SANCTA *aBba*TISSA IOHANN ‖ SERMENSES QVI BIXIT ANN*os* ... (3)

— IN HOC TVMVLO SITA EST TILLISIOLA ABBATISSA
QVE NOMINIS SVI DECVS VITA FACTISQVE SERVABIT
CHISTIGENAQ MARIAM MENTE SECTATA FIDELI
VIRGO VIRGINIBVS SACRIS QVADRAGINTA PRAEFVIT ANNIS
VIXIT · ANN · LXX · DP · EIVS · VII · ID · APRL · IND · VIII · (4)

— ... IN ELEMOSINIS OMNINO
PRVMTA MEMORIIS ET ORATIONIBVS
SCRM VALDE DEVOTA REGOLAS MONAS
TIRII INSTANTISSIME OBSERVANS

+ IN DEO V*ivas* ‖ CASTIMO*nia*‖LIS VICT*oria* (5)

(1) Cf. *Bull. di arch. crist.* an. 1863, pp. 73–80. — Aliud ancillarum Dei monasterium Romae apud Ostiensem basilicam floruit, in cuius claustro hodieque plures sanctimonialium saeculi quinti cernuntur epitaphia. Cf. I. SCHUSTER ap. *Nuovo Bull. di arch. crist.* 1904, pp. 189–192.

(2) POULLE, ap. *Recueil* de Constantine, t. XXV, p. 412; cf. AMBROSIUS, *De lapsu virginum*, c. VI, n. 24, *P. L.* t. XVI, col. 390.

(3) BULIC, *Inscr. musei Salonitani*, n. 17, p. 265.

(4) WILPERT, *Die Gottgeweihten Jungfrauen*, p. 38.

(5) WILPERT, loc. cit. p. 21. Cf. seq.

— ... EVSEBIA ... IN SECVLO AB HENEVNTE ‖ ETATE SVA VIXIT ‖ SECOLARES ANNVS XIIII ‖ ET VBI A D̄Ō ELECTA EST ‖ IN MONASTE S̄CS̄ CVRICI ‖ SERVIVIT ANNVS QVINQVAGENTA ... (1)

— NEMINEM VEBERE MO‖TI ME INVI... E‖OD LABOR ‖ H̄ IN ΑꝑΩ RES‖VRGES E... ‖ CASTHE SANIIMONIALE V‖IXIT ANIS XXX ϛ = Neminem debere mo(r)ti m(eae) invide(n)do labor(are). Et (tu) in (Christo) resurges. Eg(o) Casthe (= *casta*) sanctimoniale (*is*) v(i)xit annis XXXVI. (2)

— BEBIA SATVRNINA EXEMPLVM SANCTIMONIA(LIS) ... RELIGIOSE PIE CASTEQVE VIX·ANN XX MEN(SES) X (DIES) XVI ... (3)

Nonnunquam etiam virgines consecratae *Ancillae domini* sunt nuncupatae; quae denominatio, saeculo circiter septimo, propria virginum sanctimonialium fuit, ut patet ex vitis pontificum Gregorii I, Pascalis I, Leonis IV et ex aliis ecclesiasticis scriptis non paucis. De hoc autem vovabulo prout sanctimoniales non significat, iterum erit loquendum. De virginibus aliunde non parva picturarum studio lux nobis subministrabitur.

Verum enimvero virginitatis candidus ille flos, e Christi doctrina exorsus, non solum puellarum, sed interdum iuvenum virorumque corda allicere visus est: famosi illi sunt Damasiani versus in pontificum hypogeo inscripti:

> Hic iuvenes puerique senes castique nepotes
> Quis mage virgineum placuit retinere pudorem.

In catacumbis autem virorum epitaphia quandoque occurrunt virginum insignitorum nomine:

KITE BIKTOR KATHXOYMENOC EITON EIKOCI · ΠΑΡΘΕΝΟC ΔΟΥΛΟΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΕΙΗCOY ☧

(Hic) iacet Victor catechumenus, virgo annorum viginti, servus Domini Iesu Christi. (4)

(1) LE BLANT, *Inscr. chrèt. de la Gaule*, II, n. 54, p. 301.
(2) *Corp. inscr. Lat.* t. VIII, n. 10689.
(3) *Corp. inscr. Lat.* t. VIII, n. 78.
(4) MARUCCHI ap. *Gli studi in Italia*, an. VI, t. II, p. 216.

— PONTIVS ATENAGORA QVI VIXIT AN · XXII VIRGO (Coem. Callisti).

Tab. 91. (Mus. Later. pila XI, n. 24).

Inscriptiones istae mirifice textum Tertulliani quemdam illustrant, quem tamen nullius quidam Lutheriani seu Calvinistae arbitrabantur momenti, quia Africanum auctorem, cum in augendo intemperantior fuerit, propriam quidem opinionem, non autem veram, communem praxique respondentem sententiam tulisse aiebant. Sed Tertulliani verba, quae adducere huc oportet, epitaphiis prorsus confirmantur: « Quot sunt, ait, qui statim a lavacro carnem suam obsignant! Quot item qui, consensu pari, inter se matrimoni debitum tollunt, voluntarii spadones pro cupiditate regni caelestis! » (1)



Tab. 92.

Ceterum, apud historiam, inauditum haud fuit exemplum coniugum qui ut frater et soror simul conviverent. Cui fortasse rei inscriptiones illae congruunt quae uxorem *inlibatam, intactam, immaculatam* vixisse cum Virginio, id est cum viro suo praedicant. (2)

Ad coniuges ita virginitatem professos Ravennatis haec forsan inscriptio pertinet:

MeMoriae || VALERIaE MARIaE Marcus VALERIVS EPAGATHVS CONSERVaE SORORI ET CONIVGI QVA CVA (= quacum) VIXIT ANnos XXXVIII Virginius Virginiae POSuit (3)

(1) TERTULL. *Ad uxorem*, lib. I, c. 6.
(2) DE ROSSI, *Roma sott.* t. I, p. 328.
(3) *Bull. di arch. crist.* 1879, tab. VIII, n. 1.

Quod hic de duobus Christianis coniugibus agatur dubitandum non videtur; praeter enim inscriptionis verba, in titulo insculpti cernuntur duo pisces qui Tertulliani illud revocant in mentem: *sed nos pisciculi secundum* Ἰχθύν *nostrum*; deinde adest circulo praecinctum Christi monogramma ☧ Ιησοῦς Χριστός. Sunt et litterae M M quae, licet non desint aliquando in ethnicis epitaphiis, nihilominus hic locum siglarum *D(is) M(anibus)* occupant. *Conservus* autem vox non raro apud Christianos scriptores reperitur, necnon in epitaphiis; sic S. Hieronymus Terasiam his verbis salutat apud Paulinum: *Terasiam sanctam tuam conservam tecum in Domino militantem*; (1) et Paulinus, ad Severum scribens (Ep. 31), Terasiam suam *conservam communem* appellat. Item Portuensis cuiusdam Christiani sarcophagus hunc prae se titulum fert:

PLOTIVS TERTIVS ET FAVSTINA CONSERVI DEI FECERVN*t* SIBI IN PACE X (= Xristi).

et in Catanensi quodam epitaphio mulier *conserva in Christo* vocatur:

CYNΔOYΛH EN XPΩ (2)

Sed quod mihi maxime Christianum illum demonstrat esse titulum, ius est trium nominum a Valerio adhibitum. Hoc enim solummodo civibus ingenuis competebat: Marcus Valerius Epagathus libertus, ut videtur, esse nequivit, multoque minus servus; proindeque nonnisi de coniugibus Christianis epitaphium est interpretandum, quippe qui pietatis tantum in-

(1) Hieron. *Ep.* 49 *ad Paulinum.* — « S. Jérôme », ait Martigny in nota ad loc. cit., « fait ici allusion au passage de l'épître de S. Paul aux Philippiens (II, 25) où l'Apôtre appelle Epaphrodite ἀδελφὸν καὶ συνεργον καὶ συνστρατιώτην, *fratrem et cooperatorem et commilitonem.* C'est ainsi que les époux chrétiens furent aussi nommés *conlaborantes*, *conlaborones*, *conlaboronii*, vocable employé également dans des épigraphes d'époux juifs » (Cf. Lumbroso ap. *Bull. dell'Ist. di corrisp. arch.* 1876, p. 67; De Rossi, *Roma sott.* t. III, p. 538).

(2) Cf. De Rossi, *Bull.* 1879, pp. 105–114; Tortemuza, *Inscr. Sicl.* p. 260, n. XV.

tuitu se erga Deum *conservos* dicere potuerint. Idque etiam, ut apprime videtur, aliunde constaret si non, ut stela profert, *Valerie Marie M(arcus) Valerius*, sed, ut De Rossi et Armellini putaverunt,[1] *Valerie Mariem Valerius* esset legendum, seu scilicet si liberti coniuges illi essent arbitrandi.

Sed praeter hoc, nisi de Christianis, qui virginitatem in coniugio servaverunt, titulus accipiatur, obscurum et absonum prorsus evadit illud: *sorori et coniugi*; dum e contra non desunt eiusmodi formulae apud antiquos Ecclesiae scriptores. Sic uxor episcopi Ravennatensis Severi dicta est *in sororem conversa*; item de Terasia, quae *de coniuge soror Paulini facta* est;[2] et in quodam coemeterii Priscillae epitaphio legimus:

OCTAVIAE CONIVGI
*castis*SIMAE CONSERVA*e*
... CES B*en*EMERENTI FECI*t*
PAX · TIBI OCTAVIA IN P*ace*[3]

Superest ut de significatione vocabuli *virginii* seu *virginiae*, quod in supra relatis interdum et in aliis haud raro occurrit epitaphiis, obiter verbum faciam. Virginius atqui dicebatur coniux a virginitate, id est qui, nequaquam ullo antea connubio usus, matrimonium solummodo illud de quo fiebat mentio contraxerat.

Haec omnia nonnullis legentibus supervacua fortasse videbuntur, attamen, praeter quod Christianam singularis huius inscriptionis indolem ostendunt, novam aliquatenus priscorum circa coniugia fidelium notionem adducunt. De vocibus autem *servi, famuli, ancillae* mox erit disserendum.

Praeter recensitos gradus, alii extitisse non videntur ordines qui proprie ac canonice statum clericorum constituerint. *Notarii* enim, *scriptores, exceptores, hermeneutae, librarii*, si aliquando

(1) De Rossi, loc. cit.; Armellini, *Lez. di arch. crist.* p. 372.

(2) Idatius, *Chron.* ap. Roncalli, *Vet. Lat. Chron.* II, p. 22.

(3) Catanae haec pulcherrima reperta est formula: **ΜΕΤΑ ΤΗΣ ΕΝ ΧΡΩ ΣΥΝΒΟΥΛΗΣΜΟΥ**, *cum mea conserva in Christo.*

ecclesiis addicti sunt, clerici tantum fuere quibusdam adventitiis muniis fungentes, sicuti clericis quandoque adnumerati eo sensu apparent *mansionarii, parabolani, martyriarii, cubicularii, draconarii, paramonarii, staurophori, staurophilaces, scevophilaces* aliique; quarum vocum interpretationes apud lexica de ecclesiasticis disciplinis tractantia abunde habes.

Haec sunt epigraphica praecipua documenta ad nonnullas dogmatum notitias ecclesiasticamque hierarchiam attinentia: in corpus veluti quoddam coalescunt argumentorum non certe novum, parum vero cognitum, minusque etiam hucusque adhibitum. Dixi praecipua, nam idem prorsus et alia inscriptionum genera praebent, ut ex mox proponendis exemplis luculenter patebit. His insuper omnibus addenda, in altero voluminis libro erunt, quae nobis depicta sculptaque monumenta praebent; necnon cum istis aliqua in epitaphiis descripta signa explicabuntur. Nunc vero de ceteris inscriptionum familiis, de Damasianis carminibus, de inscriptionibus muris incisis, deque laterum doliorumque sigillis dicere oportet, quo praesens opus perfectius ex instituto evadat.

Tab. 93.

CAPUT V.

De epitaphiis cognationem et familiam respicientibus.

ART. I. — **Inscriptionum cognatos designantium indoles. De Christianorum coniugio quidnam apud epitaphia.**

Apud Romanos, *cognatio* ex parentibus ac propinquis constabat; *familia* autem, latiori sensu adhibito, insuper et servos et libertos complectebatur. Innumerae, ut natura rei fert, extant inscriptiones quae varios cognationis gradus nexusque commemorant, patris scilicet matrisve, sororis vel fratris, coniugis aut uxoris nomina prae se ferentes; nec plerumque, sub hoc adspectu, quidnam magni momenti exhibent. Si vero ad indolem horum epitaphiorum attendas, magna est, ut iam innui, distinctio facienda inter ea quae ad tria prisca saecula pertinent, atque ea quae postea sequuntur. Priora brevia sunt, fidem redolent affectusque sane ac pie ordinatos. Posteriora non raro prolixa, affectibus redundant qui ex sensibus et naturali aestimatione, potius quam e spiritu et superna virtute, profluant; licet et in his non desint interdum relligiosi affectus. En utriusque aetatis exempla:

KAR KYRIACO
FIL*io* DVLCISSIMO
VIBAS N SPIRITO SA*ncto*
(Coem. Callisti. Vide Tab. 32, p. 75).

GABINIA GAVDENTIA H·F·IN
QVA FVIT INIMITABILIS
CASTITAS INPROBISSIMA
VERECVNDIA INCOMPARABI
LIS INNOCENTIA PERPETVA
QVIESCIT IN PACE QVIXIT
ANN·XVIII·M·XI D·XXI
VARIVS VICTOR CONIVGI B·M·
D XII·KAL·AVG·(1)

(1) Haec laudum intemperantia verborumque quasi ampullae in epitaphiis quarti et posteriorum saeculorum ita sunt crebrae et repetitae, ut, non minus quam hodierna epitaphia, prorsus taedio afficiant legentes. In citato

BACCIS DVLCIS ANIMA
IN PACE DOMINI QVAE VIXIT
. . . . . .

(Coem. Callisti).

D·M·S·TANNONIA·ANNI
BONIA·CONIVX·DULCISSI
MA·ET·RARISSIMA·INCOMPA
RABILIS·FEMINA·CASTITATIS
ET·FRVGALITATIS·ET·PVDICI
TIAE·ET·DISCIPLINAE·ET
OMNIVM·BONORVM·EXEM
PLVM·VIX·ANN·XXXII·ET·
HIC·CVM·SVA·SOCRV·SIMI
LI·CASV·EREPTA·BENE·QVIES
cit. . . . . VS·VICTORICVS
. . . . . CITO DESE . . . . . (1)

Aliunde in hoc potissimum Christiana huiusce generis epitaphia ethnicis praestare dicenda sunt, quod careant formulis inordinationes vitae et vitia significantibus: sic numquam in ipsis vox inhonesta occurrit, aut formula pravos mores sensusque expromens; dum e contra inhonesta et obscoena ista quae Romanum ius et civilis consuetudo aut minime aut parum nimis coercebat, turpes videlicet in iuvenes servosque libidines, meretricium concubinatusque nonnunquam in aliis inscriptionibus nominata cernuntur.

In Christianis autem epitaphiis apparet quidem novus societatis ordo in quo fratris nomine unusquisque vocatur, servorum libertorumque nomina abolita sunt, necnon virginitas maximi habetur; sed ista ad relligionem attinent, cuius virtute fiebant. Affectus vero familiares, qui certe multo puriores erant apud Christianos quam apud ethnicos, non tamen ita diversi apparent in epitaphiis, si formulas quasdam excipias alumnos, ut infra videbimus, commemorantes.

In hoc igitur non est ultra id quod res patitur interpretationibus excedendum. Deducere, exempli gratia, argumentum quoddam de Christianorum matrimonii indissolubilitate ex eo

exemplo de virgine agitur, sed eaedem voces *incomparabilis*, *castissima*, *innocentissima*, *inimitabilis*, aliaeque perinde ac *mirae pudicitiae*, *dulcissima*, *integra*, *verecunda* etc. etiam coniugibus defunctis tribuebantur: hoc patet secundo exemplo hic in textu relato.

(1) *Nuovo Bull. di arch. crist.* 1907, p. 332.

quod plura epitaphia coniuges quosdam praedicent simul, *sine ulla discordia*, vel *sine querela* plures per annos vixisse, quanquam quidam praeteritae aetatis auctores sic ratiocinari haud dubitaverint, hoc sane est lectorum ignorantia abuti. Etenim, non raro apud ethnica epitaphia idem legimus; immo sunt aliquando huiusmodi exempla quae Christianis formulis haud scio an praecellere non dicam; ita haec inscriptio, apud viam Appiam inventa:

DIS · MANIBVS · MEVIAE · SOPHES
C · MAENIVS · CIMBER · CONIVGI · SANCTISSIMAE
ET · CONSERVATRICI · DESIDERIO · SPIRITVS · MEI
QVAE · VIXIT · MECVM · AN · XIIX · MENSES · III · DIES · XIII
QVOD · VIXI · CUM · EA · SINE · QVERELLA
NAM · NVNC · QVEROR · APVT · MANES · EIVS · ET · FLAGITO
DITEM · AVT · ET · ME · REDDITE · CONIVGI · MEAE · QVAE
MECVM · VIXIT · TAN · CONCORDE · AD · FATALEM · DIEM
MEVIA · SOPHE · IMPETRA · SI · QVAE · SVNT · MANES · NI
TAM · SCELESTVM · DISCIDIVM · EXPERGISCAR · DIVTIVS
HOSPES · ITA · POST · OBITVM · SIT · TIBI · TERRA · LEVIS · VT · TV
HIC · NIHIL · LAESERIS · AVT · SI · QVIS · LAESERIT · NEC · SVPERIS
COMPROBETVR · NEC · INFERI · RECIPIANT · ET · SIT · EI · TERRA · GRAVIS (1)

En alia exempla:

Ita peto vos, M(*an*)ES *sanctissimi, commendatum habeatis meum* CO(*niuge*)M *et vellitis hunc indulgentissimi esse horis nocturnis ut eum videam.* (2) — *Cuius dolorem accepit nullum nisi mortis eius.* (3) — *Optans ut ipsa sibi potius superstes fuisset, quam se sibi superstitem reliquisset.* (4)

Eiusmodi ethnicae inscriptiones pene innumerae extant.

Nota sunt denique verba quibus Statius poeta Abascanti animum de amatissimae uxoris Priscillae morte consolari conabatur: *Uxorem vivam amare voluptas est, defunctam religio.*

(1) HENZEN, n. 7383. Istis quasi respondent haec alius cuiusdam inscriptionis verba: *Igitur, domine Oppi, marite, ne doleas mei quod praecessi; sustineo in aeterno toro adventum tuum* (cf. vol. I, pars prior, p. 286).

(2) *Corp. inscr. Lat.* t. VI, n. 18817.

(3) *Corp. inscr. Lat.* t. X, n. 4787.

(4) *Corp. inscr. Lat.* t. VI, n. 16735.

Haec prorsus naturae humanae sunt, unde saepe ethnici cum minus ordinatis, tum vehementioribus affectibus quam Christiani afficiebantur; et alioquin etiam hodie idem videmus, namque vel impios, quantumvis in Deum ingratos ac infensos, parentes, coniuges filiosque suos generatim haud amare quis dicet?

Nihilominus, ad matrimonium Christianorum quod pertinet, non inutilia notatu veniunt quaedam paullo tardioris aetatis epitaphia ab auctoribus adduci solita:

QVOS PARIBVS MERITIS IVNXIT MATRIMONIO DVLCI
OMNIPOTENS DOMINVS TVMVLVS CVSTODIT IN AEVVM
CATERVI SEVERINA TIBI CONIVNCTA LAETATVR
SVRGATIS PARITER CHRISTO PRAESTANTE BEATI
QVOS DEI SACERDOS PROBIANVS LAVIT ET VNXIT
(Inscriptio sarcophagi Tolentinatis).

Iam de ultimo versu sermo habitus est (p. 164); in ceteris clarissime laudatur connubii sanctitas, utpote Deum auctorem habentis, neque dubium est verba Domini illa epitaphium respicere: « Quos Deus coniunxit homo non separet ».[1]

Alia vero, Romana quidem, inscriptio Geneseos respicit textum hunc, quo mulieris narratur creatio (II, 21): « Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam; cumque obdormisset, tulit unam de costis eius et replevit carnem pro ea; et aedificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam, in mulierem et adduxit eam ad Adam ». En illud epitaphium, ubi ad vicem verbi *uxoris* vocabulum *costa* usurpatum est:

VISCILIVS NICENI COSTAE SVAE
QVAE FVIT · ANNOR · P · M · XXXI · EX QVIBVS
DVRABIT MECVM ANNOS XV FECI IN SE
SI EO DONO · SIM · EXIBIT DE SAECVLO
VI · IDVS · IVL · MAMERTINO · ET · NEVITA
(An. 362).[2]

(1) MATTH. IX, 6.

(2) DE ROSSI, *Inscr. Christ.* t. I, n. 151. Notat De Rossi, hoc unicum talis appellationis exemplum esse epigraphicum; sed in scriptis Gregorii Nazianzeni bis inveniri (MURATORI, *Anecd. Graec.* pp. 38-39).

I. B. De Rossi lineam tertiam ac quartam epitaphii huius ita legit, quasi dicatur: *Ego feci in semet annos XV, si eo dono dignus fueram.* Ex formula vero *in semet* (*insimul, inter se*) italica vox *insieme* provenit.

Huc quoque faciunt epitaphia illa, in quibus, ut supra vidimus, coniuges appellantur conservi: *Mariae Valeriae M. Valerius Epagathus conservae, sorori et coniugi, quacum vixit annos XXXVIII, Virginius Virginiae posuit.*

Epitaphia eiusmodi per se indissolubile esse matrimonium explicite non indicant; sed si cum Tertulliani quibusdam verbis conferantur, matrimonii indissolubilitatis testimonia forsan quodammodo evadunt. En Africani doctoris verba: « Unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem eius matrimonii quod Ecclesia conciliat, Pater rato habet? Quale iugum fidelium duorum unius spei, unius voti, unius disciplinae, *eiusdem servitutis? Ambo fratres, ambo conservi*, nulla spiritus carnisque discretio ». (1)

Filii, antequam rationis compotes essent, a parentibus Deo quandoque offerebantur; quod tamen sero in usum venisse videtur, idest cum monastica vita instituta iam fuit.

Sic Paulinus Nolanus de Asterio Turcii Aproniani filio ait:

> Infantem Christo constituere sacrum,
> Ut, tamquam Samuel primis signatus ab annis,
> Cresceret in sanctis votus alente Deo. (2)

Pulcherrima musei Lateranensis inscriptio, in qua puer quidam octo annorum *nutricatus* dicitur *Deo Christo et martiribus*, hunc videtur usum respicere (Tab. 47, p. 110).

Numisma quoddam saeculi quarti, ex eorum genere quae, uti erat mos, parvulorum Deo oblatorum collo appendebantur, in uno latere exhibet aram, cui accedit vir calicem praebens, eumque parvulus sequitur, cuius nomen inscriptum legitur: GAVDENTIANVS. In altero autem latere Abrahae sacrificium repraesentatur, nomenque patris, super eius capite inscriptum, videtur: VRBICVS. Scimus autem moris fuisse Romae,

(1) TERTULL. *Ad uxor.* c. 8.
(2) S. PAULIN. NOLAN. *Nat. S. Felicis*, XIII, vv. 261–263.

ut nobilium infantes ante S. Laurentii altare offerendi praesentarentur;[1] qui quidem mos et apud S. Benedicti monachos viguit, nam legimus in huius *Regula*: « Si quis forte de nobi-

Tab. 95.

Tab. 96.

libus offert filium suo Deo in monasterio, si ipse puer minori aetate est, parentes eius faciant petitionem quam supra diximus. Et cum oblatione, ipsam petitionem et manum pueri involvant in palla altaris, et sic eum offerant ».[2]

ART. II. — **De servis, de libertis, de alumnis.**

Romanum ius duo tantum hominum agnoscebat classes, liberorum scilicet ac servorum; liberi autem in ingenuos et libertos distinguebantur, nempe in eos qui liberi atque ex liberis parentibus nati erant, et in eos qui, cum servi aliquamdiu extitissent, libertate donati fuerant. Numquam de libertis mentio deerat in ethnicis epitaphiis; non loquor de servis, quorum vel cadavera erant arbitrio dominorum obnoxia, ac solito ad infames Esquilini puticulos destinata. Apud Christianos vero, licet unicuique fideli integrum esset sibi parare ipsis in catacumbis nobilissimum atque distinctum a ceteris sepulcrum, quasi numquam tamen in epitaphiis libertorum, nedum servorum, cer-

(1) PRUDENTIUS, *Peristephanon*, III, vv. 527-528. — Sunt qui in relato numismate Moisem repraesentatum dicant rupem percutientem (*Bull.* 1908, p. 238).

(2) *Regula S. P. Benedicti*, c. LIX. De hoc argumento amplius qui cupiat scire, M. ARMELLINI adeat (*Lezioni di arch. crist.* pp. 375-378).

nitur indicatio, a qua Christiani summe abhorruerunt.[1] Quod si qua perrara, non autem eadem forma expressa, inveniatur libertorum obiter mentio, hoc ideo est quod ipsi liberti, cum optimis fecerint patronis epitaphium, in eo seipsos libertos esse commemoraverunt. Quod profecto eorum gratum prodit animum erga illos a quibus libertate fuerant donati. Exempli gratia:

MARCIE RVFINE DIGNE PATRONE
SECVNDVS LIBERTVS FECIT
(Coem. Callisti).

Tunc autem magis liberti beneficii libertatis erant memores, illudque patronorum titulis ad consignandum propensi, cum in extremo vitae eorum fuerant manumissi; atque scimus morem invaluisse primaevos inter Christianos sibi apud aeternum Iudicem consulendi per servorum manumissionem.

De diversis manumittendi modis verbum non faciam, eos apud auctores, necnon in epitomen redactos apud Dom. Cabrol invenies.[2] Hic solummodo notandum duco Constantinum instituisse ut etiam Ecclesiae auctoritate et adstante populo Christiano, legalis posset fieri manumissio, scilicet *in sacrosanctis* ut dicebatur *ecclesiis*. Documentum autem quoddam ecclesiasticum redigebatur quod pro *instrumento manumissionis* habebatur; et sicut episcopus iudicis, ita fideles populi civitatis tenebant locum. Cui certo rei illa Augustini verba respondent: « Servum tuum manumittendum manu ducis in ecclesiam. Fit silentium; libellus tuus recitatur, aut fit desiderii tui prosecutio. Dicis te servum manumittere, quod tibi in omnibus servaverit fidem. Hoc diligis, hoc honoras, hoc donas praemio libertatis ».[3] Sic in primo aditu ecclesiae Herbanensis haec olim legebatur inscriptio:

EX BENEFICIO S+ PER IOANNEM EPISCOPVM ET PER ALBERTVM S+ CASANATVM FACTVS EST LIBER LEMTBERTVS TESTE HAC SANCTA ECCLESIA (Cf. M. Fournier, *Essai*, p. 79).

(1) Cf. S. Aug. *Serm.* XXI, 6, *P. L.* t. XXXVIII, col. 145.
(2) Dom Cabrol, *Diction. d'arch. chrét.* art. *Affranchissement.*
(3) S. Aug. loc. cit.

Anno 321, Constantinus etiam clericis ius tribuit servos proprios liberandi ac civitate donandi absque fidelium interventione, et sine solemnitate. Quoddam anni 354 manuscriptum in alta Aegypto inventum formulas tradit instrumenti in servorum liberatione adhibiti:

'Ομολογῶ ἑκουσίως καὶ αὐθαιρέτως καὶ ἀμετανοήτως ἀφικέναι ὑμᾶς ἐλευθέρους... κατ' εὐσεβίαν τοῦ πανελεήμονος Θεοῦ... καὶ ἀνθ' ὧν ἐνεδείξωσθε μοὶ κατὰ χρόνον εὐνοίας καὶ στοργῆς ἔτι τε καὶ ὑπηρεσίας ... καὶ μὴ ἐξέσται δὲ μεδενί τῶν ἐμῶν κληρονόμων ἅπαξ ἁπλῶς ἀντιλέγειν μου ταύτῃ τῇ εὐσεβείᾳ περὶ μηδενὸς κατὰ μηδένα τροπον.

Ego libenter, mea sponte et voluntate, declaro vos in libertate a me esse constitutos, propter pietatem erga Deum misericordiae plenum, ... propter optimam vestram erga me semper voluntatem affectus et officia; ... neque cuiquam ex haeredibus meis integrum sit huic pietatis actui repugnare contra quemlibet vestrum, quocumque modo. (1)

En iam aliqua epigraphica exempla:

HIC REQV*iescit*
VIR VENER*abilis Manne*
LEVBVS QVI VIXIT AN *LX*
MENSIS VI DIES XIII IN VMA*ni*
TATE ET BONITATE MORI
BVS ET CONVERSATIONE
CLARVS OBIIT IN PACE DIE
III IDVS FEBRVARIAS BOETIO
VERO CLARISSIMV CONSVLE
RELIQVIT LIBERTVS ID EST
SCVPILIONE
GERONTIVM
BALDAREDVM
LEVVERA
OROVELDA IDELONE

(Viennae in Gallia inventum).

. . . . . .
HIC RELIQVIT
LEVERTO PVERO
NOMINE MANNONE
PRO REDEMPTIONEM
ANIMAE SUAE

(Ibidem).

Ut perspicuum est, hic de testamentariis agitur mandatis extremo vitae tempore statutis; necnon in secunda inscriptione

(1) P. Foucart, *Mém. sur l'affranch. des esclaves* etc., p. 419 sq.

finis a patrono expetitus, scilicet animae suae redemptio, satis apparet.

Saepius autem manumissio a cognatis defuncti fiebat, sicut a cognatis rogabatur pro defuncti animae refrigerio. En exemplum, Romae inventum, in quo dicuntur parentes, sua emortua filiola, septem manumisisse servos:

SECVNDVS · ET · RVFINA · FILIAE · DVLCISSIME · HVNC
VNVS · SCRITVRA INTRAN · NOS · VII · MNOMISIMVS T
AM · CARITATEM · IFILIA · SIN · NA · III · K · S

Haec profecto sufficiunt ut priscae Ecclesiae nobis mens, quoad socialem ordinem, innotescat ac illustretur. Apud eam scilicet liberti, immo et servi, patronis prorsus patritiisque pares habebantur et in fraternitate consocii; nec quis amplius nisi soli Deo, proprio et stricto sensu, servire reputabatur. Hinc etiam factum est ut iidem illi fideles, qui servituti, verbo et opere, iam bellum, ut ita dicam, indixerant, semetipsos Christi *servos, famulos, ancillasve* interdum nuncupaverint, et his vocabulis post mortem fuerint decorati. En aliqua exempla undecumque collecta.

Romae.

— VARRONIVS PHILVMENVS VARRONIAE PHOTINAE FILIAE SVAE FECIT ΙΗσοῦ ΧΡιστοῦ ΔΟΥΛΗ (Iesu Christi famula).

— CEΠΤΙΜΙΟC ΠΡΑιτεξστΑΤΟς ϰΑΙΚιλιανός (ΔΙΚινιανός?) Ο ΔΟΥΛΟC· ΤΟΥ ϑεοΥ... = Septimius Praetextatus Caecilianus Dei servus.

In Italia.

+ HIC REQVIESCIT + IN PACE VICTORIA ANCILLA DEI · QVE VIXIT ANNOS SPTM (super terram) LXXX · DEPOSITA $\overline{SD}$ (sub die) XII KAL · NOVENBRI SEPTIES PC (post consulatum) BASILI VC INDS (indictio) XI (1)

— Α + Ω HIC REQVIISCIT IN PACE *an*CILLA DEI IV*stina* (?) QVE VIXIT ... (2)

(1) *Corp. inscr. Lat.* t. X, n. 1109.
(2) Loc. cit. t. XI, n. 1725.

In Gallia.

— HIC REQVIESCET BONE MEMORIA EVGENIA ANCILLA DEI (1)

— DEPOSITIO · FILICIS‖SIMAE · DIE · XIII · KAL · MAI ‖ AN · XLV · VIXIT · ANCILLA · DEI ☧ (2)

In Hispania.

— AETERNALIS FA‖MVLVS DEI VIXIT ‖ AN · XLVI · REQ · IN ‖ PAC VI · KL · II · SE‖PTEM ERA $\overline{\text{DNI}}$ ‖ D · XLVIII (3)

In Africa.

— U·...EO ‖ NATA ... VARIAE ‖ ANCiLLE · CRISTI ‖ VIXIT IN DEO AN‖NIS PROPE LX ... (4)

— CREMENTIA ANCILLA CHRISTI (5)

Coniuges autem, cum simul Christo famularentur, *conservi*, uti vidimus, quandoque vocabantur.

Alumnos ethnici hos infantes dicebant qui, vel paupertatis, vel facinoris et crudelitatis caussa, a parentibus, sicuti Romanum ius permittebat, derelicti fuerant. Qui vero sic eiectos suscipiebant et nutriebant eorum, ipsa re, domini fiebant (6) ac non raro ad probrosas explendas cupiditates huiuscemodi pueros adhibebant. Perrara igitur de misericordia vel amore dominorum erga alumnos suos in ethnicis epitaphiis fit mentio.

(1) LE BLANT, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. II, p. 299, n. 544.

(2) LE BLANT, *Nouveau recueil des inscr. chrét. de la Gaule*, p. 345, n. 303.

(3) DONI, *Inscr. antiq. cum notis*, 1731, p. 531, n. 33.

(4) S. GSELL, *Satafis et Thamalla* ap. *Mélang. d'arch. et d'hist.* 1895, t. XV, p. 51, n. 10.

(5) DUCHESNE ap. *Bull. de la Soc. nat. des antiq. de France*, 1890, p. 154.

(6) PLINIUS, *Ep.* lib. X, LXV, 71, LXVI, 72; SENECA, *Controv.* c. V, 33 : *Expositi in nullo numero sunt, servi fiunt: hoc legum latori visum est.* Cf. CORN. BYNKERSHOEK, *Opusculum de iure occidendi, vendendi et exponendi liberos apud veteres*, Coloniae, 1761; PAUFLER, *Quaestio antiquaria de pueris et puellis alimentariis*, Dresdae, 1809.

Christiana vero relligio, iam inde ab initio, sollicita de alumnorum conditione fuit, quod plurimae inscriptiones in antiquissimis coemeteriis inventae sane confirmant.(1) Immo ex talibus colligi potest plerumque alumnos a fidelibus ut carissimos filios fuisse habitos et dilectos.

En aliqua exempla epigraphica:

— IVLIA CALPVRNIA AGRIPPINO ALVMNO POS*uit* (Coem. Priscillae).

— CLAVDIO · EPICTECTO ... ALVMNO CARISSIMO (Coem. Priscillae).

— AVRELIVS AGAPETVS ET AVRELIA
FELICISSIMA ALVMNE FELICITATI
DIGNISSIMAE QVE VIC SIT
ANIS XXX ET VI
IPPETE PRO CELSINIANV CONIVGEM

ΠΕΤΡΟ · C ·
ΘΡΕΠΤΟC ·
ΓΑ · Υ · ΚΥ · ΤΑ ·
ΤΟC · ΕΝΘΕΩ (2)

(Mus. Later. pila VIII, n. 21).

Quoddam aliud epitaphium videtur alumnum quinque annorum exhibere, qui alphabeti elementa discere inceperat:

SIMPLICIA ALVMNO
SVO QVEM AMAVIT
TENERITER QVI VIXIT

ANN V ET M VIII DI
ES XXII VERNACVLVS
BE BECE (3)

Sic etiam aliunde mater quaedam, filioli sui memor quod *mamma* fortasse ipse balbutire iam coepisset, in eius sepulcro scripsit:

MATER ET M·A·MA·FECIT·FILIO·SVO·DVLCISSIMO·QVI BIXIT ANNO·I·... LAVRENTI·IN·PACE (Coem. Damasi).

(1) Cf. De Rossi, *Bull.* 1866, pp. 24, 37, n. 3; p. 61, n. 54; p. 72, n. 85; p. 91, n. 133; p. 92, nn. 135, 136.

(2) D. Cabrol et Leclercq, *Monum. Eccl. liturg.* t. I, n. 3412.

(3) De Waal apud *Römische Quartalschrift*, an. 1898, t. XII, p. 345, nn. 47–48.

Alumnorum quandoque vocabulo et ipsos fideles nuncupatos invenimus, quippe qui veluti Dei sanctorumve alumnos se fidenter putaverint. Hinc formulae quibus martyres exorantur ut suorum alumnorum memores sint, eosque secum in caelestem gloriam suscipiant:

— SANCTE PETRI ET MARCELLINE SVSCIPITE VESTRVM ALVMNVM (Romae, in eccl. S. Praxedis).

— SED MARTER BAVDELIVS PER PASSIONIS DIE DNO·DVLCEM SVVM · COMMENDAT ALVMNVM (1) = Martyr Baudelius, in virtute diei passionis suae, Domino dulcem suum commendat alumnum.

Adde quod, humilitatis caussa, sicut nomina *Stercorius, Stercoria, Discolius, Fimus Babosa* (2), ita et nomina *Proiectus, Proiectitius*, quae proprie *alumnos* significant quia alumni proiecti fuerant, non raro sumebantur a Christianis. (3) Unde *Proiectus* nomen, non secus atque nomina *Quodvultdeus, Deusdedit* aliaque eiusmodi, quam saepissime in antiquis martyrologiis aliisque documentis occurrit.

Pace vero donata Ecclesia, concilia atque imperatorum Christianorum leges nefandum spurios vel invisos derelinquendi et abiiciendi infantes morem paulatim aboleverunt, ita ut saeculo VI nullum fere maneret tantae immanitatis vestigium. (4)

Nihil aliud subiungam de familiaribus formulis, quae pene innumerae sunt, neque de muneribus vel honoribus civitatis,

(1) De Rossi, *Bull. di arch. crist.* 1875, p. 30.

(2) *Babosa* semel tantum legitur in calce cuiusdam loculi cœmeterii Commodillae, ubi tamen lectum est: DVLCIS VIR*go* SYNLABAROSA; et ipse ego, iuxta modum quo apud *Bull. di arch. christ.* inscriptio notata fuerat, eam pagina 110 retuli. Verum, ulterius accuratiusque inscriptionis examen ita esse legendum nos docet: DVLCIS VIRGINIA BABOSA... Babosa idem atque babecula sonare videtur.

(3) Le Blant, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. II, p. 68, not. 10.

(4) Cf. *Constitutiones Apostolicae*, lib. IV, c. 1, *P. G.* t. I, col. 808; *Conc. Vasense* (an. 442), can. 10; *Cod. Theod.* lib. XI, tit. XXVII, § 1; item, § 2. Cf. etiam Leclercq ap. Dom Cabrol, *Dictionn. d'archaeol.* art. *Alumni*, t. I, fasc. 5, coll. 1288–1306.

in quibus vix, aut ne vix quidem, Christianae inscriptiones ab ethnicis differunt. Potius mihi de constitutione Christianae societatis loquendum.

Art. III. — De Christianis nobilibus.

A nonnullis assertum est, idemque saepe repetitur et vulgo creditur, Christianam fidem inter servos infimasque civitatum plebeculas initio adsectatores suos fuisse adeptam. Sicuti enim et hodie videmus socialismi apostolos inter pauperiores quam saepissime delectum facere, qui statui commodiori inhiant; ita Christiana relligio, utpote quae nullum inter liberum et servum, inter divitem et inopem discrimen admitteret, debuit miseris deiectisque prius accepta evadere. Ita illi.

Verum enimvero si animadvertatur quam magna fuerit servorum multitudo prae liberorum hominum paucitate, quanta deinde utrorumque corruptio, profecto illa sententia haecque assimilitudo minime intelligentur. Numquid servis erat una cum fide proposita libertas? Cur aliunde neque Tacitus, neque Plinius de servis Christianis loquuntur? E contra Suetonius et Dion Cassius[1] permultos nobilissimos viros Domitiani tempore fuisse interemptos ob atheismi crimen, moresque alienos et Iudaicos referunt; istos autem Christianos fuisse luculenter monumenta demonstrarunt.[2]

Sed Plinius insuper Christianos Bithyniae ad omnem pertinuisse civitatis ordinem haud ambigue affirmat: *Multi omnis ordinis vocantur in periculum et vocabuntur.*[3] Quod si posteriores consulantur auctores, res luce meridiana fiet clarior. Ne

(1) Suetonius in *Domit.* 15; Dion Cassius, LXVII, 13.

(2) De Rossi, *Bull.* 1865, pp. 17-24; 1875, pp. 37 sq., 69-77; 1888-1889, pp. 15-67.

(3) Plinius, *Ep.* I, x, n. 97. Cf. J. A. Campbell, *Noble christian families in Rome under the pagan emperors* apud *The Dublin Review*, 1900, t. CXXVI, p. 356; M. Armellini, *Lezioni di arch. crist.* pp. 12 sq.; Paul Allard ap. *La science catholique*, 1890, p. 507; Dom Cabrol, *Dictionn. d'arch. chrét. et de liturg.* t. I, art. *Aristocratiques.*

sim prolixior, Tertulliani solummodo multiplex adducam testimonium: « Clarissimos viros, ait, et clarissimas feminas Severus sciens huius sectae esse, non modo non laesit, verum et testimonio ornavit, et populo in eos furenti restitit ».(1) Et alibi: « Hesterni sumus et vestra omnia implevimus,... castra, tribus, decurias, palatium, senatum, forum ».(2) Item : « Omnem sexum, omnem aetatem, omnem denique dignitatem transgredi a vobis quasi detrimento doletis ».(3) Denique auctor ille ad Scapulam scribens: « Et hic quid facies de tantis millibus... omnis sexus, omnis aetatis, omnis dignitatis offerentibus se tibi? Quid ipsa Carthago passura est decimanda a te..., cum viderit illic fortasse et tui ordinis viros et matronas et principales quoque personas, et amicorum tuorum vel propinquos vel amicos! ».(4) Hoc ceterum iam ab apostolicis scriptis colligere fas est. Memorare sat est pecuniam quamplurimam dono apostolis datam,(5) necnon inclytas proconsulis Sergii Pauli, eunuchi Ethiopici, Cornelii centurionis, Dionysii Areopagitae, ipsorumque in Caesarum palatio degentium conversiones.(6) Denique Apostoli monita contra philosophicos errores, iam tunc temporis in Christianorum coetum irrepentes, evidenter probant, sapientes quoque, id est divites quibus philosophandi otium non deerat, Christi amplexos esse doctrinam.

Igitur exemplum potius nobilium, si humano velimus modo loqui, magnam potuit certo servorum tenuiorumque multitudinem ad novam relligionem attrahere; et alioquin etsi pauci isti tenuiores haud fuerint, non ideo fides Christiana dicenda est miseros tantummodo et pauperes sibi prius devinxisse.

Alioquin in antiquissimis coemeteriorum regionibus gentilicia apparent nomina illustrium familiarum, neque desunt

(1) Tertull. *Ad Scapulam*, c. IV, *P. L.* t. I, col. 782.
(2) Tertull. *Apol.* c. XXXVII, *P. L.* t. I, col. 525.
(3) Tertull. *Ad nationes*, lib. I, c. 1, *P. L.* t. I, col. 629.
(4) Tertull. *Ad Scapulam*, c. V, *P. L.* t. I, col. 783.
(5) *Act.* XIII; *Ep. ad Phil.* III, 24.
(6) *Act.* XIII-VIII-IX-XVII, 34; *Phil.* IV, 22.

senatorii atque equestris ordinum viri feminaeque. Exempla proferam.

Gentis Flaviae (Coem. Flaviae Domitillae):

ΦΛ(αβιος) · CABEINOC · ΚΑΙ · TITIANH · ΑΔΕΛΦΟΙ (1)

Quae fuerit horum fratrum nobilitas patet e genealogica Flaviorum tabella, quam I. B. De Rossi primus descripsit (2) et alii leviter mutatam rursus ediderunt. Fratres videlicet isti ex ipso imperatoris Vespasiani genere nati sunt, cuius frater Tito Flavio Sabino nominibus appellabatur. Ex monumentorum autem aetate colligitur, multo ante Domitiani imperium Flaviorum hypogea fuisse instituta; neque minus evidenter patet ipsum Domitiani patruelem eiusque in consulatu collegam, Titum Flavium Clementem, Christianam esse fidem professos. (3)

Gentis Aciliae (Coem. Priscillae):

— ACILIO GLABRIONI FILIO

— M · ACILIVS · *Verus* (?) · *Clarissimus* · *Vir* ... PRISCILLA · *Clarissima* · *Femina* vel *Puella*.

— ...LI... M ACIL*lus* ...

— ΑΚΕΙΛΙΟC ΚΟΙΝτος · Κ(αι) · ΑΚΕΙΛΙΑΜ ... ΜΝΗΜΗC · Ενεκα ΑΤΤΑΛΩ ΤΕκνφ ὥ ΔΕΑΝΕΟΗκαν ΕΝΙΑΥΤΟΥ · Ι ·

— (Α)ΚΙΛΙΟC ΡΟΥΦΙΝΟC · (ζ)ΗCΗC ΕΝ ΘΕΩ

— ΑΚΕΙΛ(ιος) vel ΑΚΕΙΛ(ια)

— ΚΛ(αυδιου) ΑΚΕΙΛΙΟΥ ΟΥΑΛΕΡΙΟΥ (λαμπροτάτου) (Νεα) ΝΙCΚΟΥ (4)

Aciliorum gens iam Reipublicae tempore popularis ac illustris fuerat, eamque omnium nobilissimam imperator Pertinax de-

(1) *Bull. di arch. crist.* 1875, tav. V, n. 4.

(2) De Rossi, *Bull.* 1865, p. 15 et seq. Cf. Marucchi, *Elém. d'arch. chrét.*, t. I, p. 24; Dom Cabrol, *Dict.* art. *Aristocratiques*, col. 2851.

(3) Cf. Suetonius, *Domitianus*, 15 et *Vespasianus*, 1; Dion Cassius, E. Beulé, *Les chrétiens de la famille Flavia* ap. *Fouilles et découvertes*, 1873. t. I, p. 416; De Rossi, *Bull.* 1865, p. 22; 1875, p. 69; Mommsen, *Corp. inscr. Lat.* t. VI, pp. 172–173.

(4) *Bull. di arch. crist.* 1889, tav. V, nn. 1, 2, 3, 4, 5, 6.

claraverat: εὐγενεστάτους πάντων εὐπατριδῶν.[1] Saeculo autem secundo plures consulares habuit viros; denique, saeculo tertio, Tiberius Claudius Cleoboles filium Marci Acilii Faustini, consulis anni 210, adoptavit, unde nomen Claudii nomini Acilio coniunctum; cuius quidem exemplum in ultima iam relata inscriptione habemus: *Claudio Acilio Valerio clarissimo iuveni.*

Gentis Ialliae (Coem. Callisti):

— IALLIAE IALLI BA*ssi* ET CATIAE CLEMENTINAE FIL*iae* PIISSI*m*AE MATRI CLEM*en*TINAE IN PAC*e* AEL*ius* CLEMENS *fi*LIVS[2]
— IALLIA · C . . .[3]

Nobilitas huius gentis quadam patet inscriptione in Bulgarorum regione a docto Renier inventa. Iallia Clementina vero, Callistiani coemeterii epitaphio memorata, filia esset cuiusdam Iallii Bassi, qui Romae *curator publicorum operum* anno 161 fuit et deinde a Marco Aurelio et Lucio Vero ad Moesiam inferiorem gubernandam missus est.[4]

Gentis Caeciliae (Coem. S. Callisti):

Aliquos e Caeciliorum genere iam inde a saeculo secundo Christianos fuisse plus est exploratum quam ut demonstrari oporteat; inscriptiones autem huius gentis plures sunt, omnesque in Callisti coemeterio inventae. Eas ut in tabellam redegit I. B. De Rossi hic describam, mutatis mutandis:

— L · CAECILIVS . . .	exeunte
— . . . *cia* CAECILIA . . . (vel CAECILIANA) PAVLA	circiter saec. II
— Q · CAECILIVS MAXIMVS C · P ·	saec. III
— CAECILIA FAVSTA	
— *Septimius Praetextatus* CAECILIANVS (?), *sepultus cum uxore vel consanguinea Petilia . . . clarissima*	
— CAECILIANA C · F · (clarissima femina)	saec. IV
— CA*eciliana* H · F · (honesta femina)	

(1) Hérodien, *Hist.* lib. II, c. 3.
(2) De Rossi, *Roma sott.* t. I, tab. XXXI, n. 12.
(3) Ibidem, t. II, p. 367.
(4) Cf. De Rossi, *Bull. di arch. crist.* 1865, pp. 77 sq.

— *Antistius* MAXIMVS V · C ·
— OCTAVIVS CAECILIANVS V · C · *cuius uxor Pompeia* (?) *Attica* C · F · } exeunte saec. IV et ineunte V
— OCTAVIA *Pompeia Attica* CAECILIANA C · P · (clarissima puella)

Haec sane nobilissima gens sanguinis vinculo fuit aliis coniuncta gentibus, unde harum quoque mentio erat in monumentis reperienda. Sic quattuor epitaphia, in ipsa antiquissima coemeterii regione, Anniae Faustaeque gentis nomina nobis produnt: (1)

— ANNIA ΦΑΥCTEINA ΘΥΓΑΤΡΙ...
— ΑΙΚΙΝΙΑ ΦΑΥCTEINA
— ΑΚΕΛΙΑ ΒΗΡΑ
— ANNIOC KATOC

Tab. 97.

Tab. 98.

Quodnam vero fuerit cognationis vinculum Caeciliorum cum Annia gente ex pluribus Pomponiorum inscriptionibus, eodem in coemeterio inventis, liquido patet. En pretiosissimi tituli.

Gentis Pomponiae (Coem. Callisti): (2)

— ΠοΜΠΩΝΙΟC ΓΡΗχετνοC
— ΠΟΜΠΩνιος ΒΑCCΟς
— POMPO*nius* Ba*s*SVS

Quod matrona Lucina, S. Pauli discipula, cui traditio vetustissima hypogei apud viam Appiam institutionem tribuit, illa fuerit famosa Pomponia Graecina, Plautii uxor, quam Tacitus *superstitionis externae* ream vel accusatam fuisse narrat, (3)

(1) De Rossi, *Roma sott.* t. I, tab. XXX, nn. 1, 2, 3, 5.

(2) Ibidem, t. II, tabb. LXIX-L, nn. 27, 22; tab. XLI, n. 48.

(3) Tacitus, *Annal.*, l. XIII, c. 32: «Et Pomponia Graecina, insignis femina, Plautio, qui ovans se de Britannis retulit, nupta ac superstitionis externae rea, mariti iudicio permissa. Isque prisco instituto, propinquis coram, de capite famaque coniugis cognovit, et insontem nuntiavit. Longa

res quasi certa videtur, tum propter praefati coemeterii antiquitatem, tum propter eius gentis memorias in coemeterio Callisti repertas. Ad Pomponios Bassos Christianos quod attinet, notandum est eos tum cum Iallia tum cum Caecilia gente sanguinis necessitudinem habuisse. Etenim Pomponius quidam Bassus uxorem duxit Anniam Faustinam e genere Antoninorum, quae, vidua facta, nupsit Eliogabalo imperatori. Itaque Annii, Fausti et Veri in Callisti coemeterio sepulti, si liberti harum gentium fuisse nequivere, cognationis vinculum cum Pomponia gente habuisse necessario dicendi sunt. Neque temere



Tab. 99.

Pomponiam gentem Caeciliorum fuisse cognatam J. B. De Rossi est suspicatus, cum sciatur Pomponius Atticus, Ciceronis amicus, a Q. Caecilio Maximo adoptatus fuisse; Attici autem et Fausti in coemeterio Callisti depositi non desunt. (1) Tandem quaedam ethnica inscriptio cuiusdam Pomponii Bassi et Pomponiae Cratidiae genere clarissimi, in eadem vinea supra coemeterium Callisti detecta est (Tab. 99); et ex eo huius gentis monumentum revera in eadem regione extitisse, sicuti I. B. De Rossi sententia fuit, concludi posse videtur.

Neque, ut etiam aliqui arbitrati sunt, de nobilium divitumque inter fideles paucitate ac de priscae aetatis Christianorum abiecto statu argumentum quoddam, ex neglecta litterarum forma verborumque apud funerarias inscriptiones mendis eruere

huic Pomponiae aetas et continua tristitia fuit. Nam post Iuliam Drusi filiam dolo Messalinae interfectam, per quadraginta annos non cultu nisi lugubri, non animo nisi moesto egit. Idque illi imperitante Claudio impune, mox gloriam vertit».

(1) De Rossi, *Roma sott.* t. I, pp. 309–320.

licet; nam ipsa pontificum epitaphia, si unum et alterum excipias, et non pauca illustrium personarum epigrammata inscitiae atque lapicidarum Christianorum imperitiae tales defectus attribuendos esse ostendunt.

Quae quidem diximus, ad Romanam civitatem dumtaxat spectant: studiorum hodierna conditio ultra progredi in hac recensione non sinit; parum nimis enim Christianas origines extra Romam adhuc cognoscimus, neque ad tam multiplicem suscipiendam investigationem unius vires sunt pares. Optandum vero est, ut huius investigationum generis magis in dies studia progrediantur, originesque Christianae cuiuscumque regionis domesticae veluti habeantur inter Christianos archaeologiae et ecclesiasticae historiae fontes.

Quum ergo de nobilibus hic agatur, saltem non est memoria S. Perpetuae praetermittenda, nobilissimae Carthaginiensis feminae, in cuius Actis *Vibia Perpetua honeste nata, liberaliter instituta, matronaliter nupta* dicitur.

Fuerunt qui in epitaphiis recensendis notarint numerum mulierum inter Christianos illustres longe virorum numerum superare. Cuius rei, ut arbitror, haec est ratio, quod, propter civitatis militiaeque munera quibus perfungi debebant, difficilius et periculosius viris erat fidem amplecti ac profiteri. Publica enim officia et munia aut deserere, aut remissius adimplere, in iis praesertim quae idolorum sacrificia respiciebant, vir factus Christianus cogebatur. Non ita vero mulier quae, praeterquam quod indole ipsa relligiosis affectibus viro sit proclivior, nullo vinculo civilis officii obligata, neque extra domesticos parietes generatim agens negotia, facilius ac liberius proinde mores suos et actus ad novae fidei dogmata praeceptaque conformare poterat. Ex his vero apparet ratio, cur necesse fuerit valida ab Ecclesia declarari matrimonia inter feminas clarissimas et libertos vel servos; quod pontificem Callistum praestitisse, ex *libro Philosophumenon* ac Tertulliani scriptis eruitur.[1] Huius etiam decreti epigraphicum forsan indicium in hac coeme-

(1) Cf. De Rossi, *Bull. di arch. crist.* 1866, pp. 23 sq.

Tab. 100

terii S. Callisti inscriptione deprehendi posse I. B. De Rossi docuit:

Aelius Saturninus Cassiae Faretriae clarissimae foeminae coniugi benemerenti, cuius depositio (fuit) tertio nonas februarias.

Idem forsitan est dicendum de Septimii epigrammate, eodem in coemeterio invento (p. 240) cui epitaphium subiunctum est Peteliae clarissimae; ac de sequenti:

D M
FLABIAE SPERANDAE · CONIVGI · SANCTIS · SIMAE ·
INCOMPARABILI MATRI OMNIVM · QVAE · BIXIT
MECV · ANNIS · N · XXVIII · M · VIII · SENE VL
LA · BILAE · ONESIFORVS · C · F · CONIVX · B
ENEMERENTI FECIT · (1)

Haec ut prorsus intelligantur notandum est, feminas e senatorio prognatas ordine, ideoque clarissimas, hanc amittere denominationem debuisse, si viro inferioris ordinis nupsissent. Ex hoc quod talia lex civilis prohiberet connubia fiebat ut illicita ac quasi invalida etiam apud Christianos vulgo ea reputarentur. Sed inde patriciarum familiarum mulieribus Christianam fidem profitentibus magna haud raro exoriebatur molestia, quippe quae, marito Christiano inter proceres non invento, in hoc discrimen devenirent ut vel, invito ac impatienti animo, coelibem vitam agerent, vel deorum cultori nuberent, vel, multarum romanarum more, cum liberto servove in concubinatu manerent. Huic igitur incommodo sapienter Callistus pontifex providit, clarissimarum cum tenuioribus etsi hominibus matrimonia rata comprobataque declarando; unde in eum perinde ac si ita pu-

(1) De Rossi, loc. cit.

dendis cupiditatibus favisset,(1) acerbissime libri *Philosophumenon* auctor invehitur.

Id Callisti decretum profecto maximi momenti est, nam, ut I. B. De Rossi animadvertit, habetur in eo solemne et antiquissimum argumentum quod Ecclesiam sua circa matrimonium potestate iam tunc, absque civili iure respectu, fuisse functam testatur; neque eloquentius, post Christi ipsius exempla Apostolique verba, aequalitatis inter fideles peractae fraternitatisque testimonium desiderare possemus. Quid vero, posterioribus saeculis, de hisce connubiis varie fuerit ab Ecclesia statutum aliis, ne limites instituti mei praetergrediar, exquirendum et explanandum relinquam.

(1) En quid habet de hac quaestione I. B. De Rossi: « Adunque le iscrizioni dei nostri cemeteri ... non ci rivelano un fatto inaspettato, ma pongono il suggello della testimonianza monumentale alle notizie forniteci dagli scrittori cristiani contemporanei e dagli storici. Il numero grande delle fanciulle cristiane, massime nobili, era cagione di gravi difficoltà per la chiesa, che non le voleva congiunte in matrimonio con i gentili. Il Döllinger in pieno lume ha posto questo argomento, ed a lui rimetto il lettore. Dirò soltanto che Tertulliano, alla cui testimonianza do grande peso, perchè fu contemporaneo di Callisto e dei fatti che discutiamo certamente consapevole, compendiò nelle seguenti parole ciò che la chiesa inculcava alle fanciulle od alle vedove aspiranti alle nozze: *Nubant tantum in Domino, id est Christiano* (*Ad Uxorem*, c. 2). Ciò egli scrisse quando era ancora cattolico; e poi divenuto montanista ai cattolici fe' rimprovero di violare quella massima (*De monogamia*, c. XI). Il quale rimprovero deve aver ferito in ispecie i cristiani dell'Africa, come dalle querele di S. Cipriano è manifesto (CYPRIANI, *De lapsis*, c. VI).

« Or è degno di osservazione che l'autore dei Filosofumeni, fiutando da ogni lato colpe da apporre a Callisto ed alla sua scuola, non ardì mettere in campo questa delle nozze dei fedeli cogli infedeli. Tanto era notoria l'opposizione di quel pontefice della chiesa romana all'abuso deplorato da Tertulliano e da Cipriano.

« Callisto adunque, per impedire i matrimonii delle nobili dame con senatori pagani, piuttosto acconsentì loro connubii civilmente nulli con un servo od un liberto, e costoro considerò come veri mariti dinanzi alla coscienza ed alla chiesa ».

ART. IV. — **De artificibus.**

Tanta fuit Christianis cum ethnicis convivendi necessitudo, tamque inter utrosque arctum commercium, ut prope non fuerit apud antiquos ars ulla quam Christiani non exercuerint. In primo huius operis volumine vidimus vel a circensibus periculis Christianos non abhorruisse; Tertullianus vero, in suo *Apologetico*,(1) excessus tantum et abusus a Christianis vitari aiebat: « Itaque non sine foro, non sine macello, non sine balneis, officinis, stabulis, nundinis vestris, ceterisque commerciis cohabitamus in hoc saeculo; navigamus et nos vobiscum, et militamus, et rusticamur, et mercamur, proinde miscemus artes, opera nostra publicamus usui vestro ».

Labor apud Christianos primaevos veluti erat hominum communis et ordinaria conditio, ita ut ne apostoli quidem, nisi sacro vacarent ministerio, a labore manuum se eximerent. Sic legimus Paulum apostolum, cum apud discipulos suos Priscillam et Aquilam divertisset, cum ipsis laborasse: « Quia vero eiusdem erat artis, manebat apud eos et operabatur (erant autem scenofactoriae artis) ».(2) Praecipua autem vitae exercitatio apud antiquos monachos etiam labor fuit manuum, in quo apostolorum exemplo ducebantur: « Tunc veri monachi sunt, ait S. Benedictus in sua Regula, si labore manuum suarum vivunt, sicut patres nostri et apostoli ».(3) Quaedam autem anni 341 inscriptio habet:

Depossio (depositio) Iuniani pri · idus apriles Marcellino et Probino conss qui bixit annis XL in · pace decissit et amator pauperorum bixit cum Brgnia annis · XV · benemerenti birginia sua Bictora benemerenti fecit amatrix pauperorum et operaria.(4)

Istud vero operarii vel operariae nomen, quod Christianis honori, Romanis e contra despectui erat, testantibus illis Ci-

(1) TERTULL. *Apol.* XLII.
(2) *Act.* XVIII, 3.
(3) *Regula S. Benedicti*, c. XLVIII, *De opere manuum quotidiano*.
(4) DE ROSSI, *Inscr.* t. I, n. 62.

ceronis verbis: « an quidquam stultius, quam, quos singulos sicut operarios barbarosque contemnas, eos esse aliquid putare universos? » (1)

In coemeteriorum epitaphiis, ars a defuncto quondam exercita vel inscriptionis verbis, vel huiusce artis instrumentis tabulis sepulcralibus incisis, significabatur. Sic hortulanorum, pomarariorum, fabrorum, capsarariorum, laniorum, confectorariorum, porcinariorum, lintearium, marmorariorum, tabellariorum, iurisconsultorum, medicorum etc., nomina aut indicia inveniuntur. Nec desunt milites, veterani, tribuni, campidoctores, centenarii; nec protectores, domestici, fabricenses, cubicularii, qui omnes ad palatium vel personam principis addicti erant; nec denique ipsa civilia et publica officia, ut commentariensis, librarii, libellarii, arcarii, sarcinarii, praepositi tabernaculorum, magistri ludi litterarii etc.

Quaedam inscriptio medicum cui *pneumatici* titulus adscribitur nobis praebet:

ΕΘΑΔΕ · ΚΕΙΑΙ · ΑΛΕΣΑΝΔΡΟC · ΙΑΤΡΟC · ΧΡΙCΤΙΑΝΟC ΚΑΙ · ΠΝΕΥ-ΜΑΤΙΚΟC = Hic iacet Alexander medicus Christianus et pneumaticus.

De eorum scilicet ille erat schola, qui spirituum vitalium, ut aiebant, actioni universos tribuebant morbos.

IATPOI autem illi potissime dicebantur qui chirurgicam exercebant artem; unde tam in picturis quam in inscriptionibus cum scalpellorum cultellorumque theca repraesentantur sicut Lucas Evangelista pingi solitus erat.

Non raro operarius in ipso artis suae exercitio describebatur; Vide plura exempla in tabulis sequentibus.

Etiam causarum patrocinatores, seu advocati, inter primaevos fuerunt Christianos, quod tamen ex historia potius quam ex epitaphiis eruitur. Advocatus ille fuit Minucius Felix, quem libri cui *Octavius* est titulus, omnes auctorem agnoscunt: « Minucius Felix, ait Lactantius, non ignobilis inter causidicos

(1) Cicero, *Disp. Tusc.* c. V, 36.



Tab. 101.

Tab. 102. Faber lignarius.

Tab. 103. Tonsor.



Tab. 104. Instrumentum musicum.

Tab. 105. Pistor « amicus omnium ».

Tab. 106. (Ex Wilpert, *Le pitture delle cat. rom.* textus, pag. 437, Tab. 142).

Tab. 107.

fuit »; (1) et Hieronymus: « Minucius Felix Romae insignis causidicus ». (2) Advocatus fuit quidam Vettius Epagathus qui, anno 177, Lugdunensium fidelium defensionem, magno animo, ante tribunal se assumpturum declaravit, (3) quique deinde, quod se Christianum esse fateretur, accusatis adnumeratus est. (4)

Advocatus forsan, aut rectius iurisperitus, Tertullianus fuit; certissime vero Cyprianus, Arnobius et Lactantius. (5)

(1) Lact. *Divin. instit.* lib. V, c. 1, *P. L.* t. VI, col. 55.

(2) Hieron. *De vir. illustr.* 58.

(3) Eusebius, *Hist. Eccl.* lib. V, *in Prooemio*; *P. G.* t. V, col. 1416: « ἀλλ' ὑπερηγανάκτησε, καὶ ἠξίου καὶ αὐτὸς ἀκουσθῆναι ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν, ὅτι μηδὲν ἄθεον μηδὲ ἀσεβές ἐστιν ἐν ἡμῖν ».

(4) Eusebius, loc. cit.; *P. G.* loc. cit. col. 1417: « παράκλητος χριστιανῶν χρηματίσας ».

(5) Cf. Dom Cabrol, *Dictionn. d'arch. chrét.* art. *Avocats.* — Ceterum Christianos aliquos, saltem a saeculo tertio, iudicum advocatorumque functos esse muneribus, e Commodiani quibusdam verbis patet, quibus ad

Verum, sicut in ethnicis, ita in Christianis epitaphiis rara advocatorum mentio occurrit, eaque serior. Omnium antiquissima primam saeculi quarti partem respicit et in Domitilllae coemeterio invenitur:

... AEMILIO · POLIONI
*b*ONAE · INDOLIS
*a*DVOCATO · AGENS
AN · XXVIII · ET · M · III
*dec*ES · XII · K · IVN
*natio*NE · TRIPOLITANA (1)

Africana quoque haec alia est inscriptio:

MEMORIAE
L · TVRPILI VICTORINI MA
RIANI EQ · R · ADVOCATI OM
NIVM LITTERARVM ET VIRTV
TVM VIRI QVI FVIT IN REBVS
HVMANIS ANNIS XXX II CVM
MAGNA LAVDE ACTVS ET DS (*sic*)
CIPLINAE SVAE
AVDENTI (2)

Sequens vero, Romana, Caianum quemdam prodit Constantini imperatoris amicum: (3)

eorum culpas praevaricationesque evidenter alludit (*Carmen apologeticum*, vv. 582–599; *Instruc.* lib. I, c. XXXI, lib. II, c. XXIX). Advocatos insuper et medicos Christianos fuisse et Arnobius testatur, cum dicit nedum barbaros, etiam *magnis ingeniis praeditos* Christianam professos fidem esse, nempe *oratores, grammaticos, rhetores, consultos iuris ac medicos* (*Contra gentes*, lib. II, c. V, *P. L.* t. V, col. 816).

(1) Ap. *Studi e monumenti di storia e di diritto*, 1880, p. 14, not. 1.

(2) *Corp. inscr. Lat.* t. VIII, n. 20162.

(3) DE ROSSI, *Inscr. Christ.* t. I, p. 64, n. 101.

FELIX VITA VIRI FELICIOR EXITVS IPSE
CAIANI SEMPER CRESCIT PER SAECVLA NOMEN
NESCIT FAMA MORI SED SEMPER VIBIT VBIQVE
ADVENIT HOSPES ROMANVS PRINCEPS IN VRBEM
QVI FVIT HIC PRIMVM IVRISCONSVLTOR AMICVS
QVESCIT IN PACEM DEPOSITVS DIE QVAR
TVM NONAS AVGU
STAS FLAVIO FILIPPO
ET FLAVIO SALLEA CON
SVLIBVS PATER SABBA
TIVS FE CIT

Magna fuit apud Africae fideles martyris Emeriti fama, qui quidem iurisconsultus fuisse ex duabus inscriptionibus in Numidia inventis videtur:

HIC E*st dom*
VS *Dei hic*
MEMO*riae*
APOSTOL*or et*
BEATI EMERI
TI GLORIO*si*
CONSVLTI (1).

HC DOMVS $\overline{DI}$ NOS*tri* $\overline{xqi}$ HC AVITATIO SPS SCI P*aracliti*
HC MEMORIA BEATI MARTIRIS DEI CONSVLTI ... MER
HC EXAVDIETVR OMNIS $\overline{QI}$ INVOCAT NOMEN $\overline{DNI}$ DI OMNIPOT
VR HOMO MIRARIS IS $\overline{DO}$ IVBANTE MELIORA VIDEVIS A ... XI (2)

Certum est, iam inde a saeculi quarti initio collegia extitisse advocatorum, quae quidem institutiones antiquiores hoc saeculo videntur; at non apparet collegia eiusmodi inter sodales dumtaxat Christianos ante illud tempus constituta fuisse. Quod autem de advocatis negandum videtur, de quibusdam operariorum classibus admittere cogimur.

(1) G. GATTI ap. *Bull. di arch. crist.* 1884-85, p. 35.
(2) *Corp. inscr. Lat.* t. VIII, n. 2220.

Tab. 105 pistorem quemdam Maximinum repraesentat, amicum omnium. Pistorum mentio haud raro in epitaphiis Romanis occurrit, nec deest in ceteris Christiani orbis regionibus. Pistorum collegii erat veluti insigne modius, et ideo saepe eius figuram in epitaphiis cernimus, praesertim in titulis ad coemeteria apud vias Ostiensem Ardeatinam et Appiam sita pertinentibus. Coemeteria enim harum viarum, maxima ex parte, in prima iacent regione ecclesiastica quae civiles Urbis regiones XII et XIII complectebatur, ubi horrea erant, proindeque ipsum vocabulum *Horrea*, quasi nomen, illas indicabat regiones.[1] Utrum vero pistores Christianos quoddam funeraticium collegium constituerint, veri est simillimum licet non omnes pistores eiusmodi collegio adsociati essent. Eiusmodi vero collegiorum indicia non parva in picturis inveniuntur. Certo collegium extitit doliariorum, et tamen dolia ubique repraesentata inveniuntur, quae quidem plerumque artem defunctorum, non autem, ut quidam elapsae aetatis archaeologi docuere, symbolicam seu mysticam adumbrant cogitationem.[2] Atque de artificibus hactenus.

(1) Cf. De Rossi, *Le « horrea » sotto l'Aventino e lo stadio « annonae Urbis Romae »* ap. *Annali dell'Istituto*, 1885, pp. 229 sq.

(2) Dixi plerumque, nam aliquando revera aliam profert figura dolii significationem tum in ethnicis tum in Christianis sepulcris, nec raro ipsa ut simplex decoratio haberi debet, praesertim in sarcophagis. Ceterum Patres, praesertim saeculi IV, varie de dolii symbolo locuti sunt, et quamvis nihil certi de hoc dicere ausim, nihilominus aliud interdum quam artem doliariam eius figuram significare haud dubium dicendum. Quod tamen de dolio, idem nequimus de modio affirmare; neque in ullo casu admittenda videntur ea quae de Maximini relato epitaphio egregius Lupi scripsit, nempe quod figura pistoris virgam dextera gestantis ipse repraesentetur Christus, « quem Maximinus hic sperat redditurum sibi e sepulcro prodeunti mensuram plenam, confertam, coagitatam et superaffluentem. Fortasse etiam, ait ipse auctor, spicae illud alludunt ad granum frumenti, quod, cum mortuum fuerit, multum fructum affert » (cf. Wilpert, *Le pitt. delle cat.* testo, pp. 485 sq.; Dom Cabrol, *Dictionn. d'arch. chrét. et de lit.* etc. art. *Annone* et *Boisseau*).

ART. V. — **Epitaphia dictionis singularis.**

Praeter recensita alia non pauca extant epitaphia quae in classes digeri brevitas huius operis non sinit. Eorum tamen specimina proferenda sunt ut praesentes notiones, quantum potest fieri, minus imperfectae evadant. Itaque exempla proponam, et, si opus fuerit, explanationem aliquam subiungam.

In epitaphiis Christianorum inscribendis quaedam ethnicae interdum irrepserunt sententiae quae tamen plerumque et fidelibus erant pretiosae, utpote terrestrium vanitatem bonorum ipsiusque vitae fragilitatem ad memoriam revocantes. Hinc, tum in Oriente tum in Occidente adhibitae, sed graece plerumque expressae, formulae: οὐδεὶς ἀθάνατος aliaeque eiusmodi.

— ΘΑCΙ ΔΟΜΕΤΙΛΑ ΟΥΔΙC ΑΘΑΝΑΤΟC = Age, Domitilla, nemo immortalis! (Crypta S. Pelagiae, Palestina).



Tab. 108. (Coem. Priscillae).

— NON FVIMVS ET FVIMVS || NON SVMVS NON DESIDERA || MVS VSQVE HIC DEDVCIMVR || FILVMENETI IN PACE (1)

Formula haec posterior prorsus ethnica videtur: lapicida nempe, ut egregius putavit Cavedoni, iam aliunde parato lapide forsitan usus est, neque aliud fecit quam ultimam lineam: *Filumeneti in pace*, adiungere.

(1) A. MAI, *Script. vet. nova collect.* t. V, p. 432, n. 6.

In metricis inscriptionibus, non raro fiebat ut adhiberentur verba et conceptus ethnicorum poetarum ex carminibus excerpta, et sic Manes, Styx, Olympus, Inferi aliaque eiusmodi vocabula occurrunt; (1) nec integrae desunt interdum poetarum formulae, praesertim Vergilii:

Abstulit atra dies et funere mersit acerbo. (2)
Sub pedibusque videt nubes et sidera Daphnis (3)

Plerumque vero leviter mutatae et ad Christianam versae significationem:

SVbIECTASQVE VIDET NVBES ET SIDERA CAELI (4)

Eiusmodi vere praeclarum in episcopi Concordii epitaphio habemus exemplum, quod ad quartum vergens saeculum pertinere certum est. Antistes enim iste inter Patres concilii Valentinensis, anno trecentesimo septuagesimo quarto habiti, sedit:

INTEGER ATQVE PIVS VITA ET CORPORE PVRVS
AETERNO HIC POSITVS VIVIT CONCORDIVS AEVO
QVI TENERIS PRIMVM MINISTRVM FVLSIT IN ANNIS
POST ETIAM LECTVS CAELESTI LEGE SACERDOS
TRIGINTA ET GEMINOS DECIM VIX REDDIDIT ANNOS
HVNC CITO SIDEREAM RAPTVM OMNIPOTENTIS IN AVLAM
ET MATER BLANDA ET FRATER SINE FVNERE QVAERVNT



(Coem. Elysii-campi). (5)

(1) Cf. FABRETTI, *Inscr.* Romae, 1702, pp. 111, 112; LE BLANT, *Inscr.* nn. 421, 486; ALLEGRANZA, *De sepul. christ.* Mediolani, 1773, p. 41.
(2) VERGILIUS, *Aeneid.* lib. VI, X, 429.
(3) VERGILIUS, *Eclog.* V, 56.
(4) LE BLANT, *Inscr.* t. II, p. 407, in notis 2–5.
(5) LE BLANT, *Inscr. chrèt. de la Gaule*, t. II, p. 241, n. 509.

Neque minoris est S. Hilarii Arelatensis epitaphium, ipso forsitan eius mortis anno (449) conscriptum:

ANTISTES DOMINI QVI *Pa*upertatis AMOREM
PRAEPONENS AVRO RAPV*i*T C*aelesti*A REGNA
HILARIVS CVI PALMA O*b*ITVS E*t viv*ERE XPS
CONTEMNENS FRAGILEM TER*ren*I CORPORIS VSVM
HIC CARNIS SPOLIVM LIQVIT A*d* ASTRA VOLENS (*sic*)
SPREVIT OPES DVM QVAERIT OPES MORTALIA MV*t*ANS
PERPETVIS CAELVM DONIS TERRISTRIBVS (*sic*) EMIT
GEMMA SACERDOTVM PLEBISQVE ORBISQVE MAGISTER
RVSTICA QVIN ETIAM PRO $\overline{\text{XPO}}$ *mu*NIA SVMENS
SERVILE OBSEQVIVM *non* DEDIGNATVS ADIRE
OFFICIO VIXIT MINIMVS ET CVLMINE SVMMVS
NEC MIRVM SI POST HAEC MERVIT TVA LIMINA $\overline{\text{XPE}}$
ANGELICASQVE DOMOS INTRAVIT ET AVREA REGNA
DIVITIAS PARADISE TVAS FLAGRANTIA SEMPER
GRAMINA ET HALANTES DIVINIS FLORIBVS HORTOS
SVBIECTASQVE VIDET NVBES ET SIDERA CAELI

Notandum insuper est, quasdam ex his formulis ab aliis repetitas esse epitaphiis, seu, proprie magis, idearum hic haberi similitudinem cum epitaphiis antiquioribus; exempli gratia, inter versus 14-15 relati carminis et has cuiudam anni 382 epitaphii Romani formulas:

DEDIT EGREGIAM SANCTIS PER SECVLA MENTEM
INDE ☧ EXIMIOS PARADISI REGNAT ODORES
TEMPORE CONTINVO VERNANT VBI GRAMINA RIVIS (1)

Sic et in alia, a Paulino Nolano relata, inscriptione legimus:

INTER FLORIFERI COELESTE NEMVS PARADISI (2)

(1) De Rossi, *Inscr.* t. I, p. 141, n. 316.
(2) Paulinus Nolanus, Epist. XXXII.

Antiquissimae cogitationes sunt istae, quas apud scriptores primum invenimus; ne sim prolixior unum adducam exemplum, nempe Saturi, S. Perpetuae comitis, visionem: « Factum est nobis spatium grande, quod tale fuit quasi viridarium, arbores habens rosas et omne genus flores ».

Sunt etiam inscriptiones dubiae, nimirum quae Christianis pariter atque ethnicis convenire possunt, quum in iis ΣΑΡΞ (caro corpus terrenum) et ΨΥΧΗ (caelestis anima) non modo distincta, ut in Aegyptiis quibusdam inscriptionibus (Cf. p. 107); verum etiam invicem, quasi antithesis termini, sibi opposita, enuntientur eorumque elementa dicantur suas repetere sedes. Neque raro accidit ut haereamus incerti, utrum illa carmina spem vitae aeternae propriam Christianorum doceant, an philosophicam tantum de origine divina animae humanae et eius immortalitate loquantur. (1) En unum et alterum exemplum:

TERRENVM · CORPVS ‖ CAELESTIS · SPIRITVS · IN ME
QVO REPETENTE · SVAM ‖ SEDEM · NVNC · VIVIMVS · ILLIC
ET FRVITVR · SVPERIS ‖ AETERNA IN LVCE FABATVS

Epitaphium istud clarissimo Hübner Christianum quidem visum est; (2) sed non parva difficultas illi inhaeret formulae: *Fruitur superis.* Etenim, tum a Christiano stilo aliena prorsus est, tum vero aptissima diis gentium significandis, immo quasi gnosticorum propria. Illos utique hexametros perspectos habuit auctor epitaphii papae Pelagii I, cum scriberet:

Terrenum corpus claudant haec forte sepulcra
Nil sancti meritis derogata viri
Vivit in arce poli caelesti luce beatus. (3)

Christiana saltem sequens videtur inscriptio:

Ὀστέα μὲν καὶ σάρκας ἔχει χθὼν παῖδα τὸν ἡδύν,
ψυχὴ δ' εὐσεβέων οἴχεται εἰς θάλαμον. (4)

(1) De Rossi, *Inscr.* t. II, p. xxix; *Bull.* 1883, pp. 131–134.
(2) E. Hübner, *Corp. inscr. Lat.* Suppl. 1899, t. VIII, p. 380, n. 80.
(3) De Rossi, *Inscr.* t. II, p. 208.
(4) Koumanoudis, Ἐπιγραφαὶ Ἀττικῆς ἐπιτύμβιοι, n. 1825.

Verumtamen et ipsa huius ethnicae ad exemplum redacta est formulae: *Terra tenet corpus, nomen lapis, atque animam aer.*[1] Quod quidem non toties reputare evenisse debemus, quoties illa carnis et animae diversa conditio in epitaphiis decantata sit; talis enim cum ultro ad mentem se offerret scribentium, facillime etiam ac inscienter parum dissimilibus verbis exprimi poterat.

En nunc specimina epigrammatum haud ambigue Christianorum:

... *clau*(?)DIA · AGRIPPINA · REDD
..... *c*VIVS · DIES · INLVXIT
pridie (?) *idus* ... DEPOSITA · IDIBVS
(Coem. Callisti).

Dies hic designata, natalis, idest mortis, est dies; non mortis autem cuiuslibet, sed sanctae commendationeque dignae. Verum, ut I. B. De Rossi observat, licet Agrippinam martyrem minime dixeris, certo hic imitatio habetur illorum verborum, quae in S. Perpetuae actis legimus: « Inluxit dies victoriae illurum » (cap. XVIII); necnon in vita sancti Cypriani a Pontio diacono conscripta: Illuxit denique dies ille signatus, ille promissus, ille divinus »; nempe dies martyrii (cap. XVI).

Hic titulus tegit diaconum Emilium
quem funere duro.
Heu, nimium celere rapuit mors impia
cursu; XXXVIII
aetatis suae anno mortem perdidit,
vitam invenit quia
auctorem vitae solum dilexit.



Tab. 109. (Ex Le Blant, *Nouveau recueil;* p. 149, n. 930).

Inscriptio haec origine metrica fuit, sed lapidis parvitate lapicidaeque inscitia incredibilem in modum disiecta et confusa

(1) *Corp. inscr. Lat.* t. III, p. 3247.

est. Primus versus, voce DIACONUM dempta, facile deprehenditur hexameter:

Hic titulus tegit Aemilium quem funere duro. (1)

Huiuscemodi mos versus iam alibi in titulis inscriptos adhibendi saeculo quinto praesertim invaluit, parum tamen in epitaphiis, potiusque in historicis inscriptionibus, de quibus mox infra loquendum.

Pulcherrimum sequens est elogium, Patavii inventum:

QVI *Vixit annis*
MARTINA · CARA · CONIVX · QVAE
VENIT DE GALLIA PER MANSIONES
L · VT COMMEMORARET MEMORI
AM MARITI SVI
BENE QVIESCAS DVLCISSIME (2)

Inscriptiones vero quamplurimae sunt quae Latinae linguae corruptionem proferunt multaque reddunt sermonis vulgaris et familiaris verba apud rudes homines, operarios servosque usurpata. Exemplorum gratia:

TATACENTIAE ANIME INNOCENTI
QVE VIXIT ANNIS ☧ QVINQVE MENSES X
DORMIT IN PACE VI KAL IEN (3)

Haec vox *Tatacentiae* dividenda est in *tata*, quae *pater* apud Latii incolas hodieque sonat, et *Centiae* quae nomen est filiae. *Tata* aliquando etiam nutritor vocabatur, exempli gratia:

— ... HODVS PATER · ET PHOEBVS TATA FECERVNT = pater et nutritor fecerunt.
— MARINVS · PATER · PIISSIMO · FILIO · ET ANTHVS TATA (4)

(1) Cf. ALLMER ap. *Revue épigraph. du midi de la France*, an. 1884, p. 70.

(2) Mansiones loca erant iuxta praecipuas vias praestituta, ubi Romanae legiones cibariis aliisque muniebantur. Haec ipsa inscriptio a DA SCHIO in suo opere: *Tre notizie archeologiche*, p. 88, relata est paullulum diversa.

(3) FABRETTI, *Inscr. ant.* p. 553, n. 39.

(4) FABRETTI, *Inscr. ant.* p. 142, nn. 151, 152.

Rara vero et singularis sequens est Romana inscriptio :

*locum c*VM PARA*verunt*
SE VIVI · IVSTINVS ET FELI*citas*
DEP PITZINNINA IN PACE R...
QV VIXIT ANN XXVI ET ...
ARCADIO AVG · II · ET RVFIN*o conss.* (1)

(An. 399).

Vox pizinnina alterius est similis quam legimus in *Silviae peregrinatione*, cum de monacho ab infantia in monasterio educato ait: *Nam a pisinno in monasterio nutritus est.* (2)

Pisinno igitur italicae voci respondet: *piccino*; sicuti *pitzinnino* vox mutata est paullatim in *piccinino*.

ΒΙΖΖΟC ΠΑΡΔΟΥ‖ΕΠΗΔΗΜΗCΑ ΚΑΛΩC‖ΗΛΘΑ ΚΑΛΩC ΚΑΙ ΚΙΜΕ‖ΚΑΛΩC ΕΫΞΗΤΑΙΥ ΥΠΕΡ‖ΕΜΟΥ = Bissus Pardi filius (hic iacet). — Bene vixi, bene adveni, bene sum. Ora pro me. (3)

MAGVS PVER INNOCENS
ESSE IAM INTER INNOCENTES COEPISTI
QVAM STAVILES TIVI (ista vilis tibi) HAEC VITA EST
QVAM TE LETVM EXCIPET MATER ECCLESIA DE OC
MVNDO REVERTENTEM · COMPREMATVR PECTORVM
GEMITVM · STRVATVR FLETVS OCVLORVM

Formulae istae e S. Cypriani excerptae scriptis videntur, nam in libro *De lapsis* legimus : « Quam vos laeta excipit mater Ecclesia de praelio revertentes ! » Item : « Comprimatur pectorum gemitus : struatur fletus oculorum ». (5) Immo haec posterior formula etiam in liturgia est adhibita. (6)

(1) De Rossi, *Inscr. Christ.* t. I, p. 177, n. 404.
(2) *Peregrin. Sylviae*, ed. Gamurrini, 1888, Romae, p. 50.
(3) Le Bas, *Inscr. grecques et latines*, t. III, n. 2670.
(4) Le Blant, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. I, p. 93.
(5) S. Cyprianus, *De lapsis*, cc. II et XVI.
(6) Dom Cabrol, *Dictionn. d'arch. chrét. et de liturg.* t. I, col. 253.

ΚΑΛΛΙCΟΤΟC (sic) ΑΠΟΤΗC	Hic iacet Callistus
CΙΚΕΛΙΑC ΕΝΧΑΔΑΙ	Siculus, qui mortuus
ΚΙΜΕ ΠΑΡΟΙΚΗCΑC	est quadragenarius.
ΕΤΕ ΤΣCCΕΡΑΙΚΟΝ	In aeternitate
ΤΑ ΚΑΤΟΙΚΩ ΤΟΝ	habitat.
CΩΝΑ (sic) (Romae, in Coem. Maiore)	

Haud dubium est quin hic de anima agatur quae in aeterna beatitudine habitat; mos vero indicandi in epitaphio cuiusnam nationis esset defunctus, apud Orientales praesertim viguit, erga eos quibus in Occidentalibus regionibus mori contigisset.

M·AELIVS·TIGRINVS‖OB·REFRIGERIVM·C‖DOMVM·AETERNA‖VIVVS·FVNDAVIT (1)

Domus aeterna hic accipi debet pro *domus perpetua* quia evidenter sepulcrum significat uti iam in primi voluminis parte priore explicavi. Sic quoque intelligendae sunt ceterae eiusmodi formulae, quae raro antiquiores saeculo quarto occurrunt.

Haud paucae inscriptiones adclamationes exhibent eiusdem fere generis atque illae quas martyres proferebant: *Deo gratias. In nomine tuo, Christe Dei fili, libera servos tuos; — O Christe Domine, non confundar; — Succurre, Christe; — Propter te haec patior, Christe; — Domine, adesto servis tuis, et ne deseras eos usque in finem*; quae omnia liturgicas preces, praesertim pro defunctis, sapiunt, necnon Psalmistae cantica aliasque Scripturae paginas, ut etiam, sicut videbimus, inscriptiones sacrae necnon eae quae muris templorum a peregrinis incidebantur atque hodie *graffiti* ab antiquitatis cultoribus appellantur.

Sequens Aegyptius titulus nonnullos psalmi quinquagesimi versiculos in mentem revocat: (2)

(1) Cf. De Rossi, *Roma sott.* t. III, pp. 455–56.

(2) Miller, *Inscriptions grecques découvertes en Egypte*, apud *Revue archéologique*, 1883, t. I, p. 203.

Textus.

+ ENONOMATI...
VΠATPOC KAI TC...
VIOVKAITOVAΓIOV...
NEVMATOCKVPIE...
ΝΑΠΑVCONTHNΨΥΧΗ
ΝΤΗΔΟVΑΗCOVΘΕΟΔ
OTHTHCMAKAPIACEΛE
HCONAVTHCKATATOME
ΓΑΕΛΕΩCCOΥΟΘΕΩC
ΚΑΙΚΑΤΑΤΟΠΛΗΘΟCΤΩ
ΝΝΙΚΤΙΡΜΟΝCOVΕΞΑΛ
ΙΨΟΝΤΟΑΝΟΜΙΟΝΑVΤΗ
CKAIEΛEHCONAVTHC
ΑΠΟΤΩΝΧΕΙΡΟΝCOΥΚ
ΑΙCTICONAVTHCEKΔE
ΞΙΑCCOVEΠΙΘΡΟΝΟΔΙΚ
ΑΙΩCVNHCKAIΠΙΟΔΙCO
ΝΑVTHCEΠΙVΔΑΔΟ

Transcriptio.

'Εν ὀνόματι[το-
ῦ πατρὸς καὶ το[ῦ
υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίο[υ π-
νεύματος, κύριε, [ἀ
νάπαυσον τὴν ψυχή-
ν τῆ δούλη σου Θεοδ-
ότη τῆς μακαρίας, ἐλέ-
ησον αὐτῆς κατὰ τὸ μέ-
γα ἔλεως σου, ὁ θεῶς,
καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶ-
ν νικτιρμῶν σου, ἐξάλ-
ιψον τὸ ἀνόμιον αὐτῆ-
ς, καὶ ἐλέησον αὐτῆς
ἀπὸ τῶν χειρὸν σου, κ
αὶ κτίσον αὐτῆς ἐκ δε-
ξίας σου ἐπὶ θρόνο δικ
αιωσύνης, καὶ ποδίσο-
ν αὐτῆς, ἐπὶ ὕδαδο

Versio.

In nomine
Patris et Filii
et Spiritus
Sancti. Domine,
da requiem animae
famulae tuae Theodote;
miserere eius, Deus,
secundum magnam
misericordiam tuam,
et secundum
multitudinem mi-
serationum tuarum
dele iniustitias
eius, eiusque
per manus
tuas miserere
et aqua
requietis eam

CANAΠAVCEΩCEK
ΗΜΗΘΗΕΝΚVΡΙΩΑΜ
ΗΝΧΡΙCΤΟVΜΑΡΙΑΓ
ΕΝΝΑΑΜΗΝΗΠΡΟΤΗ
ΗΗΜΕΡΑΑΠΟΘΑΝΟ
ΝΤΗΝΑVΤΗCΦΑΜΕΝ
ΩΘΙΑΗΜΕΡΑΓΕΠΙΤΕ
ΑCΣ ΗΜΕΡΑC ΚΑΤΑCΕ
ΛΗΝΗΚΣΕΙΝ · CΕΝΕΡΗΝΗϛΘ

ς ἀναπαύσεως. Ἐκ-
ημήθη ἐν κυρίῳ, ἀμ-
ήν. Χριστοῦ Μαρία γ-
ένννα, ἀμήν. Ἡ πρότη
ἡ ἡμέρα ἀπὸ θάνο-
ν τῆς αὐτῆς, φαμεν-
ώθι ἀ ἡμέρα γ΄ ἐπὶ τ-
ὰς Σ ἡμέρας κατὰ σε-
λήνη κέ ειν. Ἐν ἐρήνῃ ϛθ΄.

refrigera. In
Domino obdormivit,
amen. Maria mater
Christi, amen.
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Romana quaedam inscriptio hanc praebet formulam: *Domine, ne quando adumbretur spiritus* (id est anima) *Veneris*! quae illas repetere videtur antiquissimas supplicationes: *Ne quando rapiat ut leo animam meam*! ... *Ne cadat in obscurum*! Menda tamen perdifficilem eius lectionem faciunt; quod quidem non est semper serioris aetatis indicium, uti apparet ex infra relatis ac eiusdem circiter temporis Romanis inscriptionibus (Tabb. 136, 137). Eadem enim vox *neophytus* dum in priore fere recte descripta est, in posteriore aliam ab illa prorsus esse dixeris.



Tab. 110. (Coem. Callisti).

Difficile est iudicare, cum animal ferox miteve, aut alicuius virtutis symbolum repraesentatum in titulis cernatur, utrum revera ad indolem defuncti referatur. Columba et agno

exceptis, cetera animalia ad nomina potius defunctorum alludere videntur. Etenim, quod columba animam significet non est cur repetam; de agno pariter dicendum, cum locum saepe occupet columbae, et aliunde agnus aliquando defunctus in epitaphiis vocetur, immo eodem modo atque in Sacra Scriptura Iesus Christus: *Agnus sine macula, Agnellus Dei*:

— LAVRENTIVS INNOX ANIMA AGNVS
SINE MACVLA QVI DE SECVLO
RECESSIT BIXIT ANN · XV · MES
V · D · III (1)

— IANVARIVS INNOCENTISSIMVS
IN PACE
☧ (agnus) (2) ☧

— ROGATO ET AGAPITO DVOBVS FRATRIBVS INNOCENTIBVS
QVI BICXERVNT INTER SE ANNOS
VII BENE CESQVENTIS PARENTIS FECERVNT (agnus) (3)

Formula vero ACNEGLVS DEI (Tab. III) huic alii respondet cuiusdam Romani epitaphii qua puer Christianus vocatus est *filius Dei* Θεοῦ τέκνον:



ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΕ ΒΡΕΦΟΣ
ΚΟΙΝΟΥ ΒΙΟΤΟΙΟ ΑΜΟΙ
ΡΟΣ·ΗΔΙΣΤΟΥ ΠΑΤΕΡΟΣ
ΚΑΙ ΜΕΤΕΡΟΣ ΕΥΜΟΡΦΙΗΣ
ΠΡΩΤΟΤΟΚΟΝ ΔΙΕΤΕΣ ΘΕΩ
ΜΕΜΕΛΗΜΕΝΟΝ ΗΔΥ·ΗΔΙ
ΟΠΑΙΣ ΛΥΠΩΝ ΓΑΥΚΡΟΥΣ
ΧΡΗΣΤΟΥΣ ΤΕ ΤΟΚΗΑΣ
Θ Ο · ΤΚΝ (4)

(1) MARTIGNY ap. *Annal. de l'Acad. de Mâcon*, t. V, 1860, p. 94.
(2) BOLDETTI, *Osservazioni* etc. p. 365.
(3) MAI, *Scriptorum veter. nova coll.* t. V, p. 401, n. 3.
(4) OBERLIN, *Museum Schöpflini*, Argentorati, 1773, p. 72

Ἐνθάδε κεῖμαι βρέφος κοινοῦ βιότοιο ἄμοιρος
Ἠδίστου πατέρος καὶ μητέρος εὐμορφίης,
Πρωτότοκον, διετὲς, Θεῷ μεμελημένον ἠδύ,
Ἠλιόπαις λιπὼν (?) γλυκεροὺς χρηστούς τε τοκῆας,
Θεοῦ τέκνον.

Parvulus hic iaceo, vitae communis at expers
Suavi cum genitore et formosa genitrice.
Primus eram natus, bimus, charusque Deo, sed
Coelicola afficio blandos moerore parentes.
Filius Dei (sum)

Ut ex adductis patet exemplis, animas praesertim puerorum puellarumque tanta nominum dulcedine primaevi Christiani vocabant, neque raro occurrunt formulae huiuscemodi: *Anima sancta, anima pura, anima pientissima, anima simplex, anima bona, anima innox, innocens, innocentissima*; item vocabula: *Mustula, Mustiola, Melitus*; unde et formulae: *Anima melleia,*[1] *mellitissima.*[2]

Tab. III. (Coem. S. Agnetis.

Apparet insuper, cum figura animalis, etiam nomen eiusdem, veluti defuncti nomen, ut *Aquila, Aquilinus*, ubi figura est aquilae; *Leo*, ubi figura leonis repraesentata est.

Tab. II2. (Mus. Lateran.).

Non pauca epitaphia praecipuas Christianorum virtutes, seu quae maximi apud fideles haberentur, nobis revelant; et ea

(1) FABRETTI, *Inscr. antiq.* etc. p. 576, n. 163.
(2) *Nuovo Bull. d'arch. crist.* 1908, p. 230.

quidem haud raro antiquioribus ac poeticis consarcinata formulis. Specimina proferam: (1)

+ EPYTFIVM HVNC Q HINTVIS LECTOR
BONE RECORDATIONIS ACAPI NEGVCI · ATORIS (= negotiatoris)
MEMBRA QVIESCVNT · NAM FVIT ISTE STACIO (statio)
MISERIS ET PORTVS EGINIS · (egenis) OMNEBS APTS (omnibus aptus)
FVIT PRAECIPVAE LOCA SCORVM ADSE
DVE (assidue) ET ELEMOSINAM ET ORACIONEM
STVDVIT · VIXIT IN PACE ANNS LXXXV · OB
VIII KAL APRILIS LXI PC IVSTINI INDICT QVARTA (2)

Ex hac inscriptione colligitur, inter bona opera et sanctorum loca adire adnumeratum fuisse; illa vero: *Statio miseris et portus egenis*, ad exemplum Psalmistae dicta videntur, et hac quidem laude non pauca presbyterorum exornantur Graeca epitaphia, ut infra videbimus.

GERMINE SVBLIMI PROBA NOMINE MENTE PROVATA
QVAE SVBITO RAPTA EST HIC TVMVLATA IACET
IN QVA QV*i*DQVIT HABENT CVNCTORVM VOTA PARENTVM
CONTVLERAT TRIBVENS OMNIA PVLCHRA DS (Deus)
HINC MESTVS PATER EST AVIAE MA1RIQVE PERENNIS
*moes*TITIA HEV FACINVS CAVSA PERIT PIETAS
ACCIPE QVI LACR*i*MIS PERFVNDIS IVGETER ORA
MORS NIHIL EST VITAM RESPICE PERPETVAM
QVAE VIXIT ANNVS · V · ET MINSIS VIIII
OBIIT · SD · III · IDS · OCTVBRIS · PAVLINO · V K (3)

Inter omnes sequens forsan praecellit affectibus inscriptio quam Romae, in villa Pinciana Burghesia, legere est:

(1) Selectam harum inscriptionum habes apud Dom CABROL, *Dictionn. d'arch.* etc. art. *Bonté chrétienne*, coll. 1008 sq.

(2) LE BLANT, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. I, n. 17.

(3) LE BLANT, *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. I, p. 31, n. 12, pl. III, n. 9.

+ HEV MEMORANDE PATER LONGI MIHI CAVSA DOLORIS
ET QVAERENDA NIMIS CVNCTIS TVA GRATA SENECTVS
TE CARVM SVBOLE TE FIXVM SENSIT AMICVS
TE LEVITAS TORVVM DVLCEM COGNOVIT HONESTAS
TVRPIA CASTIGAS VIVENS CVM CONIVGE CASTA
ACTIBVS VRBANIS MISCEBAS GAVDIA RVRIS
VT TVA PLVS GEMINO FVLGERET VITA LABORE
NAM MERITVM MORS IPSA DOCET QVAM PECTORE LAETO
OPTASTI IN MANIBVS FILIORVM SAEPE TVORVM
SVMERE ET AMPLEXV DVLCI TENVARE NEPOTVM
ADFVIT HIS VOTIS EXCELSI GRATIA CHRISTI
FELIX VITA FVIT FELIX ET TRANSITVS IPSE

HIC·REQ·ACHILLIS VS·QVI VIXIT ANN·PLM·LXXVII·DEP·V·KA·IVN PAVLINO IVN VC·CS·
(An. 534). (1)

In quadam supra relata Romana inscriptione defunctus loquens inducitur atque parentes deprecans ne eius defleant mortem:

> Ne trisres la(crimas ne p)ectora tundite v(estra),
> O pater et mater, n(am reg)na caelestia tango (p. 134).

Neque aliter hic (Romanus quoque) titulus sonat:

> . . . . . .
> TEQVE OPTIMA MATER PETO EREPTVM TO*t malis ne doleas*
> NON TIBI NVNC PRIMVM LVX MEA ... RAPTVS ERO (2)

In Caiani denique et Achillis supra relatis epitaphiis transitum ipsum, id est mortem, felicem legimus fuisse.

E contra longe alia Aegyptia epitaphia in universum apparent, in quibus, quae ad aeternam beatitudinem vel ad preces

(1) De Rossi, *Inscr.* t. I, p. 475, n. 1047. — Formula: *Felix vita fuit felix et transitus ipse* iam in Caiani, Constantini amici, epitaphio invenimus.

(2) Dom Cabrol, *Dictionn. d'arch. chrèt.* etc. col. 1045.

pro defunctis pertinent exceptis, vix, aut ne vix quidem ab antiquioribus ethnicis differunt epitaphiis. Exemplorum caussa:

Oh quae est separatio ista! Oh profectio magis quam omnis alia longinqua! Oh dura ad ripam navigatio! Oh mors! – vox in omni ore amara – quae laniat, quae patres a filiis, filiosque a patribus dividit! Quicumque scit flere super eos qui mortui sunt ei, huc accedat ac de iuventutis meae fato magnam promat lamentationem! Ego Ioannes, diaconus, matrem viduam reliqui. Veni in urbem ΚΩC, ibique mortuus sum. In hoc sepulcro posuerunt me. Memores mei estote, carissimi, ut mihi parcat Deus. Hodie obdormivi, die decimotertio mensis Paophi, indictione XIII. (1)

En alia ex eadem regione proveniens:

Oh inflexibile et inexorabile decretum! Quae adhuc heri edebat ac bibebat, hodie eius os clausum est, nec amplius unquam poterit comedere! Attuli oblationem meam in templo cum puellis meis sociis, quum subito venit mors super me. Omnes qui me noverant obliti sunt mei. Itaque ego in sepulcro obdormivi, ego, inquam, Maria, haec infelix puella, hodie, XVI mensis Pachon, indictione prima. Ieiunate omnes pro me ut Deus misereatur animae meae! (2)

(1) E. RÉVILLOT, *Les affres de la mort chez les Egyptiens* ap. *Revue égypt.* 1880, t. I, p. 139, et 1885, t. VI, p. 2. Cf. Dom CABROL, loc. cit. col. 1052.

(2) E. RÉVILLOT, loc. cit. 1880, t. I, p. 138, et 1885, t. IV, p. 3. — Huius tituli meliorem nescirem invenire commentarium, quam haec H. Leclercq verba: « Nous avons ici un exemple de ce que ces petits textes épigraphiques, non pas précisément dédaignés, mais ignorés des liturgistes, hypnotisés par des textes rebattus cent fois, peuvent fournir de détails précis pour la vaste enquête méthodique entreprise sur les origines et le développement du culte chrétien. Ce n'est pas par la topographie et la chronologie que l'on pourra arriver à dresser ce que nous appellerions, faute d'un meilleur mot, le cadastre des institutions liturgiques primitives. Dans cette étude, le rôle de l'épigraphie est considérable, parce qu'il permet de déterminer la localisation de telle et telle forme, et c'est par la morphologie du langage que l'on arrivera à restreindre de plus en plus le champ dans lequel une œuvre liturgique, anonyme, impersonnelle, non datée, a eu le plus de chances et une quasi-nécessité de se produire. Notre inscription nous montre la pratique de l'oblation dans la Haute-Egypte, conforme à ce qui se pratiquait dans le monde romain. Les fidèles se rendaient à l'offrande par catégorie, ce qui implique des séparations dans l'église, groupant, ici les hommes, là les vierges, là les veuves etc. Marie

Verum, etiam in Assyria eiusmodi non desunt epitaphia, licet multo rariora quam in Aegypto inveniantur, et exemplo sit sequens Palestinensis inscriptio, quam ethnicam facile dixeris, nisi eam crux praecederet, et Christiana sequeretur adclamatio:



Tab. 113.

+ Θειοδότου παῖς εἰμι Γεώργιος αλλά με Μοῖρα
Ἔσβεσεν ἐν νεότητι γόον δ' ἀπέλειπα τοκῆϊ
Καὶ θείῳ μεθ' (*sic*) ἔπετα ὃς μ' ἔτρεφεν ἐσθλὰ διδάξας
Ἄλλως.
Τὸν γλυκερὸν χαρίεντα Γεώργιον ἡΰτε λύχνον
Ἔσβεσε Μοῖρ' ὀλοὴ πινυτὸν παί(δ)' ἄνχι δὲ πά[π]που
Κεῖται νέος Φαέθων Ἑλικώνιος· ὃς γενετῆρι
Καὶ θείῳ μεθ' (*sic*) ἔπειτα γόον πολὺ δάκρυν (*sic*) ἀφῆκεν +.
ΙΝΔ(ικτιῶνος) ΙΒ ἔτ[ους] ΙΗ + ὁ Χ(ριστο)ς ἀναπαύσῃ σε ὀρφανέ μου.

a présenté son offrande entourée de ses compagnes. Notons au passage la demande faite de pratiquer des jeûnes pour l'assistance de l'âme. Au point de vue des superstitions antiques, nous pouvons remarquer que la croyance à la vie des âmes dans le sépulcre, à la nécessité où elles se trouvent de manger, a complètement disparu; enfin nous recueillons un témoignage sur la culture intellectuelle des églises coptes» (Dom CABROL, loc. cit. col. 1053). Auctor deinde sequentia refert verba E. Révillot, quae intimam epitaphiorum huiuscemodi naturam explicant: « Le texte que nous venons de reproduire et de traduire est, comme le précédent, en copte très pur et tout à fait classique. Le style est poétique et rythmé; les phrases sont courtes, et elles nous offrent par la contexture, comme par le sens et la pensée, un parallélisme constant. C'est de la poésie, mais une poésie très analogue à celle des Hébreux que nous rencontrons dans nos deux documents. Tous les deux du reste semblent avoir été rédigés sur un plan analogue. On dirait qu'il a eu en Egypte, pour ces com-

Ego sum Georgius, Theodoti filius. Sors me iuvenem extinxit, unde in luctu patrem meum reliqui et patruum, qui me aluerat optimeque educaverat. Aliter: Funesta sors dulcem et venustum Georgium, pulchrum puellum, sicut lampadem extinxit. Iuxta avum suum iuvenis hic Phaeton Eliconius iacet, qui et patruum et patrem in luctu et multis lacrimis reliquit. ┼

Indictione decima secunda. Duodeviginti annorum. Christus tibi requiem donet, orphane mi! (1)

Verumtamen eiusmodi inscriptiones ad seriorem plerumque pertinent aetatem; unde iidem quos descripsi ex De Rossi doctrina canones chronologici illis quoque titulis generatim conveniunt.

At omnia hucusque relata exempla superat, ac vere singularis momenti dici potest, quaedam Lycaonica inscriptio, a W. Calder anno praeterito reperta.(2) Innumerabilia pene

positions, un cadre fixe et obligatoire, comme pour les poètes avant l'Islam et les Moallakat. D'abord, on trouve un préambule assez emphatique, commençant par des exclamations et des lamentations sur la mort. Ensuite, le mort prend lui-même la parole, se nomme, raconte son trépas et le malheur de sa destinée. Jusque-là, le poème est resté traditionnel sans avoir rien de religieux. Puis, comme il s'agit de chrétiens, on ajoute une demande de prière d'une forme parfois touchante, avec l'indication de dates suffisantes pour célébrer les adniversaires. Ce sont du reste de magnifiques morceaux, qui pourraient prendre place dans une chrestomathie, à côté du texte des *gnomes*, des œuvres de Sénuti etc. Toutes le règles de la grammaire y sont scrupuleusement observées; chaque mot y est parfaitement à sa place, et y représente une nuance, soit de style, soit de pensée » (E. RÉVILLOT, *Mélange d'épigraph. et de linguist. égypt.* ap. *Mélange d'arch. égypt. et assyrienne*, 1874, t. II, p. 169). Quibus sane praeclaris verbis unum hoc adiungam, nempe et Ieremiae lamentationes nonnihil sapere epitaphia illa videri.

(1) *Revue biblique*, 1906, pl. IX, n. 3, p. 249: « Il est probable que le jeune homme, nommé un orphelin, avai perdu sa mère, qui n'est pas mentionnée dans l'épitaphe. Tandis que cette poésie (!) de commande, faite en double cliché s'évertue dans la mythologie, un cri d'espérance chrétienne révèle la pensée intime des survivants. L'âge a été rejeté en marge, car il était difficile de le mettre en vers. Après le chiffre de l'indiction, on attendrait plutôt celui de l'année courante que l'âge du défunt. L'ordre des sigles exclut cependant la possibilité de voir un chiffre de centaine à la suite de ιη'; c'est donc une croix précédant l'exclamation chrétienne sur laquelle se clôt l'épitaphe » (loc. cit. p. 920).

(2) W. CALDER, *A fourth century Lycaonian bishop* ap. *The Expositor*, nov. 1908, pp. 385-408.

effossa sunt in Lycaonia epitaphia, eaque Constantini temporibus tum anteriora tum posteriora; inter quae non pauca presbyterorum et presbyterissarum nomina referunt, atque ceterorum ecclesiasticorum munerum pretiosa praebent testimonia.[1] Ibi enim presbyter οἰκονόμος interdum vocatus deprehenditur, neque desunt formulae ad Psalmistae verba alludentia: *patris orphanorum et iudicis viduarum*, uti iam in quadam Gallica inscriptione supra relata notavimus (p. 265). Sic in hac apud Novam Isauram reperta inscriptione:

— χηρῶν ὀρφανῶν [ξένων ταλαι]πώρων ἀρωγὸς [Νέστωρ ὅς?], πρεσβύτε[ρ]ος τῶν ἱ[ερῶν ἀναλω]μάτων μ. χ.

Protector viduarum, orphanorum, alienigenarum et pauperum, Nestor, Nestoris filius (?), sacrarum expensarum presbyter. Memoriae caussa.

Quod idem legimus de quodam Athanasio, Tarsi episcopo:

— ὀρφανῶν ἀντιλήπτωρ, χηρῶν ὑπερασπιστής, καταπονουμένων βοηθός, καὶ χειμαζομένων λιμήν.[2]

Protector orphanorum, defensor viduarum, auxilium eorum qui opprimuntur, et periclitantium portus.

Ex quibus documentis liquido patet, non solum viduas Deo consecratas, sed omnes viduas Ecclesiae expensis nutriendas fuisse (has tamen titulo caritatis), exceptis sane quae parum honeste se gererent, uti ex alia eiusdem regionis inscriptione apparet, in qua Nestor quidam, sanctus presbyter, protector dicitur integrarum viduarum:

— Νέστωρ σεμνὸς πρεσβύ]τερος, μετρίων χηρῶν ἐπαρωγός.[3]

Sed ad Lycaonicam praefatam inscriptionem veniamus, cuius textus, iuxta Ramsay supplementa, sequenti pagina integer exhibetur.

(1) Cf. praesertim W. Ramsay, *Luke the physician*, London MCMVIII, pp. 332–410; et Tabb. 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14.

(2) W. Ramsay, loc. cit. p. 352. — Cf. *Analecta Bollandiana*, XII, 10 (ed. Usener).

(3) W. Ramsay, *Louke the physician*, p. 360.

Μ. Ἰού[λ.] Εὐ[γέ]νιος Κυρίλλου Κέλερος Κουησσέως βουλ(ευτοῦ),
στ[ρ]ατευσ[άμ]ενος ἐν τῇ κατὰ Πισιδίαν ἡγεμονικῇ τάξι,
καὶ γήμα[ς θ]υ[γ]ατέρα Γαίου Νεστοριανοῦ συγκλητικοῦ
Γ]α. Ἰουλ. Φ[λα]ουιανήν, καὶ μετ' ἐπιτει[μ]ίας στρατευσάμενον, (sic)
ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ κελεύσεως φ[ο]ιτησάσης ἐπὶ [Μ]αξιμίνου
τοὺς Χρ[ε]ιστιανοὺς θύειν καὶ μὴ ἀπα[λ] λάσσεσθαι τῆ[ς]
στρατεί[α]ς, πλείστας δὲ ὅσας βασάνου[ς] ὑπομείνα[ς]
ἐπὶ Διογένους ἡγεμόνος, σπουδάσας δὲ ἀπαλλα[γῆναι]
τῆς στρατείας τὴν τῶν Χρειστιανῶν πίστιν φυλάσσω[ν,]
χρόνον τ[ε] βραχὺν διατρείψας ἐν τῇ Λαοδικέων πό[λι]
καὶ βουλήσει τοῦ παντκράτορος θέοῦ ἐπίσκοπο[ς]
καταστα θεὶς, καὶ εἴκοσι πέντε ὅλοις ἔτεσιν τὴν ἐπίσκ[οπὴν]
μετὰ πολλῆς ἐπιτειμίας διοικήσας, καὶ πᾶσαν τὴν ἐκ[λησίαν]
ἀνοικοδομήσας ἀπὸ θεμελίων καὶ σύνπαντα τὸν περὶ αὐτὴν
κόσμον — [τ]ουτέστιν [σ]τοῶν τε καὶ τετραστοῶν καὶ
ζωγραφιῶ[ν] καὶ κεντήσεων κὲ ὑδρείου καὶ προπύλου (συν) καὶ πᾶσι τοῖς
λιθοξοικοῖς ἔργοις — καὶ π[άντ]α⟨ς⟩ ἁπλῶ(ς) κατασκευάσ[ας, ἀρνούμε]νος τε τὸν τῶν ἀνθρώπων
βίον ἐποίησα ἐμαυτῷ πέ[λτα] καὶ σορὸν ἐν ᾗ τὰ[π]ρ[ογεγραμμένα] ταῦτα ἐποίησα ἐπιγρ⟨ά⟩φιν ἐ-
⟨ις⟩ τύμβον ἐ)μὸν τῆς τε ἐκ[δοχῆς] τοῦ γένους μου.

Transcriptionis fide supposita latine vertimus hoc modo:

M. Iul. Eugenius, Cyrilli Celeris Quessae (?) senatoris, militiae addictus in exercitu ducis Pisidiae et matrimonio iunctus G. Iul. Flavianae, Gaii Nestoriani senatoris filiae, cum honore militarem vitam egi. Interim vero quum a Maximino edictum prodiisset quo Christiani sacrificare iubebantur militia non derelicta, plurimasque a Diogene duce vexationes perpessus essem, militia absolvi studui, fidem Christianam servans. Per breve tempus in civitate Laodicea commoratus, voluntate omnipotentis Dei episcopus sum constitutus, et per totos viginti quinque annos episcopali dignitate magno cum honore sum perfunctus: ecclesiam totam a fundamentis construxi et omnem eius ornatum – scilicet porticus, atria, picturas, sculpturas (?), fontem, vestibulum, et omnia polito lapide facta opera – haec omnia quum ex integro confecissem, abrenuntians vitae hominum mihi ipsi tumbam lapideam faciendam curavi, in qua ea quae supra scripta sunt inscribi iussi tumbae meae et posteritatis generis mei.

Erit fortasse aliquis, inter lectores, cui parum probetur quod bene officio functum esse suo hic episcopus se iactet; sed ad morem proprium epitaphiorum illius regionis animadvertendum est. Praeterea Episcopus iste, ut videtur, militis senatorisque animum retinuit, quo quidquid sibi gloriae verti posset, illud alte decantaret. Id alioquin in omnibus fere epitaphiis serioris aetatis deprehendimus; licet plerumque in illis superstites sint qui defunctum laudent, non autem ipse sit laudator sui defunctus.

Quod autem maioris videtur momenti in hoc epitaphio, mentio est de Maximini persecutione, quae diversae atque Diocletiani Galeriique persecutiones indolis apparet. Isti enim Christianis militibus exercitum purgare (ut aiebant) conati sunt, eosque nullo stipendio nullisque emeritae militiae commodis e castris expulere.(1) Maximinus, e contra, Christianos ad sacrificandum compulsos, quominus arma deponerent impedivit; unde Eugenius noster, post multas perpessas vexationes, secrete a militia discessit.

Exinde etiam lucem accipit concilii Arelatensis canon ter-

(1) Lactantius, *De mortibus persecutorum*, 10: « Datisque ad praepositos litteris, etiam milites cogi ad nefanda sacrificia praecepit, ut qui non paruissent, militia solverentur ».

tius quo, anno 314, arma tempore pacis deserere milites vetabantur.[1] Ecclesia scilicet Occidentalis, eo praescripto, imperatoris Constantini potestatem corroboravit, quippe a quo pace donata fuerat. Anno autem 325, Nicaena synodus eos Christianos milites communione ecclesiae privavit, qui, cum Fidei caussa militiam deseruissent, postea Licinii, contra Constantinum pugnantis, meriti essent stipendiis.[2]

Pretiosae item sunt notitiae circa opera huius episcopi ad templum restaurandum peracta, praesertim si cum libro X (2, 6) Eusebii historiae conferatur, ubi de templorum post pacem Ecclesiae reconstructione sermo est.

Brevitati studens, nequeo fusius tam pretiosum monumentum illustrare; neque de ceteris eiusdem regionis epitaphiis ulterius, ut par esset, disserere. Non pauca illis titulis notabunt studiosi cum Occidentalibus epitaphiis esse communia, licet utrumque genus propriam habeat indolem et stilum. E Lycaonicis titulis liquido patet diaconissae munus speciale in ecclesia illius regionis officium fuisse, dum presbytera fere semper presbyteri uxor apparet. Item presbyteris aut etiam episcopis, potius quam diaconis, bonorum administrationem ac dispensationis curam concreditam fuisse evidenter eruitur; presbyteris denique atque episcopis nomina tributa inveniuntur, quae in Constitutionibus Apostolicis legimus eis convenire (c. 35, II).

Quod autem maxime omnium regionum epitaphiis commune videtur, laus est virtutum quibus potissimum Christiani honorabantur, dulcedinis scilicet et hominum amoris (Tab. 105):

... ΙΑΛΑΕΚΟCΜΗCΕΝΤΟΝ ΜΑΚΑΡΙΟΝ ΠΑΠΑν γΑΥΚΥΤΑ‖ΤΟΝ ΚΑΙ ΠΑΝτΩΝ ΦιΛΟΝ ‖ ΦΙΛΤΑΤΟC ὁ ΜΑ‖ΚΑΡΙΟC ΠΑΠΑC ὁ ‖ ΘΕΟΥΦΙΛΟC ‖ Μ · Χ (3)

... illa beatum papam (id est episcopum) honoravit, dulcissimum et omnium amicum. Carissimus est beatus Papa Domini amicus. Memoriae ergo.

(1) *Syn. Arel.* can. III: «De his qui arma proiiciunt in pace, placuit abstinere eos a communione».

(2) Can. XII. Cf. *The Expositor*, pp. 386–419, London, Nov. 1908.

(3) Miss Ramsay, *Studies in the Art and History of the Eastern Provinces*, Anderson, p. 22 sq.

Antequam ad inscriptiones sacras transeamus, titulorum specimina proponam, in quibus praecipua Christianorum symbola conspiciantur, licet eorum explanatio alii huius operis parti reservata sit.

COEM. PRISCILLAE.

INSCRIPTIONES IN TEGULIS MINIO DELINEATAE.



Tab. 114. Eukaristi. (Ex *Römische Quartalschrift*, 1906).



(Tab. 115. (Ex *Römische Quartalschrift*, 1906).



Tab. 116. (Ex *Romische Quartalschrift*, 1906).



Tab. 117. TER*entius*?
(Ex *Römische Quartalschr*
1906).



Tab. 118. (Ex *Bull. d'arch. crist.*).

COEM. CALLISTI.



Tab. 119.



Tab. 120. Anima defuncti in paradiso repraesentata.

Tab. 121.

Tab. 122.
*depos*ITA EST || *ad mar*TIRES
(Ex WILPERT, ap. *Röm. Quartal.* 1908).

Tab. 123.
Sabini bisomum se bibum fecit sibi in cymeterium Balbinae, in cripta noba.

CHRISTIANA EPITAPHIA SYMBOLIS INSTRVCTA.

1.



2.



3.



4.



5.



6.



7.

8.

9.



10.

11.



12.



13.



14.



15.



16.

Tab. 124. (1)



Tab. 125.

INSCRIPTIONES ANCHORAE AC PISCIS
ALIORUMQUE SYMBOLORUM FIGURAS EXHIBENTES.



Tab. 126. (Mus. Lat. P. XIV).



Tab. 127. (Ex *Röm. Quart.* 1906, p. 17).



Tab. 128.

(1) Inscriptio ista mutila primum inventa est, ac I. B. De Rossi partem quae deerat ita supplevit, ut diceret mortuam Eupliam sub Liberio episcopo; quae tamen pars, cum in lucem prodiisset, formulam hanc praebuit: *sub Liberio papa.*



Tab. 129. (Ex *Bull. di arch. crist.* 1890, Tab. IV, n. 15).



Tab. 130. (Ex *Bull. di arch. crist.* 1890, Tab. V, n. 1).



Tab. 131. (Ex De Rossi, *Roma sott.* t. III, Tab. LVII-LVII, n. 25).



Tab. 132. (Ex *N. Bull. di arch. crist.* 1902, Tab. VI, n. 3).

Tab. 133.
(Mus. Lat. Pila XVII, n. 27).

Tab. 134.
(Mus. Lat. Pila XIV,
ex Coem. Calepodii).

Tab. 135. Anima inter sanctos repraesentata.
(Ex *Römische Quartalschrift*, 1891, p. 349).



Tab. 136. ... IN PACE X*risti*
(Mus. Lateran. Pila VIII).



Tab. 137. ... IN ☧(*Christo*) DEO NEOPHYTO ...
(Mus. Lateran. Pila VIII).

CAPUT VI.

Inscriptiones sacrae.

Nunc illae veniunt inscriptiones recensendae, quae sacrae, seu votivae, dedicatoriae, commemorativae, hagiographicae, secundum earum diversam destinationem, vocantur. Primum votivae inscriptiones occurrunt, nec paucae et magni quidem momenti; quippe quae testimoniorum continuam seriem de sanctorum cultu, deque firma futurae vitae spe exhibeant. Nimirum vota solvebantur erga martyrum sepulcra vel ecclesias, unde formula: *Votum solvit.* Nec fiebant solum ad martyres honorandos, sed etiam ad eorum intercessionem obtinendam, tum pro vivis tum pro mortuis, licet non semper de voto haberetur mentio, sed saepe illud subintelligi deberetur. Itaque sunt inscriptiones vere et proprie votivae, quae solum martyres nominant quibus titulus dedicatur; sic plerumque Damasiana epigrammata, de quibus mox erit loquendum; confer interim carmina 5*, 6, 42, 13, 61, 78, 87, 88.[1] En iam aliorum exemplorum specimina:

TERTIV IDVS ☧ IVNIAS DEPOSI‖TIO CRVORIS SANCTORVM MARTVRVM ‖ QVI SVNT PASSI SVB PRESIDE FLORO IN CIV‖ITATE MILEVITANA IN DIEBVS TVRIFI‖CATIONIS INTER QVIBVS HIC INNOC‖*ens* EST I-┼CE IN PACE (est ipse (?) in pace).

Agitur hic de *innocente* puero, apud tumulum ubi martyrum sanguis depositus est, sepulto. Inscriptio vero diem commemorat, quo Numidiae praeses Florus, Diocletiano et Maxi-

(1) Ed. Ihm, *Damasi epigrammata*, Lipsiae, MDCCCLXXXXV.

miano imperatoribus, eos *qui*, ut ait Optatus Milevitanus, *ad sacrilegia venire non poterant, ubicumque thus ponere cogebat.*(1)

— NOMINA
MARTV
ROY · NIVALIS
MATRONE
SALVI
FORTVNATV
QVOT PROMISIT
FECIT

(Cirtae in Africa inventa).

— MARTIRIB SANCTIS PROMISSA COLONICVS INSONS
SOLVIT VOTA SVA LÆTVS CVM CONIVGE CARA
HIC SITVS EST IVSTVS HIC ATQVE DECVRIVS VNA
QVI BENE CONFESSI VICERVNT ARMA MALIGNA
PRÆMIA VICTORES CHRISTI MERVERE CORONAM(2)

(Cirtae in Africa inventa).

Sed pretiosius exemplum ipsa Africa nobis exhibet, ex quo tota martyrum cultus ratio, scilicet eorum apud Deum deprecatio, deprehenditur:

+ IIII NON · SEPT · PASSIONE MARTVR
ORVM HORTENSIVM MARIANI ET
IACOBI DATIIAPIN RVSTICI CRISPI
TATI METTVNI BICTORIS SILBANI EGIP
TII $\overline{\text{SCI}}$ $\overline{\text{DI}}$ MEMORAMINI IN CONSPECTV $\overline{\text{DNI}}$
CVARVM NOMINA SCIT IS QVI FECIT $\overline{\text{IND}}$ XV(3)

(1) Optatus Milev. *De schism. Donat.* lib. III, c. VIII, *P. L.* t. XI, col. 1018; cf. lib. I, c. XIII; S. Aug. *Contra Cresconium*, lib. III, n. 27, *P. L.* t. XLIII, col. 511.

(2) De Rossi, *Bull. di arch. crist.* 1875, p. 171; 1876, tav. III, n. 1.

(3) *Corp. inscr. Lat.* t. VIII, n. 7924.

Huiuscemodi inscriptiones non raro unicus martyrum actorum extant historicus fons, proindeque legendarum plurium fundamentum veluti sunt et nucleus, sicut, exempli gratia, famosa illa Clematii inscriptio, muro chori ecclesiae S. Ursulae in urbe Colonia infixa, quam I. B. De Rossi ad quintum saeculum pertinere affirmat:

DIVINIS FLAMMEIS VISIONIB*us* FREQVENTER || ADMONIT*us* ET · VIRTVTIS MAGNAE MAI||ESTATIS MARTIRIS VIRGIN*um* IMMINENTIVM PARTIB*us* ORIENTIS || EXSIBITVS PRO VOTO CLEMATIVS V·C·DE PROPRIO IN LOCO SVO HANC BASILICAM || VOTO QVOD DEBEBAT FVNDAMENTIS || RESTITVIT SI QVIS AVTEM SVPRA TANTAM || MAIESTATEM HVIVS BASILICAE VBI SANCTAE VIRGINES PRO NOMINE · $\overline{\text{XPI}}$ · SAN||GVINEM SVVM FVDERVNT CORPVS ALICVIVS || DEPOSVERIT EXCEPTIS VIRGINIBVS· SCIAT SE || SEMPITERNIS TARTARI IGNIB*us* PVNIENDVM

Non sane etiam spernendae sunt inscriptiones votivae et dedicatoriae quas ipsi fideles in trabibus, in petris, in liminibus aliisque in partibus templi, ut cum impensa sua tales aedificii constructae fuissent partes, apponendas curabant. Exempla:

Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ βο(η)θείας τῶν κοπιώντω(ν), ἀμήν.

(Stela a P. Elia Trappista apud Ierusalem inventa).
Pro salute et auxilio eorum qui patiuntur.

Ὑπὲρ σωτηρίας **Μαρίας**.

Pro salute Mariae. (1)

Eiusmodi formulae non raro in ruinis Orientalium ecclesiarum repertae sunt et cotidie reperiuntur; in quibus tamen egregius Germer-Durand distinguendam putat formulam ὑπὲρ σωτηρίας a formula ὑπὲρ ἀναπαύσεος, propterea quod prima ad viventes referatur, secunda vero ad defunctos; quarum formularum utrique latina proprie respondet formula: *salus mentis et corporis*, vel *salus aeterna.*

(1) M. DE VOGÜÉ, *Temple de Jérusalem*, p. 133, tab. XXXVII, n. 7.

En exemplum Graecam utramque complectens formulam:

+ Ὑπὲρ σωτηρ(ίας) Σωφρονίας (καὶ) ἀναπ(αύσεως) Βαριχί(α).

(Legitur haec inscriptio in quodam baptisterio apud Kherbet Zachariam).

Pro salute Sophroniae et requie Barichiae.

Alia votiva inscriptio habet:

Φῶς–Ζωή.

Ἁγία Μαρία (καὶ) Μάρθα, προσδέξε τὴν καρποφορίαν ὧν Κ(ύριο)ς γινώσκει.(1)

(Discus aereus apud Bethaniam inventus).

Lux, vita. Sancta Maria Martha, accipe oblationem eorum quos Deus noscit.

In Bethleem basilica, in baptismali concha scriptum legitur:

Ὑπὲρ μνήμης καὶ ἀναπαύσεως, καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, ὧν Κ(ύριο)ς γινώσκει τὰ ὀν(όματα).

Pro memoria, requie et peccatorum remissione eorum, quorum nomina scit Deus.

Quam simplex venustas in his formulis, quae offerentium nomina modeste et candide tacent!

Denique non raro eiusmodi inscriptiones vel simplicem salutationem ad martyres continent, vel fidei mysterium proclamant, vel (idque praesertim in Oriente) sententiam e divina excerptam Scriptura prae se ferunt:

— Χαιρέσθε Θ(εο)ῦ Μάρτυρες

(In pavimento musivo, sub ingressu ecclesiae S. Ioannis, apud Ain–Karim).

Salvete, martyres Dei!

— Εἷς Θεὸς ὁ βοεθῶν τὸν δεσπότα Ἀντωχιανοῦ.

(Legitur in Ionico quodam capitello apud Beit–Gimal invento).

Unus Deus, qui dominum Antochiani adiuvat.(2)

Prima huius formulae pars saepe occurrit in Christianis inscriptionibus Syriae atque Aegypti; videtur autem coepisse saeculo quinto in praefatis regionibus communis fieri, estque

(1) *Revue biblique*, 1892, p. 588.

(2) *Revue biblique*, 1893, pp. 212–213.

fidei professio indiciumque veluti theologicarum disputationum, quae animos per longum tempus in Africa praesertim turbaverunt. Denique, in Aegypto, ea in epitaphiis potius legitur; atque insigne eiusmodi exemplum in museo Christiano Vaticano (*sala egiziana*) habetur :

EIC ΘEOC O BOHΘ(ος)..... I PEBEKA (1)

En exemplum aliud veluti dolentis et angoribus cruciatae animae vox deprecans Christum :

ΚΕ ΧΡΕΒ	ΚΑΙΕΛΕ
ΟΗΘΙCΑΜ...	ΗCΟΝΜΕ
	ΚΤΕΚΝΩ
Κ(ύρι)ε Χρ(ιστ)ε	καὶ ἐλέ-
βοηθ(ε) Σαμ...	ησον μὲ
	κ(αὶ τέκνω(ν). (2)

Domine Christe, adiuva Sam..., et mei meorumque filiorum miserere !

+ ΤΟΥΓΗΓΗΚΑΙΤΟ +
ΠΛΗΡΩΜΑΑΥΤΗC
+ ΕΠΙΑΛΕΖΑΝΔΡΟΥ
ΔΙΑΚΟΝΟΥΕΠΛΑ
ΚΩΘΗΤΑΩΔΕ
ΕΤΟΥCΧΜΠΕΡΙΤΙΟΥ

Domini est terra et plenitudo eius. (*Ps.* XXIII).

Sub Alexandro, diacono, hoc applicatum est, anno 640, περιτιου.....

(Parisiis, ap. Luparae (Louvre) mus.).

+

ΦΩΝΗ ΚΕΠΙ	Φωνὴ Κ(υρίου)ἐπὶ
ΤΩΝ ΥΔΑΤΩΝ	τῶν ὑδάτων

(In cisterna basilicae S. Sepulcri). (3)

Vox Domini super aquas (*Ps.* XXVIII, 3).

(1) Formulas eiusmodi nonnullas apud CABROL, *Dictionn. d'arch. chrét. et de liturg.* t. II, art. *Boetheia*, coll. 963, 964, 965 (auctore H. LECLERCQ) invenies.

(2) *Revue biblique*, 1893, p. 207.

(3) *Revue biblique*, 1892, p. 587.

Κύριε, βοήθι τῷ οἴκω τούτῳ καὶ το(ῖ)ς ὑκοῦσιν ἐν αὐτῷ.

(Supra fores cuiusdam domus Antiochiae).

Domine, protege domum istam et omnes habitantes in ea. (1)

Haec inscriptio etiam legitur in summo cuiusdam domus ostio apud Antiochiam:

+ Εἷς Θεὸς ὑπὲρ ὑμῶν· τίς ὁ καθ' ὑμῶν; δόξα αὐτῷ πάντοτε. +

Si Deus pro nobis, quis contra nos? Gloria ei in aeternum. (2)

Eiusmodi inscriptiones in Africa indicium certum extant basilicarum restaurationis, vel decorationis, eaeque non paucae esse debebant, sed ipsis cum basilicis exciderunt. Inter alia verba isti praeferebantur versiculi, aliquantum a Vulgatae versione discrepantes iuxta diversas tunc adhibitas lectiones:

Exurge, Domine Deus; exaltetur manus tua (*Ps.* X, 12).

Exaltabo te, Domine, quia suscepisti me; et non iucundasti inimicos meos super me (*Ps.* XXXIX, 2).

Respice et exaudi me Domine Deus meus (*Ps.* XLII, 4).

Edmundus Le Blant nobis exemplum Africanum suppeditat, in quo ipse angelicus hymnus adhibitus est: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Haec est domus Dei.* (3)

Romae in coemeterio Callisti, ad S. Cornelii sepulcrum LVII psalmi versiculus 17 legitur:

+ Ego autem cantabo birtutem tuam, et exaltabo mane misericordiam tuam, quia factus set (*sic*) susceptro (*sic*) meus et refugium meum in die ... (4)

(1) Le Bas, *Inscr. grecques et latines* recueillies en Grèce et en Asie-Mineure, 1870, t. III, n. 2666.

(2) Vogüé, *Syrie centrale*, pl. 39.

(3) Le Blant, *L'épigr. chrét.* 112.

(4) Wilpert, *Pitt. delle catac.* textus, p. 460.

Sed in Oriente vera sunt aliquando epitaphia huius eiusdem indolis, ut in sequentibus exemplis quae ad liturgiam funerariam respondent:

— Ὁ κατοικ(ῶν) ἐν Βο(ηθείᾳ)τοῦ Ὑ(ψίστο)υ.

Qui habitat in adiutorio Altissimi (*Ps.* LXXXX).

+ Ἐπὶ σοὶ, Κ(ύρι)ε, ἤλπι(σα), μὴ κατ(αισ)χυνθείην.

In te, Domine, speravi, non confundar (*Ps.* XXX).

— Κ(ύριο)ς φωτ(ισμός) μ(ου).

Deus lux mea est (*Ps.* XXVI). (1)

— Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· Θεὸς Κύριος καὶ ἐπίφανεν ἡμῖν.

Benedictus qui venit in nomini Domine; Deus Dominus et illuxit nobis (*Ps.* CXVIII, 16, 27). (2)

— Ἔ[δω]κάς μοι εὐ[φροσ]ύνην εἰ[ς] τῆς παρδίαν μου. + Ἀπὸ καρποῦ σίτου καὶ οἴνου καὶ ἐλλέου ἐνεπλήσθημεν ἐν ἰρήνῃ.

Dedisti laetitiam in corde meo, fructibus frumenti vini et olei cumulati sumus in pace (*Ps.* IV, 7, 8). (3)



Tab. 138. Hypogeum in Monte Mithridatis (Kertsch).

+ Κύριος φυλάξ(ε)ι σε ἀπὸ πα(ν)τὸς κακοῦ, φυλάξ(ει) τὴν ψυχήν σου ὁ Κύρ(ι)ος. Κύρι(ος) φυλά(ξει) τὴν εἴσοδόν σου καὶ τὴν ἔξοδόν σου ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ (ἕω)ς τοῦ (αι)ῶνος +

Dominus custodiat te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum, ex hoc nunc, et usque in saeculum (*Ps.* CXX, vv. 7, 8).

Inscriptiones istae, necnon et Iudaicae generis eiusdem pretiosissimae evadent iis, qui corrigendis sacri textus libris nuper

(1) *Revue biblique*, an. 1892, p. 577.
(2) Le Bas, *Inscr. grecques et latines* etc. n. 2661, a, b, c, d, e, f.
(3) C. E. Swainson *The Greek liturgies*, n. 2648.

praepositi fuerunt a summo Pontifice. Ad liturgias quod pertinet, item epitaphia et inscriptiones necessariae quam maxime sunt ut paullatim prototypus liturgiarum restitui possit; utrique nobilissimo sane proposito ordinis S. Benedicti doctissimi patres operam impendunt.

De mensarum institutione iam in primo volumine verbum feci et in praesenti vide pag. 99. Restat ut dedicationum ecclesiarum de inscriptionibus loquar, quae diversas continent formulas secundum diversos ecclesiarum patronos vel titulos. Inter eas notabiles sane eae sunt, quae fidei mysteria commemorant, vel, praeter apostolorum et martyrum, etiam Virginis Mariae dignitatem cultumque confirmant.

Apud Antiochiam:

EIC ΘEOC XMΓ MONOC

— Εἷς Θεὸς Χριστος Μαρίας γενηθείς μονος = Unus Deus Christus ex Maria genitus (an. 377).

— [Ἐν ὀνόματι Πατρ]OC KAI ΥΙ[ο]‖Υ KAI AΓIOΥ ΠNEΥM(ατος) K'(αὶ) THC ΘE[οτόκου... παρ]‖ΘEN[ου.....] = In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti et Virginis Deiparae... (1)



Tab. 139. Sigillum ad panes eucharisticos signandos, apud Ezra inventum. (Ex *Revue bibl.* 1904, p. 265).

Clarissimus Waddington opinatus est siglas XMΓ vel ante pacem Ecclesiae in quodam epitaphio Orientali adhibitas fuisse. (2)

Formula autem monotheistica EIC ΘEOC, in Oriente, etiam in domestica supellectile, saeculo quinto, legitur; praesertim vero tamquam sigillum documentis omnis generi apponebatur, et sic etiam matrices ad sigilla imprimenda illa formula praeditae reperiuntur, et exemplum habes in tabula 139.

In pavimento cuiusdam Palestinensis destructae ecclesiae (apud Medaba), tres leguntur inscriptiones quae illam ex an-

(1) Le Bas, op. cit. nn. 2660, 2679.

(2) Le Bas et H. Waddington, *Voyage archéol. en Grèce et en Asie-Mineure*, t. III, n. 2145.

tiquissimis ad Virginem Deiparam consecratis ecclesiis unam fuisse revelat, necnon a quibus ipsa dedicata fuerit.

Prima inscriptio:



Tab. 147. (Ex *Revue bibl.* an. 1892, p. 639).

Παρθενικὴν Μαρίαν θεομήτορα, καὶ ὃν ἔτικτεν Χ(ριστὸ)ν, παμβασιλέα, θεοῦ μόνον υἱέα μούνου δερκόμενος, καθάρευε νόον καὶ σάρκα, καὶ ἔργα, ὡς καθαραῖς εὐχαῖς αὐτὸν θ(νῆτο)ν λαόν.

Virginem Mariam Dei matrem considerans, eumque quem genuit Christum regem, unicumque Dei filium, spiritu, carne ac operibus esto purus, ut tuis precibus ipsum mortalem populum purificare possis.

Secunda inscriptio:

(Τ)ὸ πάνκαλον ἔργον τοῦτο τῆς ψηφώσ(εως τοῦ ἑ)
(ροῦ τού)του καὶ σεπτοῦ οἴκου τῆς ἁγίας καὶ ἀχραντοῦ Δεσποί-
(νης θεο)τόκου σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ τοῦ φιλοχ(ρίστο)υ λαοῦ ταύ-
(τη)ς]
(πόλεως Με)δάβων ὑπὲρ σωτηρίας, καὶ ἀντιλήψεως ἀφε-
(ιμένω..)ν τῶν καρποφορησάντων καὶ καρποφό-
(ρων ἐν) ἁγίῳ τόπῳ τούτῳ, Ἀμὴν Κύριε! Ἐτελειώ-
(θη διά) θεοῦ, μηνὶ φεβρουαρίῳ, ἔτους Ε′ο′δ′, ινδ(ι)κ(τιῶνος) ε′.

Pulcherrimum hoc musivum opus huius sanctuarii ac purissimae Dominae Dei Matris sanctarum aedium Medabae civitas zelo (faciendum) curavit, pro salute ac praemio defunctorum ac viventium benefactorum in hoc sanctuario. Amen, Domine! Finitum est, Deo adiuvante, mense februario, anni sexcentesimi septuagesimi quarti, indictione quinta.

Uti clarissimus P. Séjourné animadvertit,(1) cum de Seleucidarum vel Graecorum aera hic agatur, annus indicatus anno Christiano respondet trecentesimo sexagesimo secundo; cui quidem tempori et operis pulchritudo ceteraque congruunt indicia.

Tertia inscriptio est huiusmodi:

Αγίας Μαρία βοήθει Μηνᾶ το δ

Sancta Maria adiuva Mena IV (?).

En aliquae inter magis in Occidente usurpatas formulas, quae, cum ingressum templorum respiciant, in summis ecclesiarum ostiis vel in liminibus et pavimentis, sive incisae, sive musivo elaboratae, leguntur. Ut facile intelligitur, ipsae non sunt saeculo quarto antiquiores:

Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum (*Ps.* CXX, 8).
Haec porta Domini; iusti intrabunt in ea (*Ps.* CXVII, 20).
Hic domus Dei nostri, – Hic domus orationis.

PAX TIBI SIT QVICVMQVE DEI PENETRALIA CHRISTI
PECTORE PACIFICO CANDIDVS INGREDERIS(2)

Hic exaudietur omnis qui invocabit nomen $\overline{\text{Dni}}$ $\overline{\text{Di}}$ omnipot.

Supra portam basilicae Vaticanae, opere musivo composita, haec legebatur quondam dedicatoria inscriptio:

MARINIANVS VIR INL · EX $\overline{\text{PF}}$ PRAET · ET CONS · ORD ·
CVM ANASTASIA INL · FE*m* · *eius* DEBITA VOTA
BEATISSIMO PETRO APOSTOLO PERSOLVIT
QV*a*E PRECIBVS PAP*a*E LEONIS MEI
*pro*VOCATA SVNT ATQ · PERFECTA ·

In basilica vero S. Sabinae hanc, quae sequitur saeculi v inscriptionem est videre, musivo quoque elaboratam opere:

Culmen apostolicum cum Celestinus haberet
Primus et in toto fulgeret episcopus orbe,

(1) *Revue biblique*, 1892, p. 643.
(2) Le Blant, *L'épigr. chrét.* p. 68.

Haec quae miraris fundavit presbyter Urbis
Illyrica de gente Petrus, vir nomine tanto
Dignus, ab exortu Christi nutritus in aula,
Pauperibus locuples, sibi pauper, qui bona vitae
Praesentis fugiens meruit sperare futuram.

Ad cuius latera inscriptionis stant duae mulieres, ibique scriptum est:

ECLESIA EX GENTIBVS – ECLESIA EX CIRCVMSCISIONE

Maximam hagiographicarum historicarum inscriptionum partem Damasiana nobis protulit musa, atque de iis, licet breviter, speciali tamen modo loquendum.

ARCHETYPVS·LAPIS·EST·IN·MVSEO·CAPITOLINO
SANCTIS·MARTVRIBVS
PETRO·ET·MAVROLEONI
DOMNIS·VOTIVM·REDD
DOMNIS·SANCTIS
PETRO·ET·MAVROLEONI
MARTVRIBVS
ORIGINIS
IGNOTAE
E·COEM·CALLISTI
TITVLVS·AEREVS·VOTIVVS
REPERTVS·INTRA·VRBEM
VEL·IN·SVBVRBANO
TEMPORIBVS·SANCTI
INNOCENTII·EPISCOPI
SANCTO·MARTYRI
SEBASTIANO·EX·VOTO·FECERVNT
E·BASILICA·SEBASTIANI·MART·VIA·APPIA
HET·PROMVLTIS·BENEFICIIS
E·RVINIS·VRBIS·VEL·E·SVBVRBANO·LOCO·INCERTO

CAPUT VII.

Damasiana carmina.

Centum circiter Damaso adscripta cognoscuntur carmina, quae in quattuor dividi possunt classes. Primo nimirum recensentur epigrammata, quae, ut quorundam sacrorum librorum capitibus praeponerentur, perhibetur concinnasse; cuius generis duo tantum supersunt certa exempla, alterum Psalterio, alterum Apostoli gentium epistolis appingendum (p. 1, n. 1; p. 3, n. 2).[1] Secundo vero loco veniunt quae Damasus conscripsit ut praefigerentur sepulcris et monumentis sacris, suntque multo ceteris numerosiores. Tertiam carmina moralia classem constituunt, cuiusmodi fuerunt versus *de virginitate*, nobis quidem ignoti, quos, scribens ad Eustochium, Hieronymus legendos commendat.[2] Item, *carmen* ad quemdam fratrem corripiendum, his verbis incipiens: *Tityre tu fido recubans sub tegmine Christi* (p. 7, n. 3*), et *Liber Damasi papae de vitiis*[3] cuius nihil ad nos usque pervenit. Denique addenda sunt carmina in Salvatoris laudem concinnata, quae Damasi operibus ab editoribus diversis adnumerata videmus.

(1) Numeri adpositi in textu loca indicant ubi, in opere MAX. IHM: *Damasi epigrammata*, carmina praefata inveniantur; quod semel monitum sufficiat.

(2) «Legas Tertullianum ad amicum philosophum scribentem et de virginitate alios libellos et beati Cypriani volumen egregium et papae Damasi super hac re versu prosaque composita» (HIERON. *Ad Eustochium de custodia virginitatis*).

(3) Illustris L. Delisle librum praefatum extitisse comperuit, cum in quadam bibliotheca anthologiam invenit ubi, inter alios codices, etiam *Damasi papae liber de vitiis* consignatus erat (L. DELISLE, *Les manuscrits du Comte d'Ashburnham*, p. 87).

Verum, si secundam excipias classem, non pauca, praesertim inter ultimo recensita, Damasi propria non videntur; unde sedulo nobis distinguendum erit, si his carminibus uti in nostris investigationibus velimus. I. B. De Rossi plures tradidit rationes ad vera a spuriis Damaso adiudicatis carminibus discernenda, quas quidem praestat breviter hic subiicere.

Tres notae sunt, quae genuina Damasi carmina afficiunt: explicitum auctoris testimonium, stylus, litterarum forma, si marmore incisa sint. Et primum quidem, Damasus saepe semetipsum auctorem sui carminis praedicat, exempli gratia: *Nunc Damasi monitis aures praebete benignas; Hic fateor Damasus volui mea condere membra.* Cum autem Damasus nomen suum non semper inter versus inseruerit, sed aliquando extra carmen, velut in dedicatione seu nuncupatione, apposuerit, non proinde statim de alicuius epigrammatis spuria origine, si mentio illa desit, pronuntiandum est. Aliunde fieri sane potuit ut, ad auctoritatem sibi conciliandam, scriptores quidam suis fraudulenter carminibus nomen Damasi affinxerint sicut verisimile est de S. Agathae hymno evenisse, qui, pro Damasiano aliquando habitus, Damasum manifesto non sapit; si quidem alium fuisse huius nominis carminum concinnatorem dicere necesse non sit. Etenim Damasi cuiusdam episcopi, a papa diversi, in quadam inscriptione veteris ecclesiae consecrationem referente, mentio reperitur: DA DAMASO VITAM POST MORTEM CHRISTE REDEMPTOR, necnon ad alium Da-Damasum Portuensem episcopum, quem aliqui eumdem ac episcopum Formosum, deinde papam, arbitrati sunt fuisse, nonnullae spuriae de morte S. Hieronymi litterae ficte inscribuntur. Alius denique commemoratur Damasus, iuris canonici peritissimus, qui, recentiori aetate, saeculo enim decimo quarto, floruit. In his igitur, quae ad indubia Damasi nostri opera recognoscenda pertinent, summa sedulitate procedendum. Certissimum vero hac in re criterium interdum habemus, harum videlicet, quae, a Furio Dionysio Filocalo earum auctore nomen sortitae, Damasianorum marmorum quasi sunt propriae, litterarum adhibitum exemplar. Qui quidem Filocalus eximius

quoque, ut hodie dicitur, calligraphus et computator extitit, atque Liberii iussu, calendarium ecclesiasticum, anno 336, ut videtur, exaratum, perfectius et ad annum usque 354 deductum renovavit.

De Damasi carminum litteraria ac poetica indole severe satis plerumque, necnon prorsus immerito iudicatum est. Maximiliani Ihm referam verba: « Habuit (Damasus) elegans in uersibus componendis ingenium, teste Hieronymo (*De uir. inl.* 103); cuius elegantiae re uera uestigia adsunt, quippe cum elegantem poetam ille sit imitatus, Vergilium... Minime uero ueri poetae nomen meruit, id quod clamat carminum indoles, in quibus facile desideraueris non quidem studium breuitatis pietatisque, nec speciem quamdam artis ad Vergilii exemplum formatae, sed ingenium sollertiamque ad inueniendum acutam uarietatemque colorum atque spiritum uere diuinum: formulas enim locutionesque iterare solet, ut taedium paene adferat legentibus ». (1)

De carminum autem istorum, quoad res, pretio pauca etiam dicenda. Nimirum cum Damasus exornanda praecipua et nominatissima monumenta versibus curaverit, et ideo certas de his colligere notitias studuerit, eius carmina historice maximi facienda sunt. Documentorum enim non fuit incuriosus, atque, ut valde verisimile est, fuit Ecclesiae notarius, suisque impensis bibliothecae aedes restituit. Etenim de se ipso ait:

Hinc pater (puer?) exceptor, lector, levita, sacerdos ...
Hinc mihi provecto Christus, cui summa potestas,
Sedis apostolicae voluit concedere honorem.
Archibis fateor volui nova condere tecta ...
Quae proprium Damasi teneant per saecula nomen (p. 58, n. 57). (2)

Quonam vero modo usus sit Damasus notitiis sibi vel familiaribus, vel quas facile acquirere poterat, ex ipsius eruitur

(1) Ihm, *Damasi epigrammata*, p. IX.

(2) Plerumque inter lectores eligebantur exceptores qui archivis et tribunalibus ecclesiasticis addicti essent (Cf. De Rossi, *Bibl. della Sede Apostolica* ap. *Studi e documenti di storia e diritto*, 1884, p. 335). Primum huius carminis versum de Damasi patre accipit egregius Marucchi, sed de hoc infra loquendum.

testimonio: *Vita fuit Marci quam novimus omnes:* ..... (*Marcelli*) *Damasus voluit comperta referre.* Quod autem ei coaevum non fuit, id ex ore seniorum excepit: *Percussor retulit Damaso mihi, cum puer essem* (p. 34, n. 29).

Item, quando non satis potuerat rem e coaetaneis eruere testibus, tunc his utebatur formulis: *Fama refert* (p. 43, n. 40; p. 54, n. 52); ... *fertur*, ... *Haec audita refert Damasus; probat omnia Christus* (p. 42, n. 37).

Igitur quae narrat aut vulgo cognoscebantur, aut scriptis consignata fuerant. Quod si nobis obscura quaedam verba eius sint, aequalibus tamen non ita, quia narrata plerumque facta aliunde fideles comperta habebant, et martyres celebrati ex rerum gestarum compagine facile dignosci poterant. Itaque Damasi testimonium veluti certissimum habendum, praeter quod unicus extet aliquando vel primus historiae testis, sicut in S. Tarcitii elogio:

> Par meritum, quicumque legis, cognosce duorum,
> Quis Damasus rector titulos post praemia reddit.
> Iudaicus populus Stephanum meliora monentem
> Perculerat saxis, tulerat qui ex hoste tropaeum,
> Martyrium primus rapuit levita fidelis.
> Tarsicium sanctum Christi sacramenta gerentem
> Cum male sana manus premeret vulgare profanis,
> Ipse animam potius voluit dimittere caesum
> Prodere quam canibus rabidis caelestia membra (p. 21, n. 14).(1)

Quomodo autem ita aliquando, ex Damasianis dumtaxat carminibus quorumdam factorum, quae alia ex parte prorsus oblivioni sunt tradita, notitiam eruere fas sit, perspicue ac praeclare S. Eusebii epigrammate deprehendere est. Illud carmen fuse exponam utpote instituto nostro omnino congruens:

(1) Non videtur dubium hoc epigramma martyris fuisse adpositum sepulcro; id autem antequam eius corpus corpori papae Zephyrini in eodem uniretur tumulo, in basilica quadam subdiali coemeterii Callisti, factum non perhibetur. Hinc solvenda difficultas, curnam in carmina eodem de pontifice Zephyrino mentio nulla? (Vide supra, p. 168).

DAMASVS EPISCOPVS FECIT

DAMASI PAPAE CVLTOR ATQVE AMATOR

FVRIVS DIONYSIVS FILOCALVS SCRIBSIT

HERACLIVS VETVIT LABSOS PECCATA DOLERE

EVSEBIVS MISEROS DOCVIT SVA CRIMINA FLERE

SCINDITVR IN PARTES POPVLVS GLISCENTE FVRORE

SEDITIO CAEDES BELLVM DISCORDIA LITES

EXTEMPLO PARITER PVLSI FERITATE TYRANNI

INTEGRA CVM RECTOR SERVARET FOEDERA PACIS

PERTVLIT EXILIVM DOMINO SVB IVDICE LAETVS

LITORE TRINACRIO MVNDVM VITAMQue RELIQVIT

EVSEBIO EPISCOPO ET MARTYRI

(P. 25, n. 18).

Nonnisi ex hoc carmine aliquantulam schismatis Heraclii notitiam nacti sumus; et ex eo tantum de Eusebii pontificis exilio, deque eius in Sicilia insula morte nobis constat, ita ut haec inscriptio vere historiae quaedam pagina dici debeat. De diversa autem horum versuum interpretatione plura sunt notanda.

Heraclius ex his fuit qui disciplinam Ecclesiae infringere conabantur, ut scilicet lapsi nulla fere poenitentia peracta, in communionem Ecclesiae iterum reciperentur; unde exorta iam a dimidio saeculi tertii acerba de eiusmodi peccatoribus reconciliandis disputatio, quam populares turbationes tum Romae tum in Africa subsequutae sunt. Quorum miserrimorum dissidiorum indicia sunt epistolae S. Cypriani et Romani cleri post S. Fabiani mortem Ecclesiae gubernanti curae praefecti: « Pulsent sane fores, aiebat Romanus clerus, sed non utique confringant; adeant ad limen ecclesiae, sed non utique transiliant; castrorum caelestium excubent portis, sed armati modestia, qua intelligant se desertores fuisse ... Non bellicum

clangant ..., non contra Ecclesiam, quae illorum dolet casus, armatos esse se credant ».[1] Cyprianus vero ad Romanos scribebat: « Seditionis origo iam coepit, per aliquot civitates; in praepositos impetus per multitudinem factus est, et pacem, quam a martyribus et confessoribus datam clamitabant, confestim sibi repraesentari coegerunt, territis et subactis praepositis suis ».[2] Verum circa hanc quaestionem altera fuit inordinatio et haeresis: eorum scilicet qui, ob Novatum Novatiani vocati, non amplius lapsos ad poenitentiam, necnon ad communionem Ecclesiae admittendos esse decernerent. Cum vero contra hos illa Pacianus verba scripserit: « *Ecclesia est* ... ubi *miseris lacrymae non negantur*, ubi curantur aegroti, ubi nihil sibi vindicat insolens sanitas et superba iustitia »,[3] lapsi autem tunc temporis *miseri*, *miserandi*, *miserrimi* a catholicis vulgo quoque vocarentur,[4] nonnulli arbitrati sunt Heraclium in Damasiano carmine commemoratum, *qui vetuit labsos peccata dolere*, dum contra *Eusebius miseros docuit sua crimina flere*, Novatianum haereticum fuisse.

Sed optime I. B. De Rossi,[5] non ita esse carmen accipiendum monet, quia S. Eusebii tempore iam Novatiani separati prorsus ab Ecclesia erant et insuper pauci contra innumeros catholicos, proindeque nequaquam potuissent seditionem Romae excitare. Per contrarium non pauci sane erant lapsi, qui, nulla peracta poenitentia, ad Ecclesiae communionem recipi statim volebant, sed quibus iam pontifex Marcellus veniae conditiones indixerat, uti ex alio Damasiano carmine et ex *libro pontificali* liquet. En quid Damasus habet de pontifice Marcello:

> Veridicus rector lapsos, quia crimina flere
> Praedixit, miseris fuit omnibus hostis amarus.
> Hinc furor, hinc odium sequitur, discordia, lites,
> Seditio, caedes; solvuntur foedera pacis.

(1) *Ep. cleri Romani inter Cyprianicas ep.* XXXI.
(2) CYPRIAN. *Ep.* LII *ad Antonianum.*
(3) PACIAN. *Ep.* III *ad Sympronianum*, § V.
(4) V. ANONYMUM, *Adv. Novatianum*, §§ I, XIII.
(5) DE ROSSI, *Roma sott.* t. II, pp. 201–204.

Crimen ob alterius Christum qui in pace negavit,
Finibus expulsus patriae est feritate tyranni
Haec breviter Damasus voluit comperta referre,
Marcelli ut populus meritum cognoscere posset (p. 51, n. 48).

Quaestionis ac dissensionis argumentum in illis versibus idem apparet atque in Eusebii carmine: ipsa enim temporis propinquitas, necnon formularum et nominum similitudo alterum aliter atque alterum non sinit carmen intelligi. Proinde, si in posteriore titulo lites seditionesque ex iniuncta poenitentia enatas esse doceatur, ex eadem caussa dissidia, quae in priore memorantur, orta fuisse est dicendum. Olim quidem falso a nonnullis in Marcelli carmine legebatur: *lapsos quia crimina flere praedixit miseros, fuit omnibus hostis amarus,* non autem, ut emendatior lectio vult: *praedixit, miseris fuit omnibus hostis amarus*; unde in sensum prorsus contrarium immerito abierant.

Hac difficultate soluta, statim alia occurrit, quidnam scilicet verba *foedera pacis* significent? Sunt qui, post Mommsen, ita ea accipiunt quasi de disciplina ageretur, quam iam a Cornelii temporibus Ecclesia lapsis imposuerat. Alii vero de pace populi Christiani hunc explicant locum, quorum dux I. B. De Rossi est, cui libenter adstipulamur. (1)

Utcumque res se habeat, clare vides quod iam animadvertimus, quantam nempe illud unum Damasianum marmor afferat lucem tenebris illius temporis de quo ne Eusebius quidem Caesareensis quidquam certi nobis tradidit. (2)

(1) En quid egregius archaeologus in II *Romae subterraneae* tomo (p. 206) scripsit: « *Tosto* (ovvero *a pubblico esempio*) *ambedue del pari furono esiliati per iniquità del tiranno, mentre il rettore della chiesa era stato custode della pace.* Il Tillemont e gli altri, che di questi versi poco o nulla intesero il significato, stimarono che l'esametro *integra cum rector servaret foedera pacis*, voglia dire, Eusebio avere mantenute intatte le leggi della *pace ecclesiastica* cioè della penitenza. Ma considerando il contesto ed il luogo parallelo nell'elogio di Marcello: *Seditio caedes solvuntur foedera pacis* diviene chiaro, che il *foedera pacis* qui significa la quiete e la carità; e che Damaso testifica Eusebio non aver avuto colpa veruna nei tumulti e nel sangue sparso per le sediziose arti di Eraclio, il quale solo aveva meritato l'esilio ».

(2) Praestat huc verba I. B. De Rossi fuse adducere: « Prima di procedere al fine e di ragionare della morte di Eusebio, è opportuno fare al-

Praeterea hoc hagiologicum, ut ita dicam, momentum omnes in Damasianis carminibus recognoscunt, nimirum quod per ea solemnibus veluti ac publicis documentis martyres non pauci populorum venerationi indicti sint. Qua de re erit fortasse qui postulet cur, in praefato Eusebii elogio, hic pontifex martyr vocetur, cum ex ipsa inscriptione constet eum minime fuisse occisum. Non est dubium illos, qui pro fide catholica exilium, carcerem, aliasque saevitias passi quidem erant, sed nequaquam talibus interierant, *confessores* tantum apud antiquos appellatos esse. Damasus ergo Eusebium martyrem declaravit, vel lato sensu, vel quia itineris aerumnas mors eius secuta. Tertullianus quoque in sua ad martyres epistola, idest ad Christianos carceribus vel metallis detentos, eos martyres designatos vocavit; immo et auctor *Libri pontificalis* omnes pontifices ante pacem Constantinianam, martyres appellat. Nisi igitur propter inscitiam huius auctoris dicere velimus in Libro pontificali cum martyribus confessores promiscue confusos fuisse, lato quoque sensu et eum, Tertulliani et Damasi instar, de istorum pontificum ipsiusque Miltiadis martyrio locutum esse fatendum. (1)

cuna riflessione sopra fatti tanto gravi, e che dipingono con sì vivi e veri colori le condizioni della chiesa romana all' indomani della persecuzione dioclezianea ed alla vigilia del trionfo costantiniano. Tanta era in quella chiesa la moltitudine dei fedeli, che una questione di interna disciplina ed i faziosi, i quali sogliono essere il minor numero, bastarono a turbare la publica quiete, ed a chiamare l'attenzione di Massenzio non come persecutore dei cristiani, ma come tutore dell' ordine. Allora cominciò in qualche guisa l' intervento del potere civile nelle faccende ecclesiastiche. Due papi furono successivamente esiliati, quasi fautori di sedizioni; ed essi, che si sentivano puri da colpa, tollerarono lieti l' esilio, nè vollero evitarlo o redimerlo col cedere alle ingiuste pretese degli impenitenti, rallentando il rigore della disciplina salutare. Così quei pontefici che i Donatisti poi calunniarono di apostasia e di complicità cogli apostati, furono invece confessori invitti delle sante leggi della chiesa sancite per l'emendazione e per la spirituale medicina dei *miseri lapsi.* Questa pagina di storia, omessa da Eusebio di Cesarea, è il prologo dell'èra di pace e del costantiniano editto promulgato in Milano » (loc. cit. pp. 206–207).

(1) Ceterum, et alii fuerunt episcopi qui, saeculo quarto, martyres, exilii caussa, vocati sunt, ut Vercellensis episcopus Eusebius, Trevirensis



Tab. 141.



Tab. 142.

Tabulae 141 et 142 exemplaria duo Damasianae inscriptionis repraesentant, primum saeculo sexto ad prototypi, tunc perfracti, imitationem effectum, alterum saeculo ultimo, e primi-

Tab. 143. (Ex *Römische Quartalschrift*, 1908).

geniis fragmentis restitutum. Tabula vero 143 quoddam prototypi fragmentum repraesentat anno praeterito inventum.

Paulinus, Neapolitanus Maximus. Immo et ipse Damasi antecessor, papa Liberius, uti iampridem De Rossi ac De Feis, nuperrime autem prof. Savio contra Funk et Duchesne, solidis confirmaverunt rationibus. Quo videlicet latu sensu vox *martyr* sit accipienda ex his deducitur verbis quae de

Denique Damasiana carmina maximi facienda sunt propter locorum indicationes. Quod quidem topographicum pretium valde exiguum, et aliquando etiam nullum evadit, si inscriptio prisco incisa lapidi suoque loco inventa non fuerit. Sic Damasianum carmen, in pontificum hypogeo a I. B. De Rossi repertum, utique antea ex collectaneis notum erat; verum errores contentionesque numquam destiterant apud antiquitatis peritos circa praefati hypogei locum, donec ubi primitus situm esset carmen tandem fuit compertum. Neque certo exorta esset circa ipsum S. Damasi sepulcrum controversia, si inscriptio quam pontifex pro matre sua concinnaverat, suo inventa fuisset loco, non autem in calce dumtaxat cuiusdam cippi impressa.(1) In cubiculo pontificum carmina Damasiana duo extabant, quorum autem ecce prius:

Tempore quo gladius secuit pia viscera matris,
Hic positus rector caelestia iussa docebam.
Adveniunt subito rapiunt qui forte sedentem;
Militibus missis populi tunc colla dedere.
Mox sibi cognovit senior quis tollere vellet
Palmam, seque suumque caput prior obtulit ipse,
Impatiens feritas posset ne la(ed)ere quemquam.
Ostendit Christus, reddit qu(i p)raemia vitae,
Pastoris meritum, numerum g(reg)is ipse tuetur (p. 20, n. 13).

Dionysio, antecessore suo in exilio mortuo, S. Ambrosius protulit: «... in exilii locis propiore martyribus titulo vitam exhalavit» (cf. *Civiltà cattolica, La questione di papa Liberio*, ann. 1908–9). Epigramma vero papae Eusebii, saeculo quinto, a Gothis diffractum est, eiusque fragmenta huc illuc dispersa. Saeculo autem sexto, pontifex Vigilius, ut I. B. De Rossi opinatur, illud restituit lapide quodam utens iam ad honorariam Caracallae imperatoris inscriptionem adhibito, proculque dubio ex Thermis eiusdem nominis, apud antiquam portam Capenam pariter a barbaris destructis, avulso. Plura vero fragmenta primigenii lapidis saeculo ultimo inventa sunt, eaque iuxta I. B. De Rossi totum restituit titulum. Verum et ipse De Rossi et lapicida pontificis Vigilii diverso invicem modo in verbis DAMASI PAPAE restituendis errarunt, nam De Rossi, putans alterum errasse cum scriberet: DAMASIS PAPPAE, quasi in litteram S nexum vocabuli SVI contraxisset, ita restituit: DAMASI SVI PAPPAE. Vide Tab. 143.

(1) Vide infra, p. 313, Tab. 146.

Agitur hic de pontifice Systo II, de quo S. Cyprianus, eius coaevus, scripsit: *Xystum in coemeterio animadversum sciatis ... et cum eo diaconos quattuor.*

Quod in Callistiano hypogeo fuerit pontifex deprehensus, non mihi videtur ambigendum, cum Damasi carmen dicat:

> Hic positus rector caelestia iussa docebam,
> Adveniunt subito rapiunt qui ...

his verbis enim quod in ipso loco evenit describitur.

I. B. De Rossi putavit quidem localem illam indicationem forsitan referri ad cathedram pontificiam, quae, tunc temporis, alibi esse poterat; sed hoc effugium potius esse quam argumentum quis non intelligat?

Arbitratus est etiam vir clarissimus martyrium Syxti locum habuisse in altera viae Appiae parte, in coemeterio nempe Praetextati; sed huic sententiae adversantur S. Cypriani verba: *in coemeterio animadversum*, id est supplicio affectum, *sciatis*;[1]

(1) Cypr. *Ep.* LXXXII, *P. L.* t. IV, col. 430. Potissimum de Syxti martyrio apud Callisti hypogeum I. B. De Rossi dubitandum arbitratus est, quod Felicissimus et Agapitus, Syxti diaconi, in Praetextati coemeterio sepulti sint, quod ibi fuerint vestigia cultus huius pontificis, videlicet eius imago depicta et figura cathedrae in corio sepulcri cuiusdam incisa; quod denique in eodem coemeterio debuerit occidi ubi imperatoris iussa violaverat. Ista quidem argumenta non sunt spernenda, sed tamen ex adverso nonnulla firmiora militant. Etenim Felicissimus et Agapitus potuerunt separatim occidi, sicut videtur Cypriani textus innuere, qui quattuor tantum affirmat diaconos una cum pontifice necatos, et hos ex Damasi carmine sepultos esse colligitur in eodem atque pontificem coemeterio: *Hic comites Xysti portant qui ex hoste tropaea.* Cum vero in Praetextati hypogeo Syxti duo clarissimi depositi fuerint socii, quis illius pontificis, etsi in Callistiano coemeterio trucidati, cultum et apud Praetextati coemeterium floruisse mirandum putet? Tandem, quod eodem loco ubi deprehensus fuerat occidi debuerit, non est qui infitietur; sed, ut iam animadvertimus, si Damasi carmen obvio sensu accipias, haud multum ambigua quaestio esse videtur. Ceterum ipsi egregii archaeologi discipuli idem prorsus cum magistro sentire non videntur; nam Armellini supra Callisti coemeterium Syxtum arbitratur occisum, et H. Marucchi unicum constituisse coemeterium Praetextati et Callisti catacumbas, aut ita consideratas has fuisse,

loquens enim de coemeterio sine ullo additamento, de coemeterio *antonomastice* dicto locutus est, sive de Callisti coeme-



Tab. 144. Carmen Damasianum sepulcro S. Syxti II in pontificum hypogeo adpositum.

terio. Neque difficultatem facessit quod sanctus Ambrosius aliique Patres Syxto S. Laurentium occurrentem, dum pontifex

quasi suspicandum ducit (cf. *Roma sott.* t. II, pp. 87 sq. et P. Syxtus, *Les cat. de St-Calixte*, c. III, pp. 117–124). Aliunde et Itineraria in hoc minime concordant inter se: visitabatur enim tum super coemeterio Prae-

duceretur ad supplicium, inducant; nam veri simillimum est Syxtum, in Callisti coemeterio deprehensum, dein praefecti ad tribunal ductum, postremoque ad Callistiana hypogea, ut ibidem poena capitis plecteretur, esse reductum.

Si vero de loco martyrii, quodam modo, adhuc sub iudice lis est, de sancti saltem sepultura nullum potest esse dubium, nam in altero carmine Damasiano, mox referendo, legitur:

Hic comites Xysti, portant qui ex hoste tropaea,

et alioquin ipsum Callisti coemeterium dicebatur *ad Sanctum Xystum*, necnon peregrinantium saeculi quarti vel quinti, in vestibulo praefati hypogei, pluries ad sanctum pontificem invocationes leguntur.

Breviter quidem, sed satis vehementer, postquam Pontificis deprehensionem et raptum descripsit: *Adveniunt subito rapiunt qui forte sedentem*, egregiam Damasus plebis Christianae fortitudinem testatur: *Militibus missis populi tunc colla dedere* ... etc.

Animadvertent autem studiosi chronologicam notam in primo expressam versu, qui de schismate Novatianorum accipi debet.

Alter carmen Damasianum hoc est:

1 Hic congesta iacet, quaeris si, turba piorum;
2 Corpora sanctorum retinent veneranda sepulcra,
3 Sublimes animas rapuit sibi regia caeli.
4 Hic comites Xysti, portant qui ex hoste tropaea;
5 Hic numerus procerum, servat qui altaria Chr(ist)i;
6 Hic positus longa vixit qui in pace sacerdos;
7 Hic confessores sancti quos Graecia misit;
8 Hic iuvenes pueriq(ue) senes castique nepotes,
9 Quis mage virgineum placuit retinere pudorem.
10 Hic fateor Damasus volui mea condere membra,
11 Sed cineres timui sanctos vexare piorum (pp. 18–19, n. 12).

Hos breviter versus commentans recenseamus:

1, 2. In martyrologiis atque in topographicis coemeteriorum Romanorum indicibus aliisque documentis, mentio interdum

textati, tum super coemeterio Callisti (quae via Appia tantum separata sunt) ecclesia ubi S. Syxtus cum diaconibus decollatus fuerat (cf. in prima parte primi voluminis itineraria ad calcem descripta: *Via Appia*).

fit de multorum, insimul depositorum, martyrum sepultura, praesertim in coemeterio Callisti.(1) Immo apud S. Caeciliam auctores conditos dicunt fuisse, alii nongentos martyres, alii octingentos, alii octoginta, alii denique innumerabilem multitudinem martyrum. Re enim vera, in fossionibus hoc ipso anno peractis sub Caeciliorum hypogeis, arenarium inventum est, ubi innumera coacervata corpora fuere. Ibi igitur et martyrum corpora illa congesta esse potuere quae Damasus primo relati carminis versu et Itineraria indicarunt. Ceterum carmen Damasianum totum coemeterium respicit, unde omnia martyrum polyandria huius coemeterii potuit unico versu pontifex commemorata habuisse; polyandria autem ipsa in Caeciliorum (quam dicunt) area plura inveniuntur.(2) Insuper nota sunt elegantissima Prudentii disticha de martyrum polyandriis quae in coemeteriis conspexerat:

> Sunt et multa tamen tacitas claudentia tumbas
> Marmora quae solum significant numerum...
>
> Sexaginta illic defossas mole sub una
> Relliquias memini me didicisse hominum.(3)

(1) Cf. tabulam itinerariorum ad calcem primi huius operis libri.

(2) Est sane cur aliquid huic notitiae obiter subiungam. Agitur, ut videtur, de amplissimis *arenae fodinis* ad sepeliendum adhibitis; non quidem more quo in catacumbis est videre, sed ut innumera coacervarentur corpora a solo usque ad tectum sediminum intar disposita, terrae alterna vice stratis interiectis. Igitur non ad ossa sed ad integra corpora condenda locus eiusmodi paratus fuit, quod ceterum primo intuitu adhuc cernere licet. Hoc non omnino excludit, fuisse apud primaevos fideles morem ossa iamdiu depositorum corporum in unicum reducendi locum, ut aliis corporibus iam adhibita pararentur sepulcra. Equidem vero, peste aliqua tot absumptos fuisse homines, libentius quam illos esse martyres dixerim; ceterum de innumeris Christianis apud viam Appiam necatis historica habentur indicia; necnon abbas ille Ioannes qui, saeculo sexto, relliquias martyrum quaestum Romam venerat, ex oleo apud sepulcra sanctarum Sapientiae, Fidei, Spei Caritatisque collegit, quae, in earum *Passione*, una cum quattuor Christianorum millibus occisae fuisse dicuntur. Circa historicum huius documenti pretium confer De Rossi, *Roma sott.* t. II, c. xxvii.

(3) Prudent. *Peristephanon*, XI, vv. 9 sq.

Nec sane dubium esse potest de significatione vocis *sanctorum* Omnes quidem Christiani sancti dicebantur, sed in inscriptionibus nonnisi martyres ita appellabantur, vel, ut summum, confessores. Ipse Damasus hanc adhibet distinctionem, nam, quando solummodo de fidelibus loquitur defunctis, nec eos *sanctos*, nec eorum corpora cineres sanctos vocat. Exemplum sint quos in coemeterio Vaticano apponendos conscripsit versus:

> Cingebant latices montem teneroque meatu,
> Corpora multorum, cineres atque ossa rigabant.
> Non tulit hoc Damasus, communi lege sepultos
> Post requiem tristes iterum persolvere poenas (p. 8, n. 4).

Ad commentarium nostrum redeamus.

3. Dum primus versus gravitate sua corporum acervos repraesentare videtur, secundus, minus gravis, transitum ad tertium parat, qui, rapidus et quasi volans, mirum in modum animarum raptum ad regiam caeli obumbrat.

4. De hoc versu satis iam dictum est.

5. Proceres, seu principes, pontifices sunt, qui honoris caussa Christi altaria custodiunt, seu sub altaribus iacent; unde versus ille, quasi alludens ac similitudinem afferens ad Apocalypsis versiculum: *Vidi subtus altare animas interfectorum* (1) respondet. A Paulino autem Nolano proceres Ecclesiae apostoli Petrus et Paulus appellati sunt. Vox vero *numerus* pro cohorte, legione vel alio simili vocabulo usurpatur, sicut in hymno canitur Ambrosiano:

> Te prophetarum laudabilis *numerus*,
> Te martyrum candidatus laudat *exercitus*.

6. Uti iam notavi, vox *sacerdos* pontificem significat. Quisnam vero sit iste pontifex *qui longa vixit in pace* disputationi est obnoxium. I. B. De Rossi eum S. Miltiadem putavit, quippe qui primus pacem a Constantino Ecclesiae redditam vidit. At

(1) *Apoc.* c. VI: « ... ille (Christus) super altari, ... isti (martyres) sub altari ... (S. AMBROS. *Ep.* 22, ed. MAURI).

quis longam vocabit vix trium annorum, quibus Miltiades sedit, pacem? Nonnullus e contra fuit ante Constantinum pontifex, qui neque vi mortalitatem expleverit, et dici potuit longa in pace vixisse; ut, exempli gratia, S. Urbanus, qui, imperante Alexandro Severo, minime Christianis infenso, vitam placide per octo annos peregit. Immo versus per se non excludit laudati pontificis ultimo martyrium, et revera in longa pace Fabianum vixisse dicere fas esset, utpote qui plures per annos, sub Philippo imperatore, Ecclesiae quiete praefuerit.

7. Confessores hoc versu commemorati ii sunt de quibus Damasus ipse cecinit:

> Olim sacrilegam quam misit Graecia, turba,
> Martyrii meritis nunc decorata nitet,
> Quae medio pelagi votum miserabile fecit,
> Reddere funereo dona nefanda Iovi.
> Hippolyti sed prima fides caelestibus armis
> Respuit insanam pestiferamque luem;
> Quem monachi ritu tenuit spelunca latentem,
> Christicolis gregibus dulce cubile parans.
> Post hunc Adrias sacro mundatur in amne
> Et Paulina suo consociata viro (p. 81, n. 78).

8, 9. De his versibus vide supra (p. 219 sq.).

10, 11. Quoties hos versus quibuslibet recitavi, sublimem pontificis sancti humilitatem laudibus extolli deprehendi; nihilominus non desunt hodie, qui Damasum ideo dicant noluisse in pontificum hypogeo deponi, quia re vera fuerit veritus ne ad suum parandum locum cetera laederentur sepulcra. Quae quidem ratio infirma prorsus mihi videtur, nam Damasus optime potuisset, intactis aliorum loculis, nec cineribus sanctis piorum vexatis, iuxta antecessores suos in adventitio sarcophago recondi.

Eodem in coemeterio alia quattuor, praeter relata, inventa sunt Damasiana carmina, quorum duo, litteris Filocalianis incisa, ad S. Cornelii pontificis tumulum affixa fuerunt. Cum autem mutila sint reperta, nec in syllogis continerentur, partes quae deerant ex ingenio I. B. De Rossi supplevit (Tab. 23):

*Aspice, descensu extruc*TO TENEBr*i*SQ·FVGATIS
*Corneli monumenta vides t*VMVLV*mque* SACRATVM
Hoc opus aegroti Da*e*MASI PRA*es*TANTIA FECIT
*Esset ut accessus me*LIOR PO*pu*LISQ·PARATVM
*Auxilium Sancti, et v*ALEAS SI FVNDERE PVRO
Corde preces, Damasus MELIOR CONSVRGERE POSSET
*Quem, non lucis amo*R TENVIT MAGE CVRA LABORIS

Alterius vero fere nihil manebat, unde Rossianum supplementum incertissimum est:

Siricius perfecit opus
conclusit et arcam,
MA*rmore Corneli quoniam*
PIA *membra re*TENTAT

Non illud cito quasi probabile putem, sed ut studiosi, qui iam familiariter Damasianis utuntur formulis, discant, in his casibus, quomodo partes quae desunt supplendae sint, scilicet ipsas Damasianas formulas adhibendo.

Alia duo carmina, litteris vulgaribus inscripta, sororem Irenem virginem, atque diaconum Redemptum commemorant; paucae vero litterae primigeniorum lapidum in coemeterio inventae sunt, prioris insuper fragmentum inter quaedam ecclesiae SS. Cosmae et Damiani rudera a doctissimo Marucchi repertum est. Fragmentum elogii Redempti in regione Liberiana coemeterii Callisti detectum prodiit. En totum carmen uti ab auctoribus refertur:

Stringe, dolor, lacrimas. Quaeris, p(lebs sancta,) Redemptum
Levitam: subito rapuit sibi regia (caeli.
Dulcia nectario promebat mel)la canore,
Prophetam celebrans placido m(odulam)ine senem.
Haec fuit insontis vita, laudata (iuve)ntus.
Invidia infelix tandem compressa quiescit;
Nunc paradisus habet, sumpsit qui ex hoste tropaea.

Fraterni autem plena affectus est inscriptio Irenes, eaque nobis Damasi quidem animum revelat; sed exiguam valde et fere nullam de eius familia notitiam prodit, ac quorumdam ver-

suum obscuritas sagacitatem non parum hodie rei epigraphicae peritorum exercet:

Hoc tumulo sacrata Deo nunc membra quiescunt:
Hic soror est Damasi; nomen, si quaeris, Irene.
Voverat haec sese Christo, cum vita maneret,
Virginis ut meritum sanctus pudor ipse probaret.
Bis denas hiemes necdum compleverat aetas,
Egregios mores vitae praecesserat aetas,
Propositum mentis pietas veneranda puellae:
Magnificos fructos dederat melioribus annis.
Te germana soror nostri tunc testis amoris,
Cum fugeret mundum, dedit mihi pignus honestum.
Quam sibi cum raperet melior tunc regia caeli,
Non timui mortem, caelos quod libera adiret,
Sed dolui, fateor, consortia perdere vitae.
Nunc veniente Deo nostri reminiscere, virgo,
Ut tua per Dominum praestet mihi facula lumen (p. 15, n. 10).

Praecipua interpretationis difficultas in eo est, utrum verba *testis amoris* Damasi matrem, an Irenen indicent. Si primum, tunc Damasi mater, moriens, filiam Irenen, *virginem Deo devotam* (pignus honestum), commendavit; si vero secundum, tunc το *germana* legendum est *Germana*, nomen videlicet alterius Damasi sororis quae, moriens paullo ante Irenen, hanc, ut *pignus honestum*, fratri commendasset. (1) Nostris autem diebus quaestio acrius agitatur ob inventum matris Damasi epigramma (Tabb. 145, 146), cum ex vera genuinaque eius interpretatione recens et quidem maximi momenti reperta monumenta lucem non parvam expostulent.

Quaestio vero de Damasi cognatione fuse iam a Marucchi tractata, non ita facile ut plerumque putatur, solvenda videtur; nam si ex inscriptione inventa nomen matris Damasi, aetas vitae genus aliquantulum innotescant, nihilominus ad patrem

(1) Primam sententiam tenet I. B. De Rossi, cui adstipulantur Duchesne (*Liber pontif.* I, p. 215) et Marucchi (*Il pontificato del papa Damaso*, pp. 93 sq.), secundam vero amplexus est Buecheler, cui assentiuntur Maximilianus Ihm (*Damasi epigramm.* p. 17) et I. Wilpert (ap. *Römische Quartalschrift*, 1908, p. 125 sq.).

pontificis quod pertinet, ad aetatem sororis, denique ad quartam quam mater *vidit*, aut ad quam pervenit progeniem, utrum nempe propriorum liberorum, an fratris vel sororis filiorum, nihil certi scimus. Egregius Marucchi conatus est demonstrare Leonem illum episcopum in cuius memoriam Damasus versus composuit, ipsius pontificis patrem extitisse. En Damasiani versus:

I.

Omnia quaeque vides proprio quaesita labore,
Cum mihi gentilis iamdudum vita maneret,
Institui cupiens censum cognoscere mundi.
Iudicio post multa Dei meliora secutus,
Contemptis opibus, malui cognoscere Christum.
Haec mihi cura fuit nudos vestire petentes,
Fundere pauperibus quidquid concesserat annus.

II.

Psallere et in populis volui modulante propheta;
Sic merui plebem Christi retinere sacerdos.
Hunc mihi composuit tumulum Laurentia coniux,
Moribus apta meis, semper veneranda, fidelis.
Invidia infelix tandem compressa quiescet.
Octoginta Leo transcendit episcopus annos (p. 38, n. 33*).

Quae Marucchi tradit argumenta ut Leonem hunc eumdem ac ipsum Damasi patrem Antonium (sicut vocatur in *Libro pontificali*) esse ostendat, haud sunt contemnenda; sed hanc dedita opera tractare quaestionem ex instituto non est meo; unum tamen animadvertam, videlicet in carmine lectoris officium post Diaconi munia celebrari, quasi Leo primum diaconus, deinde lector fuisset. Marucchi autem putat structurae versus causa id factum. Equidem potius dicerem non de ordine lectoris, sed de officio cantoris hic agi, sicut in relato Redempti levitae elogio, qui:

Dulcia nectareo promebat mella canore

necnon in archidiaconi Sabini archidiaconique Deusdedit et aliorum epitaphiis.[1]

(1) Cf. De Rossi, *Roma sott.* t. III, p. 239, 242; et huius libri p. 190 sq.

Eodem in loco ac Irene et mater Damasi sepulta fuit, cuius inscriptio nullibi in syllogis legitur. Unicum et parvulum illius epitaphii fragmentum quinque solummodo litteras continens inventum est. Nihilominus, cum, serioribus temporibus, ut ei cippus marmoreus adhaereret, calce epigramma esset coopertum, dextructo lapide, in calce cippi mansit inscriptionis impressio, quae nobis Damasianum servavit textum. At infeliciter haud integra impressio est, unde contentio in parte quae deest supplenda, et in versibus interpretandis iuxta varia supplementa, haud parum dissentitur. En epitaphii textus:

HIC DAMASI MATER POSVIT LAVRE*ntia membRA*
QVAE FVIT IN TERRIS CENTVM MINV*s* { *undecim annOS* / *ultimum annos* / *uno per annos* / *octo per annos*
SEXAGINTA DEO VIXIT POST FOE*dera* { *prima* / *sancta*
PROGENIE QVARTA VIDIT QVAE { *regna piorum* / *laeta nepotes.*

Ut patet, supplementa versus tertii et quarti duplicem quaestionis quasi faciem exhibent, neque carmen quod sibi Damasus concinnavit, ut sepulcro apponeretur suo, quidquam amplius nobis revelat:

Qui gradiens pelagi fluctus compressit amaros,
Vivere qui praestat morientia semina terrae,
Solvere qui potuit letalia vincula mortis,
Post tenebras fratrem, post tertia lumina solis,
Ad superos iterum Marthae donare sorori,
Post cineres Damasus faciet quia surgere credo (p. 38, n. 13).

Cuius inscriptionis ne minimum quidem frustum repertum est; scimus tamen pontificem inter matrem et sororem depositum fuisse, in basilica *quam ipse fecit.*[1] Verum cum meum non sit tam difficilem quaestionem tractare, quae propositum sane huius libri praetergrederetur, adeant studiosi auctores quos

(1) *Liber pontif.* ed. DUCHESNE, pp. 84–85.

Tab 145. Cippus cum impressione tituli matris Damasi (Ex *N. Bull. di arch. crist.* 1903, Tab. III).

Tab. 146.

Impressio. Restitutio. Genuinum fragmentum.

passim iam retuli, Wilpert praesertim et Marucchi, qui in ephemeride: *Bullettino di archeologia cristiana*, his novissimis temporibus, propriam diversamque sententiam defenderunt.

Inter varia vero Damasi carmina nescio an illud pulcherrimum non dicam quod Proiectae, cuiusdam Flori, ignoti aliunde viri, filiae ad deflendam mortem concinnavit:

> Quid loquar aut sileam? Prohibet dolor ipse fateri.
> Hic tumulus lacrimas retinet, cognosce, parentu(m)
> Proiectae, fuerat primo quae iuncta marito,
> Pulchra decore suo, solo contenta pudore,
> Heu dilecta satis miserae genitricis amore.
> Accipe: – quid multis? – thalami post foedera prima,
> Erepta ex oculis Flori genitoris abiit,
> Aetheriam cupiens caeli conscendere lucem.
> Haec Damasus prestat cunctis solacia fletus (p. 55, n. 53).
>
> (Mus. Later. class. VI).

Sunt qui Proiectam eiusdem e Damasi cognatione sicut omnes alios non martyres, quorum virtutes versibus pontifex commemoravit, fuisse existiment.

Qua opinione quidem enucleari potest cur tam vehementer interdum talium funere pontifex fuerit commotus, tamque mirifice istorum cum martyribus consortium cecinerit.

Sed tamen haud defuerunt forsitan aliae causae quae huiuscemodi doloris venerationisque sensus suggesserint, nimirum poetae sacri tenerrimus ac nobilissimus animus, necnon cetera quae, tot post saecula, nobis clare innotescere nequeunt. Alioquin, ut alias iam animadvertimus, quod Damasus pios sacerdotes levitasque, virgines et moribus castos, statim post mortem aeterna luce esse potitos arbitratus sit, sat aperte apparet. Haec propria videtur fuisse Romanorum pontificum praesertim saeculi quarti doctrina, cuius non parva indicia in coemeterio, quod a Damaso nomen esse sortitum veri est simillimum, inventa sunt.

Ad virginitatis autem praeconium, haud praestantiores forsitan Damasus versuum invenit concentus quam cum victricis virginis Agnes intactum pudorem decantavit et proelia.



Tab. 147.

Fama refert sanctos dudum retulisse parentes
Agnen, cum lugubres cantus tuba concrepuisset,
Nutricis gremium subito liquisse puellam,
Sponte trucis calcasse minas rabiemque tyranni;
Urere cum flammis voluisset nobile corpus,
Viribus immensum parvis superasse timorem,
Nudaque profusum crinem per membra dedisse,
Ne Domini templum facies peritura videret.
O veneranda mihi, sanctum decus, alma, pudoris,
Ut Damasi precibus faveas precor, inclita martyr (p. 40, n. 43).

Hoc forsan primum extat historiae S. Agnetis documentum, cui, aetate quidem aequalis, rerum vero notitia prorsus impar, a S. Ambrosio laudatio conscripta [1] addi potest.

Tab. 148.

Cum Damasianis carminibus alia quoque nonnulla recensentur carmina, *quasi Damasiana* vocata, quorum exemplum

(1) Ambros. *De virginibus*, lib. I, c. II. — De Damasiano S. Agnetis carmine egregie locutus est Pius Franchi de' Cavalieri (*S. Agnese nella tradizione e nella leggenda*, Roma, 1899) ac nuperrime P. Jubaru (*Sainte Agnès d'après de nouvelles recherches*, Paris, Dumoulin, 1907).

in hac inscriptione, iuxta Ss. Proti et Hyacinthi cubiculum, in coemeterio Hermetis, habetur (Tab. 148):

> Aspice descensum, cer)nes mira(bi)le fact(um
> Sanctorum monumenta v)ides (pat)efact(a sepu)lchris.
> Martyris hic Proti tumul)us iacet atque Iachinti,
> Quem cum iam dudum te)geret mons, terra, caligo,
> Hoc Theodorus opus const)rucxit presbyter instans,
> Ut Domini plebem opera) maiora tenerent (p. 96, n. 97).

De hoc quidem carmine en quid Maximilianus Ihm habet: « Theodorus ille, qui *opus construxit*, aequalis fere Damasi putari potest idemque carmen, haud elegans, videtur condidisse: litterae enim, etsi, teste Rossio, typum Philocalianum, prae se ferant, paullo neglegentius insculptae sunt, ' *rivelanti la mano piuttosto d'un apprendista, che quella del famoso calligrafo Furio Dionisio Filocalo* '. Adde orthographica Philocalianis parum consentanea u. 2 *sepulchris*, 3 *adque Yachinti* (*atque* iacincti 4), 5 *construxit*, et monogramma uersibus primo et extremo adiectum ☧, quod in titulis uere Damasianis adhuc non comparuit; denique stilus diversus est ». (1)

Anno praeterito aliud eiusmodi epigramma inventum est, apud viam Salariam Novam, sed ita mancum ut nulla eius verisimilis restitutio fieri possit.

Carminum quasi Damasianorum, aut eorum quae ad Damasiana illustranda sunt idonea, collectionem habes in iam pluries laudato Maximiliani Ihm opere in quo tamen, sicut Damasi matris inscriptio, ita et sequens Siricianum (quod vocant) carmen, nuper in Commodillae coemeterio detectum, desiderabis:

> HIC FAMVLOS DOMINI NOV*eris requiescere sanctos* (2)
> QVI DVLCES ANIMAS SOLVE*runt sanguine fuso*
> VT PARITER POSSENT VIV*orum regna tenere*
> FELICEM TEGIT HIC TVM*ulus tegit alter Adauctum*
> OCCVRRIT GRADIB (*sic*) · SANC*to qui in limine primus*
> SALVO SIRICIO PAPA R*enovavit utrumque*
> MARTYRIB · EELIX (*sic*) P*ro donis vota rependens.*

(1) IHM, *Damasi epigrammata*, p. 98.

(2) Supplementa illustris P. Bonaveniae sunt, qui haec in nota subiungit: « Gli errori di *prosodia*, sì frequenti nei carmi dell'età siriciana, ci

Ut perspicue e monumentis apparet, Damasiana carmina non pauci imitati sunt, quod etiam de ceteris Romae epigrammatibus factum est, praesertim peregrinationum temporibus; unde inscriptiones in regionibus vel maxime ab Urbe dissitis inventae sunt aliquando, quae Romana epigrammata redolerent.

Haec mihi sufficere videntur ut Damasi carminum indoles atque momentum a studiosis deprehendatur. Horum autem in-



Tab. 149. Inscriptio Damasiana unius ex septem S. Felicitatis filii, in coemeterio Praetextati reperta.

dicem subiungam, ex Maximiliani Ihm *Anthologia*, paucis mutatis, excerptum, ac secundum regiones diversas distributum, ita ut merito a praefato auctore *Index topographicus* sit vocatus.

autorizzano, io credo, a supplire dei versi con alcun simile errore, quando il senso più ovvio della frase par che richieda tale o tal altro vocabolo. Così ho fatto nel caso presente, usando contro le leggi del metro la voce *nōveris*: tanto più volentieri, che il primo verso di questo epigramma sembrami un perfetto parallelo con quello di Damaso alla Platonia in S. Sebastiano: *Hic habitasse prius sanctos cognoscere debes* (*Nuovo Bull. di arch. crist.* 1904, p. 171). Vide in loc. cit. carminis praefati commentarium, ab eodem hoc auctore conscriptum (pp. 171–184).

INDEX TOPOGRAPHICUS

A) Monumenta suburbana digesta per ordinem viarum.

I. Vaticanum.

4 Carmen de fontibus Vaticanis.
5* Carmen ad baptisterium S. Petri pertinens (?).
72 Versiculi « ad fontes » basilicae Vaticanae (?).
73 Epigramma inscriptum loco « ubi pontifex consignat infantes » (basilicae Vaticanae?).

II. Via Portuensis.

6* Inscriptio epistylii basilicae Ss. Faustini, Viatricis (Simplicii, Rufiniani?), in coemeterio Generosae.

III. Via Ostiensis.

7 Elogium Ss. Felicis et Adaucti, in coemeterio Comodillae.
74 Leonis papae epigramma, in atrio S. Pauli.
75 Epigramma in altari basilicae S. Pauli.

IV. Via Ardeatina.

8 Elogium Ss. Nerei et Achillei (coem. Domitillae).
9 Damasi epitaphium.
10 Irenes, Damasi sororis, epitaphium.
11 Epitaphium Marci pontificis (?), coem. Balbinae.
76 Festi cuiusdam epitaphium in coemeterio Domitillae.

V. Via Appia.

12 Carmen ad sepulcra pontificum, in coemeterio Callisti.
13 Xysti II papae elogium, in coemeterio Callisti.
14 Tarsicii martyris elogium, ibidem.
15*, 16* Fragmenta titulorum e coemeterio Callisti effossa.
17 Elogium martyris ignoti, in coemeterio Callisti.
18 Eusebii papae elogium, in coemeterio Callisti.
19 Cornelii papae epigramma, ibidem.
20* Tigridae diaconi elogium, ibidem.

21* Redempti levitae elogium, in coemeterii Callisti, regione Liberiana.
22 Titulus Ianuario martyri dedicatus, in coemeterio Praetextati.
23 Felicissimi et Agapiti martyrum elogium, ibidem.
24, 25 Fragmenta inscriptionum in coemeterio Praetextati reperta (et ad monumenta Urbani et Quirini martyrum pertinentia?).
26 De Petro Pauloque carmen, apud S. Sebastiani coemeterium (Catacumbas).
27 Eutychii martyris elogium, apud S. Sebastiani coemeterium.
76*a* Quirini inscriptio in «platonia», apud S. Sebastiani coemeterium.
77, 78 Martyrum qui Graeci appellantur elogia.

VI. Via Latina.

28* Sisinnii presbyteri epitaphium (inter Appiam et Latinam?).
79 Gordiani martyris elogium (*in Metropi via*).
80 Nemesii martyris elogium.

VII. Via Labicana.

29 Marcellini et Petri martyrum elogium, in coemeterio Ad duas lauros.
30 Tiburtii martyris elogium.
31 Gorgonii martyris elogium.
81 Titulus Castulo martyri, a Venerio dedicatus.

VIII. Via Tiburtina.

32 Epigramma altari basilicae S. Laurentii martyris, in agro Verano, inscriptum.
33* Leonis episcopi epitaphium, ad S. Laurentii basilicam, in agro Verano.
34* Florentii levitae epitaphium, ibidem.
35, 36 Fragmenta titulorum metricorum reperta in agro Verano.
37 Hippolyti martyris elogium.
38* Titulus Timothei presbyteri, in crypta Hippolyti.
39* Fragmenta tituli in crypta Hippolyti reperta.
82 Leonis presbyteri carmen, ad cryptam Hippolyti spectans.
83 Carminis aetatis Vigilianae fragmenta, ibidem reperta.

IX. Via Nomentana.

40 Agnetis martyris elogium.
84 Carmen Constantinae, apud S. Agnetis basilicam.
85 Afrodites titulus sepulcralis, nunc extans in S. Agnetis basilica

X. Via Salaria Nova.

41* S. Felicitatis martyris elogium.
42 Martyrum anonymorum numero incerto, ad Ss. Chrysanthum et Dariam, sepultorum elogium.
43 Sexaginta duorum martyrum elogium, in coemeterio Ss. Chrysanthi et Dariae.
44 Mauri pueri, martyris, elogium, ibidem.
45 Titulus martyribus ignotis positus apud S. Saturnini coemeterium.
46 Elogium S. Saturnini martyris (cf. 88).
47 Felicis et Philippi (filiorum S. Felicitatis) martyrum elogium, in coemeterio Priscillae (cf. 91).
48 Marcelli papae elogium, ibidem.
86*a* et *b* Epigrammata ad monumentum S. Felicitatis spectantia.
87 Carmen in sepulcro Chrysanthi Dariaeque restituto, aetate, ut videtur, Vigiliana.
89 Vitalis, Martialis, Alexandrique martyrum sepulcro, a Vigilio restituto, carmen affixum.
90 Fragmentum metricum inter coemeteria Thrasonis et Iordanorum repertum.
91 Carmen spectans ad picturas sepulcri Ss. Felicis et Philippi (cf. 47).
92 Caelestini papae epitaphium, in coemeterio Priscillae.
93 Siricii papae epitaphium, ibidem, in basilica S. Silvestri.
94 Fragmentum ex eodem coemeterio.
95 Carmen de crypta martyris ignoti, subiunctum epitaphio Mareae presbyteri (via Salaria Nova vel Vetere?).

XI. Viae Pinciana et Salaria Vetus.

49 Proti et Hyacinthi martyrum elogium, via Pinciana.
96 Carmen Theodori presbyteri in eosdem martyres.
97 Carmen Symmachi pontificis in eosdem.
98 Felicis cuiusdam titulus sepulcralis, in coemeterio S. Hermetis repertus.
99 Diogenis martyris elogium, via Salaria Vetere.

XII. Via Flaminia.

50* Fragmenta in basilica S. Valentini reperta.
51* Fragmentum (ad sepulcrum S. Valentini pertinens) repertum in via Acquae Acetosae.

XIII. Via Cassia.

100 Alexandri episcopi et martyris elogium.

Locis suburbanis incertis.

52 Elogium martyris ignoti, « quem Graecia misit » (inter Appiam et Latinam?).

53 Epitaphium Proiectae, filiae Flori (olim apud ecclesiam S. Martini in Montibus).

B) Monumenta urbana.

54 Fragmentum tituli, in ecclesia S. Laurentii « in lucina » repertum.

55 Distichum in abside basilicae S. Laurentii in Damaso, quondam affixum.

56* Hexameter scriptus olim in limine superiori portae eiusdem ecclesiae.

57 Carmen de ipso Damaso, in eadem ecclesia.

101 Epigramma « ad fontem » eiusdem ecclesiae.

102 Carmen de Laurentio martyre, in eadem basilica.

103 Carmen Atticae, Felicis, Magni coniugis, in eadem ecclesia.

104, 105 Epigrammata olim in ecclesia S. Anastasiae.

58* Carmen altari Ss. Iohannis et Pauli, martyrum Caelimontanorum, inscriptum.

59 Elogium eorundem martyrum, in aedibus Caelimontanis.

59*a* Fragmenta in Caelio reperta, ad basilicam Ss. Quattuor Coronatorum.

106 Epigramma « in introitu ecclesiae Iohannis et Pauli ».

60 Fragmenta reperta in basilica S. Clementis antiqua.

107 Theodotae virginis carmen sepulcrale, quod extabat in Ss. Quattuor Coronatorum ecclesia.

C) Extra urbem Romam.

61 Titulus S. Felicis, apud Nolam.

62* Carmen quod, in lapide incisum, extitisse fertur in monte Soracte.

62*a** Fragmenta Portu Augusti reperta.

CAPUT VIII.

Inscriptiones quae Italice dicuntur « graffiti ».

ART. I. — **Harum inscriptionum indoles et exempla.**

Hoc nomine illae intelliguntur inscriptiones, quas peregrinantes ad sanctorum sepulcra in corio parietum stilo ducebant. Iam aliquid in primo huius operis volumine (parte priore, pp. 432-433) innui de eiusmodi more prorsus universali: namque et in ethnicis delubris, in ingentibus apud Aegyptum templorum ruderibus, in parietibus Pompeianae urbis, in rupibus ad quas, veluti ad portum, appellebant mercatorum militumque naves, id notare datum est. Non raro hoc modo ipsa epitaphia fiebant in calce adhuc molli, loculorum commissuris claudendis adhibita, qua de re iam supra dictum est satis.

Quantae sint istae inscriptiones utilitatis, I. B. De Rossi eiusque frater, Michael Stephanus, probe experti sunt. Antequam enim a summis illis archaeologis sacrum aliquod cubiculum seu hypogeum inveniretur, plerumque evenit ut iam istius indicium in eiusmodi inscriptionibus cerneretur; sic in vestibulo cubiculi pontificum, ipsa Ss. Syxti et Pontiani in muris inscripta nomina necnon ad martyres crebrae adclamationes, de detegendis talium ibi sepulcris commonuerunt.

Verum tamen non ita semper facilis lectio inscriptionum earum evadit, neque, cum lectae fuerint, earum facile erit aetatem dignoscere, quod tamen summi momenti esse potest aliquando. Exemplo sit quaedam in muris Pompeianae urbis ducta inscriptio, quae anno 1862 transcripta est antequam pessumiret. Lectio eius, primo intuitu difficillima, nobis omnium antiquissimam exhibet epigraphicam Christianae fidei memoriam, simulque easdem in Iudaeos atque in Christianos ab

ethnicis irrogatas plerumque fuisse iniurias nos docet. En quomodo lecta inscriptio a nominatissimis rei epigraphicae viris fuit:



Tab. 150.

Audi Christianos saevos olores. (1)

Quae quidem lectio evidens cuilibet apparebit si vel obiter tabula consideretur quae Pompeianas litterarum series refert. Sed alii forsan aliter legent, cum vocabulum *olor*, iuxta primaevam suam significationem, cantu fascinantem indicet avem, quod quidem magis cum verbo *audi* congruit, quasi diceretur: *Ausculta Christianos malas aves.*

Item exemplo sint inscriptiones corio incisae in illo Christiano hypogeo, prope Ierusalem, in summo Olivarum monte effosso, quod per plura saecula veluti prophetarum sepulcrum monstratum et habitum est. Viri quidem doctissimi iam ex variis indiciis hypogeum illud minime tam antiquum esse ut putabatur declaraverant; sed sagacissimus Clermont-Ganneau rem etiam imperitis perspicuam fecit; quippe qui inscriptiones praefatas, sepulcris stilo incisas, vera esse epitaphia demonstraverit, eaque Christiana, et ad saeculum quartum quintumve pertinentia. (2)

Antiqui peregrini, non secus atque hodierni monumentorum lustratores, facere haud potuere quin nomina aliquando in muris

(1) Cf. *Bull. di arch. crist.* 1864, pp. 69 sq.; Fiorelli, *Pompeianarum antiquitatum historia*, p. 160. — Verum quod Iudaei tunc temporis et ipsa in sua patria revera male olerent, Ammianus Marcellinus testatur; ait enim, de Marco Antonino loquens: « Ille ..., cum Palaestinam transiret, Aegyptum petens, foetentium Iudaeorum et tumultuantium saepe taedio percitus, dolenter dicitur exclamasse: O Marcomanni, o Quadi, o Sarmatae, tandem alios vobis deteriores inveni! » (Amm. Marcellinus, lib. II).

(2) Cl. Ganneau, *Archaeological Researches*, I, pp. 349–374. Cf. De Vogüé, *Inscr. gr. et lat. de Syrie*, n. 1903 a; *Revue biblique*, 1901, pp. 72–88.

sacrarum etiam aedium scriberent, et istud quidem memoriae sui caussa. Nihilominus plerumque non nuda nomina, sed piae invocationes adclamationesque scribebant, sicut etiam relligione potius quam nova miraque videndi cupidine, ad martyrum sepulcra trahebantur. Multo certe melius quam plerique nostrae aetatis viri, veteres ethnici viatores egerunt, qui, si non vera relligione movebantur, saltem pietatis in parentes minime obliti horum nomina columnis templorum aliquando incidebant. En pulcherrimum exemplum :

Σαραπίων Ἀριστομάχου ἦκω πρὸς μεγάλην Εἶσιν θεὰν τὴν ἐν Φίλαις, μνείαν ἐπ' ἀγαθῷ τῶν γενέων ποιούμενος. (1)

Serapion, Aristomachi filius, venit ad magnam Isidem, Philes deam. Parentum meorum, ut bene habeant, memoriam facio.

Relligiosi sensus in Arabicis inscriptionibus quae sunt incisae rupibus, ubi olim delubra erant erecta, praesertim deprehenduntur. Apud Abdeh (Palaestina),(2) exempli gratia, inter alia, haec leguntur : *Hâtoub, cognominatus Kattâbâ, pax! — Mentio de ... facta sit ante Doucharal — 'Obodas vivit!*, vel : *vivat 'Obodas.*

Hoc ultimum genus est adclamationis Semiticorum populorum propriae, quam et in sacris invenimus Libris veluti iurisiurandi formulam ; (3) hic vero est laeta ad deum 'Obodam adclamatio. (4)

Tab. 151. (Ex *Revue bibl.* p. 78).

De navigantium tam Chri-

(1) LETRONNE, *Inscriptions de l'Egypte*, t. II, p. 28.

(2) Cf. *Revue Bibl.* 1906, pp. 123–144.

(3) I *Reg.* XX, 3 ; XXV, 26.

(4) 'Obodas II rex obiit anno circiter 9 ante Christum natum, atque a suo populo in deorum numerum relatus est.

stianorum quam Hebraeorum paganorumque invocationibus, apud saxa insularum Archipelagi incisis, iam verbum feci. In Oriente, maxima ex parte Graeca scriptae sunt lingua, neque raro figuris sanctorum, penicillo delineatis, commistae cernuntur, ut in exemplo tabula 151 proposito. Formulae plerumque usurpatae sunt ipsae quae in eadem tabula leguntur:

Tab. 152.
... ΠΙΕ ZHCHC
(Ex *Revue bibl.* 1906, p. 78).

Κύριε, βοήθηθι Ἀφθονα καὶ Ἀβασκαντα· τῷ οἴκῳ σου βοήθι – ἅγιός σου Θεόδωρος – ΠΙΕ ZHCHC (Tab. 152).

At omnium pulcherrima eiusmodi inscriptionum exempla Romanae catacumbae nobis exhibent. Quae quidem a I. B. De Rossi in tres divisa sunt classes: nimirum in nomina vel nuda, vel cum alicuius personam apertius designantis vocabuli additamento; in adclamationes, quales etiam in domestica supellectile legebantur, nedum in sepulcris, sicut repetita for-



Tab. 153. (Coem. Callisti).

mula Sofroniae alibi iam relata nempe:[1] *Sofronia vivas cum tuis — Sofronia in Domino — Sofronia dulcis semper vives Deo — Sofronia vives* ... quam diversis in locis pius quidam peregrinus coemeterii S. Callisti muris inscripserat; denique in invocationes ad martyres directas quae nobilissimum genus inscriptionum eiusmodi constituunt.

(1) Vol. I pars prior, p. 433.

Tria haec genera in coemeterio praesertim S. Callisti apparent, atque ita sunt disposita, ut ex diverso earum loco chronologicus inscriptionum ordo quodammodo erui possit. Re enim vera, primi qui scripserint, id commode fecerunt, secundum scilicet propriam uniuscuiusque staturam. Qui vero postea, aut super ceteris iam incisis inscriptionibus, aut altius, raro autem in parte inferiore scripserunt. Igitur inscriptiones in superiore parte parietum incisae, sicut etiam eae quae supra Byzantinas ductae sunt picturas, nomina barbara plerumque et Longobardica prae se ferunt, vel prorsus Christiana. Exemplum ex I. B. De Rossi petam, qui in parietibus coemeterii S. Callisti ista in parte superiore potuit legere nomina:

Ρουφῖνα, Πολύνεικος, Ἐλπιδηφ(όρος), Εὐστάθιος, Τυχίς, Φῆλιξ, Λέωνος, Λέο, *Maximi, Primiti, Amanti, Probiniani, Nikas*(i), *Crescen..., Armen..., Sebatia, Berina, Bonizo, Felici presbyter peccator, Prando pr. indignus peccator, Ildebran*(d), (Et)*eire*(d)*i*, *ep.* (episcopi), *Ioannes presb., Lupo,* etc. (1)

Porro differentia inter eiusmodi inscriptiones et alias quae inferiori loco incisae sunt, statim deprehendetur atque istae exhibitae fuerint:

Iconi bibas; Donate vivas...; Victorine bivas...; Ponti vivas in Deo Christo; ΕΛΙΑ ΒΙΒΑC ΙΝ ΔΕΟ; ΓΕΛΑCΙ ΖΕC ΕΝ ΘΕΩ; ΔΙΟΝΙCΙ ΒΙΒΑC ΙΝ ΘΕΩ; *Aelianae vivas in aeterno; Leonti vibas, in vita aeterna; Amate in pace; Fortuni te in pace* (bis); *... in pace astra pete* etc. (2)

Sane dubium est utrum mortuos an vivos hae formulae respiciant; mortuos potius dicerem, licet et vivis optime conveniant, nam eiusmodi adclamationes et in domestica supellectile inscribendi morem saeculo quarto fuisse scimus. Formula vero *vivas in Deo* propria saeculi tertii est, ineuntisque quarti; quod ceterum cum aetate tegumenti ubi inscriptiones factae sunt, ceterisque palaeographicis (ut dicitur) indiciis probe concordat.

(1) De Rossi, *Roma sott.* t. II, p. 16.
(2) Ibidem.

Tertia classis item a duabus mox commemoratis distinguitur, atque ad dogma sanctorum communionis attinent. Scilicet martyres invocabantur ut superstitum memores essent:

— *Sancte Susste in mente habeas in horationes Aureliu Repentinu.*

— *Marcianum Successum Severum spirita sancta* (id est: *animae sanctae*) *in mente havete et omnes fratres nostros.*

— Petite spir*ita sancta ut Verecundus cum suis bene naviget.*(1)

— in m*ente* habete *Saturum ... arantiam Ar...*

— petit*e pro me Eustachium.*

— ΕΛΑΦΙΝ ΟΙC (εἰς) ΜΝΙΑΝ ΕΧΕΤΑΙ (ἔχετε).

— ΔΙΟΝΥCΙΝ ΕΙC ΜΝΙΑΝ ΕΧΕΤΑΙ = In mentè habete Dionysium.

— *... otia petite ... et pro parente ...* et pro *fratribus eius ...* vivan(t) *cun bono.*

— *Gerusale civitas ornamentum martyrum* $\overline{Di}$ *cuius.*(2)

Sola inscriptionum lectio formularum antiquitatem indolemque prodit. Etenim, ut I. B. De Rossi notat, haud quidquam istae habent commune cum formulis saeculi sexti et posterioris aetatis, ac bonam redolent latinitatem stilumque Christianum.(3)

(1) Cf. vol. I part. prior. huius operis, pp. 432–433.

(2) De Rossi, *Roma sott.* t. II, pp. 17, 18.

(3) « Colui che supplicò scrivendo: *Otia petite pro parente ... pro fratribus eius, vivant cum bono*, lungi dal parlare il linguaggio ecclesiastico dei secoli cristiani, parlava quello della classica letteratura; e ci fa risovvenire l'oraziano: *Otium divos rogat in patenti prensus Egaeo.* Parimente le altre preghiere sono dettate nella lingua più dei graffiti di Pompei che dei cristiani epitaffi del secolo quinto e del sesto. Il *petite ... ut Verecundus cum suis bene naviget* mi richiama a memoria il pompeiano *optet sibi ut bene naviget*; benchè questo abbia senso metaforico e quello si riferisca a vero tragitto marittimo, probabilmente all'Africa, alla volta della quale regione da Roma e viceversa per antonomasia si diceva navigare. L'*in mente habete*, che è la formula solenne di queste invocazioni, l'ho letto in un erotico graffito, forse inedito, di Pompei, nel corridoio d'una casa presso le terme Stabiane: TANTV IN MIINTII ABIITO (*tantum in mente habeto*). E le intere formole *in mente habeas in orationibus, in mente habete omnes fratres nostros*, dovevano essere frequenti nel linguaggio cristiano del se-

In coemeterio Domitillae haec formula habetur:

SPIRITA SANCTA IN MENTE HABETE BASSVM PECCATOREM

Et in coemeterio Praetextati illa, quam probe noscimus:

— REFRIGERI IANVARIVS AGATOPVS FELICISSIM MARTYRES
— LVCENTI VIVAS · LVCENTI IN ...

In coemeterio autem Ss. Petri et Marcellini:

MARCELLINE PETRE PETITE PRO GALLO CHRISTIANO

Ad formulam *in mente habeas* quod attinet, tria tantum, ut videtur, epigraphica extant illius exempla. Quorum primum ipso in Callisti coemeterio, ad saeculum quintum, ut videtur, pertinens, conspicitur:

... HIRENE VXORE SVE
... *a*SCLEPIODOTVS
petit in MENTE HABERE (1)

Asclepiodotus ab Irene uxore sua petit se in mente habere.

Aliud inventum est in Priscillae coemeterio, estque eiusdem circiter aetatis: *Marine in mentem nos habeto duobus et Macriane f(iliae) c(arissimae)* (Cf. p. 116, Tab. 51).

Tertium denique iam nobis etiam notum Aquileiense est, epitaphium illa desinens invocatione: SANCTI MARTIRES IN MENTE HAVITE MARIA (pag. 108). Sed hoc quinto est saeculo tribuendum, unde I. B. De Rossi formulam *in mente habere*, quae saeculo tertio viguit, in his inscriptionibus veruculo exaratis (seu *graffitis*) prius quam in epitaphiis adhibitam fuisse affirmat. (2)

colo terzo: imperocchè nell'epistola LX di Cipriano leggo *ad verbum*, come nei nostri graffiti: *fratres nostros ac sorores ... in mente habeatis in orationibus vestris* » (De Rossi, loc. cit. pp. 18–19).

(1) Boldetti, *Osservazioni*, p. 478; De Rossi, *Roma sott.* t. II, p. 14.

(2) De Rossi, loc. cit. — Pergit vero egregius archaeologus: « Si noti inoltre, che le voci *spirita sancta* (cioè *spiritus sanctus* in plurale) per si-

In coemeterio Petri et Marcellini quaedam acu incisa extat scriptio in qua simul secundum et tertium habetur formularum genus, nec martyr invocatur, sed ipse Dominus (Tab. 154).



Tab. 154. (Ex Wilpert, *Römische Quartalschrift*, 1908).

In nomine ☧, deinde:

CRISTE IN MENTE HABEAS MAR
CELLINV PECCATORE ET IOBI.
NV SEMPER VIVATIS IN DEO

Formula *in nomine Dominï* liturgica prorsus est, neque in epitaphiis deest. Alia ibi inscriptio haud novas praebet formulas (Tab. 155):

gnificare le anime dei santi furono proprie del più antico stilo epigrafico cristiano; e che l'epiteto *sancte* nei nostri proscinemi congiunto al vocativo *Suste*, ora precede, ora segue il nome (quinquies invocatur Syxtus in vestibulo cubiculi pontificum), e giammai è segnato in sigle SCE; talchè non può essere indizio d'età, in che quel vocabolo era divenuto distintivo solenne premesso ai nomi dei fedeli onorati di publico culto. In fine l'*omnes fratres nostros* d'una di codeste invocazioni ricorda i *cunctos fratres*, l'*ecclesiam fratrum, cunctam fraternitatem* dei migliori tempi della cristiana epigrafia, e la primitiva fratellanza dell'ecclesiastica società ».



Tab. 155. (Ex WILPERT, *Römische Quartalschrift*, 1908).

deinde:

DOMINE LIBERA
TIBVRTIVS IN ☧
CVN SVIS
AMEN

Formula *Domine libera* precem *commendationis animae* evidenter redolet: *Libera, Domine, animam eius sicut...* etc. necnon funerariam liturgiam; secunda vero, quodammodo similis videtur Silvani epitaphii quod noscimus: IN PACE SPIRITVS SILVANI AMEN (p. 106).

Sequitur deinde alia pretiosa formula:

DOMINE CONSERB*a*
CALCIDIONE IN NOM*i*
NE TVO S*an*CTO ETIA*m*
CON OMNIBVS
SVIS

Quae quidem formula suavia illa in mentem revocat Salvatoris verba: *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi... Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo.* (1)

Alia quoque similiter stilo exarata (graffitus) habet: DOMINUS REGIT ME ET NIHIL MICI (*sic*) DEEST ROMANUS (Tab. 156) quod initium vigesimi secundi quasi est psalmi.



Tab. 156. (Ex Wilpert, *Römische Quartalschrift*, 1908).

Mos autem verba sententiasque Scripturae sepulcris inscribendi potius in Oriente, uti vidimus, viguit, aliquantum etiam in Africa; rarius vero eiusmodi prolationes in Occidente inveniuntur.

Denique ab istis omnibus inscriptio illa differt, quam ante pontificum sepulcra, in Callisti coemeterio quidam, ovante animo, peregrinus fecit:

GERVSALE CIVITAS ET ORNAMENTVM MARTYRVM D̄I CVIVS

Sententia, ait I. B. De Rossi, incompleta quidem est; sed liquido patet scriptorem quosdam psalmi CXXI versiculos in mente habuisse: *Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus ... Ierusalem quae aedificatur ut civitas.* (2)

(1) Ioan. XVI, 11, 12.

(2) De Rossi, *Roma sott.*: «La sentenza rimase imperfetta; ma è manifesto che il pio scrittore ebbe la mente al versetto 3 del salmo ..... ed alla mistica Gerusalemme, che a Tertulliano fece similmente esclamare: *quae gloria (erit) resurgentium sanctorum, qualis civitas nova Hierusalem!* (*De spect.* c. XXX). La Gerusalemme dei santi è qui chiamata *ornamentum martyrum Dei*, come tutto il mondo dal medesimo Tertulliano è detto *de nihilo expressius in ornamentum maiestatis Dei* (*Apol.* c. XVII). La re-

Multa eaque intricata extant verba acu incisa apud sepulcrum quod a pontifice Caio appellatur. Inter haec I. B. De Rossi trium episcoporum nomina legit, atque adhuc facile cerneres illas adclamationes: MOROS VIVAS – *Romule in pace*, et formulam prorsus Orientalem istam, quam probe novimus:

ΚΕ ΒΟΗΘΗ ΤΟΥ ΔΟΥΛΟΥ COY BENIAMIN

Domine, adiuva servum tuum Beniamin.

In coemeterio Commodillae, inter non pauca hoc legimus:

NON ‖ *di*CE‖RE IL‖LE SE‖CRITA ‖ ABOCE

quem egregius Celi ita interpretatus est: *Non dicat ille,* vel, *noli dicere secreta alta voce.* Esset scilicet quasi monitio ad aliquem sacerdotem qui solitus erat sacrum canonem alta recitare voce, quamvis in Occidente, quodam Iustiniani imperatoris decreto minime obstante, secreto, iam tunc temporis, liturgiae pars illa generatim recitabatur. (1)

ART. II. — **Huiuscemodi inscriptionum lectio.**

Perpauca et obiter tantum de hoc argumento adiicenda sunt, utpote quae ad archaeologiam Christianam haud directo, sed potius ad palaeographicam pertineant artem.

Talium igitur inscriptionum (*graffiti*) lectio ex eo praesertim difficilis evadit quia vel ipsa inscriptio mutila est et partim deleta (quod quidem et in ceteris quibuslibet monumentis non raro accidit), vel deest congrua in interprete scientia. Scientia vero hic potissime requisita circa litterarum formam versatur, quae varia esse potest non solum inter litteras diversae aetatis,

citata esclamazione conferma che noi siamo alla porta del gruppo di cripte, ove insigni sepolcri di martiri, i loro monumenti e il loro culto sollevavano il pensiero alla gloria ed al trionfo della mistica Gerusalemme dei santi ...; queste famosissime cripte, dopo il sepolcro di S. Pietro, sono il monumento più illustre della Chiesa romana» (p. 18).

(1) Cf. G. CELI ap. *Nuovo Bull. di arch. crist.* 1905, pp. 240–252.

verum etiam inter litteras eiusdem temporis eiusdemque aliquando inscriptionis. Ut huic obvietur difficultati, his quibus varia veterum scripturarum, et quidem vulgarium data opera exhibentur specimina, quosque nonnulli auctores tradunt,(1) indicibus adhibitis, inspicientis oculos in forma litterarum digno-



Tab. 157.
Alphabeta Pompeiana. (Ex *C. I. L.* t. IV, Tab. XL).



Tab. 158.
Litt. cursivae Christ. inscript. (Graffiti).

scenda exerceri necesse est; idque alterna vice in recensendis litterarum formis et in inscriptionibus legendis fieri potest. Quam quidem ad rem iam supra tabulae, fidelissime inscriptiones exhibentes, propositae ac sequentes optime prodesse poterunt, licet melius sit ipsa monumenta adire. Quod vero singularis litterarum forma integre legi non sinit, formularum cognitio non raro quasi divinando aperiet; in quo tamen caute agendum, neque propriae solummodo interpretationi innitendum.

(1) Cf. MARUCCHI, *Elém. d'arch. chrêt.* t. I, pp. 150–152.

In Coemeterio Priscillae.



Tab. 159. (Ex *Nuovo Bull. di arch. crist.* an. 1907).

IVCVNDE VIVAS
VIVAS IN ☧ (Christo)



Tab. 160. (Ex *Nuovo Bull. di arch. crist.* an. 1907).

SALBA ME
DOMNE
CRESCENTIONE

... CVNCTI SVSCIPIA*nt*
DOMNE PRISCILLE BEATE



Tab. 161.

Non omnes in hac tabula apparent inscriptiones, quia pleraeque quadam calcis crusta ex ipso muri tegu
producta cooperiae sunt.

*Adria*NVS BONIZO
///I VIV*as*
FEL*ic*I PBR PECCATOR
POϒΦINA
SANCTE XVC*te*
MAXIMI EN θεω METαΠANTων επισκοπων
*Pri*MITI A ΠONTIANE ZHCHC SANC*te Suste in men*
PRO ƄINIANI TE ABEAS IN ORATIONE
τε εIC MIAN
*pe*TE*p*ROME EVSTA*chi*VM
PRIMITI NONNANƄC SANTE SVSTE IN MENTE
*A*MANTI HABEAS IN HORATIONES
NA NA AVRELIV REPENTINV
IERVSALE CIVITAS ET
ANASTATXA A PETE PRO MARCIANVM ALVMNV IIM
ORNAMENTVM
CARA MATER
MARTYRV̄ D NABALTARIA
CVIVS/// BER TALLA
SANCTE SVSTE///
///REPENTI*num*
SVCCESSVM RVFINVM AGAPITVM E
SANCTE XYSTE
*in me*NTE HABEAS IN HO*rationes* SVSTE SAN*cte*
UT AELIBERA
SVCC/// SVM RVFINVM AGAPITVM SA
CROCEO
RV FINVM ΓεΛΛACI ZH CεNε θεω
RV
BϒΛ/// CONTRI ΔIONϒCI ZHCεC CIA
VT QVOD ITERAVI*mus* FACER BIBAC IN θεω
IN P*ace* ASTRA PETE TYXIC
ELIA
NTE BIBAC
E SATVR IN ΔEO MARCIANVM
ARANTIAM AQ
ORTA MAX SVCCESSVM
TVA ANCTA
VT VERICVNDVS GVM SVIS SEVERVM SPIRITA
ARMEN BENE NAVIGET

(*Figura graffita*) SEBATIA PATѠNI XIC AICXIONAC SANCTA IN MENTE HAVETE ET OM NES FRATRES NOS
AΔPIANOC TROS LEONTIVIB*as*
ΛEO AVIVS IN VITA

Transcriptio praecipuarum inscriptionum
apud ianuam hypogei pontificum incisarum (Tab. 161).

CAPUT IX.

De operum doliarium sigillis.

Art. I. — Criteria chronologica.

Cum non raro lateres a Christianis ad sepulcra occludenda adhibiti fuerint, nec raro ipsis in catacumbis et in subdialibus coemeteriis constructiones latericiae occurrant; de his saltem quatenus ad Christianam epigraphiam attinet, aliquantulum tractandum est, eo magis quod ex accurata tegularum istarum consideratione persaepe nonnullorum monumentorum vel hypogeorum aetas dignosci ab archaeologo possit; nam, sicuti hodie, ita tunc temporis sigillis tegulae ceteraque latericia opera muniebantur, officinae possessorum conductorumve nomina exhibentibus. Sane hoc chronologicum criterium quidam vel inter summos antiquitatum cultores,(1) spernendum aut parvi

(1) R. Lanciani ap. *Bull. dell'Ist.* 1884, p. 150. — Inter varia quae ad rem praesentem afferri possunt, illud notandum est, scilicet, cum absidem maiorem antiquae S. Petri basilicae demolirentur, lateres Constantini nominis solummodo sigillo munitos in lucem venisse, qui quidem nullibi unquam apparuerunt. Hinc iure merito magni nominis archaeologi arbitrati sunt lateres eiusmodi ad illud dumtaxat aedificium construendum confectos atque ideo ita consignatos fuisse. Constantini exemplum Valentinianus II imitatus est in amplianda S. Pauli basilica; unde ibi, neque alibi unquam, lateres plurimi reperti sigillum huius imperatoris prae se ferebant (cf. Grisar, *Roma alla fine del mondo antico*, p. 239; Nicolai, *Della basilica di S. Paolo*, Roma, 1815, p. 264). Aliud exemplum ipse ego notavi in effossionibus apud S. Callisti coemeterium peractis, quibus ruinae ingentes cuiusdam aedificii saeculi incipientis tertii patuerunt. In ipsis enim non nisi lateres Severianae aetatis sunt detecti; dum ex operibus post destructum collapsumve aedificium superstructis, ut locus nempe in coemeterium subdiale mutaretur, lateres tegulaeque quarti, quinti et sexti saeculi, una cum paucis antiquioribus, prodierunt.

pendendum arbitrati sunt, sed perperam; nam illud, non secus atque aliae epigraphicae notae, magna cum utilitate adhibitum est, Romae praesertim, ubi eiusmodi indicia quamplurima inveniuntur. Quapropter facere non possum quin huc verba quaedam adducam clarissimi ac peritissimi viri Henrici Dressel:

« Qui tegulis ad aetatem aedificii definiendam uti aggreditur, ei non solum investigandum erit, utrum parietinas unius originis an partes vel restauratas vel posteriore tempore insertas contineat, sed etiam aedificandi rationis et structurae generis analysis, ut ita dicam accuratissima erit instituenda. Modo enim duo tresve atque etiam decem pluresque laterum tituli aut non sufficiunt aut non valent ad aetatem constructionis determinandam; modo duo soli ad certum indicium pronuntiandum satis sunt. Scilicet res pendet ex loco in quo illi inveniuntur. Atque pro aetatis indiciis plerumque veris haberi possunt tituli laterum bipedalium in arcubus adhibitorum, vel in muris certis intervallis tabulatim dispositorum, saepe etiam bipedales in pavimentis et in ostiorum liminibus adhibiti; fallunt contra saepenumero, maxime in aedificiis inde a secunda alterius saeculi parte constructis, tituli laterculorum laterumve triangularium quibus veteres muros inducere solebant. Ita, ut duo tantum monumenta omnibus nota nominem, in muris circi Maxentii itemque in muris aedificiorum ei adstructorum laterculi Maxentii aetate multo antiquiores cum multi occurrant, lateres bipedales omnes exhibent sigilla aetatis Diocletianae; item in thermis Caracalli bipedales arcuum vel qui in parietibus certis intervallis tabulatim dispositi sunt semper fere eadem sigilla habent tertio saeculo ineunte impressa, cum in opere latericio quo iidem parietes inducti sunt tituli compareant antiquiores ».[1]

Quod egregius auctor dicit de ethnicis aedificiis, idem de Christianis tenendum, et quidem praesertim cum de scalis agitur quae, si antiquiores sunt, plerumque tegulis convestitae reperiuntur. Ut ergo criterium hoc valeat, plura, et eiusdem circiter temporis, sigilla inveniri debent.

(1) *Bull. dell'Inst.* 1885, pp. 108 sq.

Alia insuper aetatis sigillorum indicia indicantur a peritis, e forma scilicet, e magnitudine, e pulchritudine modoque impressionis eruenda. Praestat laudati iam Dressel verba referre, utpote huius rei omnium forsan peritissimi: (1)

« Sigilla formae quadriangulae maxima ex parte optimae aetatis existimanda sunt. Vetustissima unum tantum versum exhibent litteris magnis scriptum; eorum aetas accuratius definiri non potest, sed pertinent sine dubio ad postremum saeculum liberae rei publicae, (2) nonnulla esse possunt saeculi primi post Christum ineuntis. Quae duobus versibus constant primi saeculi esse solent medii plerumque vel exeuntis; Traiani et Hadriani aetatis sunt reliqua ex duobus vel pluribus versibus composita; ...

« Optimae aetatis ea quoque sigilla sunt quae formam habent aut semicircularem vel ad semicirculum accedentem aut lunatam: quae omnia circa aetatem Claudii imperatoris in usum venisse credibile est, nec multum ultra fines saeculi primi progredi videntur.

Tab. 162.

« Iisdem fere annorum finibus continentur sigilla formae *circularis perfectae* unum tantum versum exhibentia, nam quae ex duobus versibus constant posterioris aetatis esse solent ».

Post mediam primi saeculi partem, forma quaedam sigillorum usuvenit quam mediam inter circularem et lunatam dixeris, ita ut orbiculo (3) interno eiusmodi sigilla instructa videantur. Iam ex magnitudine huius orbiculi aetas quoque coniici potest; in quo tamen haec eiusdem Dressel perspecta

(1) *Corp. inscr. Lat.* XV, par. I, p. 9.

(2) Eorum specimina in agro suburbano plerumque iuxta vias Appiam et Latinam reperiri solent. Quoddam hoc ipso anno ad secundum viae Appiae milliarium inventum est.

(3) Est scilicet orbiculus ille parvus circulus, qui e circulo sigilli exsectus videtur.

habeantur verba: « ... Certa norma atque regula statui non potest, qua sigillorum aetates pro magnitudine orbiculi aestimentur, nec anni millimetris, quae vocant, definiri possunt, nam hic quoque sunt exceptiones satis frequentes; in universum vero summa cum confidentia hoc affirmari potest: orbiculum certis temporum intervallis decrescere ». (1)

Quod si evidentius quodammodo tale criterium significari quis velit, ipsius Dressel delineationes subiiciam:



1 2 3

Tab. 163.

Quae quidem formae his circiter aetatibus iudicantur assignandae, nimirum: 1ª annis 60–100 (120), 2ª an. 100–180, 3ª an. 175–217.

Ab aetate vero inde Diocletiana tres sigillorum occurrunt figurae, nimirum rotunda, octangula et quadrata.

« Quod ad reliqua aetatis indicia attinet », ait item Dressel, « tituli optima aetate breves esse solent, procedente vero aetate sensim prolixiores fiunt. Primo saeculo plerumque nomina servorum vel dominorum ponuntur, praedia numquam nominantur, vox *figlinae* raro adhibetur; paullo post initium saeculi alterius cum formulis *opus doliare ex praedis*, vel *opus doliare ex figlinis*, vel *opus doliare illius* passim occurrunt praediorum figlinarumque nomina et consulatus notae haud raro accedunt.

« Alia denique aetatis indicia in lateribus imperatorum sunt vel esse possunt verba *Caes. n.*, *Aug. n.*, *d. n.*, *Aug.*, *d. n. Imp.*, *Augg. nn. dd. imp.*, quamquam hic multa adhuc esse incerta fatendum est. Incertum enim interdum, utrum verbis *Augg. nn.* designentur duo Augusti an Augustus et Augusta, nec satis certum quale inter *Augusti nostri* et *Domini nostri* appellationes aetatis discrimen sit ». (2)

(1) DRESSEL, *Untersuchungen über die Chronologie der Ziegelstempel der gens Domitia*, p. 20, not. 1.

(2) *Corp. inscr. Lat.* vol. XV, pars prior, p. 10.

Ad litterarum formam et pulchritudinem quod pertinet, en quid ipse Dressel habet: « Litterae sigillorum formae quadratae quae putanda sunt esse aetatis liberae rei publicae vel saeculi primi ineuntis magnae esse solent, earumque forma minus elegans quam gravis ut ita dicam et austera, simplicissima; ductus ubique aequabiles, hastae rectae et transversae cornibus carentes. Inde a saeculo primo fere medio litterae minores fiunt et elegantiores, hastarum extremitates cornibus angulatis exornantur; posteriore aetate ductus minus aequabiles sunt hastarum rectarum extremitates tamquam securiclatae, transversarum vero forma quasi cuneata finguntur.

Tab. 164.
Sigillum doliare anni 690 P. V. C.
(Mus. Parmense).

« In sigillis lunatis et rotundis vel ad formam lunatam et rotundam accedentibus, quae omnia inde a medio fere saeculo primo videntur in usum venisse eadem fere litterarum forma

Tab. 165.
— DOLIAREM L. M. I.
— GLABR*ione* ET TOR*quato consulibus* (an. 124).
(Ex Dressel, *C. I. L.* XV, p. 344, n. 1257).

Tab. 166.
— IMP*eratore* ANTONINO II *iterum* ET BR*u*TTIO CO*n*S*ulibus*
— De P*raediis* Q*uinti* S*ervili* P*udentis* D*oliare* O*pus* ARABI
— SER*vi* (an. 139).
(Ex Dressel, *C. I. L.* XV, p. 372, n. 1440).

quae in sigillis quadratis eiusdem aetatis occurrit. Hastae rectae, maxime in titulis optimae aetatis, cunei formam referre solent, angustiores superne, inferne latiores; et ex ipsis litteris non-

nullae (B, E, N, R, S) saepius ad cunei formam fere accedunt, quod explicatur forma circulari sigilli, in quo litterarum latitudo radiis circuli designatur atque spatio cuneato continetur. Eamdem ob causam O et Q litterae, hac aetate, altiores esse solent quam latae, cum in sigillis posterioribus, quae litteris crassioribus et minoribus scripta sunt, circuli plerumque formam exhibeant, eademque de causa litterarum nexus 

« Sensim litterae finguntur *breviores* atque crassiores, hastarum extremitates sinuatae vel securiclatae. Scriptura in universum magis magisque ad quadrati formam accedit, ut, in plerisque titulis saeculi secundi exeuntis vel tertii ineuntis, litterae eiusdem sint latitudinis atque altitudinis, nonnullae interdum etiam latiores quam altae (A, C, M, R). Singulae praeterea litterarum partes ductibus tam crassis indicantur, ut haud raro omnes in unum coaluerint et extrema tantum lineamenta totius litterae appareant, quadrati fere formam exhibentia.



Tab. 167.

« Tegulae aetatis Diocletianae et posterioris litteras prominentes exhibent, in universum graciliores, nec eiusdem semper

Tab. 168.
EX·PR*aediis* DOMITIAE LVCILLAE EX·FIG*linis* DOMIT*ianis* MINORIB*us* OP*us* DOL*iare* AELI ALEXANDRI (an. circ. 135).

Tab. 169.
Sigillum aetatis labentis.
L*ucii* VALER*ii* OSPI*ti*S
(Ex Dressel, *C. I. L.* XV, 1, p. 450, n. 2152).

magnitudinis in eodem titulo; litterarum formis vero utuntur perquam variis. Scriptura enim interdum satis elegans, modo rudis, modo prorsus barbara evasit; nonnunquam talis est ut

ad litteraturam gravem et severam antiquioris aetatis propius accedat ».[1]

Denique, aetatis Diocletianae sigilla easdem litterarum formas fere exhibent quas, de paleographicis loquens inscriptionum saeculi quarti indiciis, supra adnotavi (pp. 59 sq.).

Cum autem non una sit in omnibus sigillis inscriptionum directio, exinde has statuit egregius Dressel regulas: « Bona aetate tituli recte procedunt a sinistra dextrorsum, paucis exceptis,[2]... In sigillis vero labentis et infimae aetatis mira quaedam est varietas, sive potius nulla lex. Sunt enim, praeter titulos recte aut inverse procedentes, nonnulli dextrorsum scripti sed litteris retrogradis compositi; alii sinistrorsum procedunt, omnibus vel nonnullis litteris dextrorsum positis, alii versus habent et dextrorsum et sinistrorsum procedentes, nec desunt denique exempla βουστροφηδόν scripta. Praeterea in sigillis huius aetatis passim occurrunt litterae ita inversae, ut eorum capita deorsum posita sint, quod plerumque factum esse videmus in litteris A, F, M, P, T ».[3]

Sigilla praeconstantiniana persaepe signis in medio exornantur, deorum nempe vel dearum imaginibus, animalium aliarumque incertae significationis rerum.

Tab 170. Tegulae sigillum. (Ex *N. Bull. d'arch. crist.* 1890, p. 55).

Sigilla vero Constantinianae vel posterioris aetatis Chri.sti monogramma vel crucem prae se ferunt: « Quanam de causa, ait laudatus Dressel, singulae officinae hoc signo vel alio utantur, plerumque ignoratur; sed multa eorum, et ea

(1) *Corp. inscr. Lat.* vol XV, p. 2.

(2) Cf. op. cit. nn. 525 a, b, 622, 771, 1033 a, 1236, 1375.

(3) DRESSEL, op. cit. pp. 1–2. — In sigillis bonae aetatis, ait idem auctor, G, M, T litterae eodem modo inverse reperiuntur. Praeterea V littera aliquando quoque invertitur.

quidem quae in tegulis multarum officinarum solent redire, veluti ramusculi palmae, nux pinea, folium, stella, fortasse etiam corona et Victoriae imago, certe ornamenti tantum causa ponuntur nec peculiarem habent significationem. (1) Interdum autem his signis nomen vel domini praediorum vel officinatoris significari certum est. (2) Ita reperitur lupus in tegulis Brutianis M. Rutili Lupi, aper in lateribus ex praediis Flavi Apri, aquila in tegulis Aquiliae Sozomenae nomen exhibentibus; corona significari videtur nomen C. Iuli Stephani, angue nomen Aeli Asclepiadis, caduceo nomen Mercuri vel Mercurialis ... ». (3)



Tab. 171. Tegulae legionis Fretensis. (Ex *Revue bibl.* 1904, p. 264).

Cum autem et ipsi milites, belli tempore, ad loca munienda, lateres tegulasque parare deberent, has quoque sigillo exorna-



Tab. 172. Sigillum legionis Fretensis. (Ex *Revue bibl.* 1904).

bant legionis signum exhibente. Sic, in Palestina, apud Mare Mortuum, tegulae repertae sunt Legionis decimae seu Fretentis

(1) Cf. V. Poggi, *Sigilli ant. rom.* p. 8.
(2) Cf. Gatti, ap. *Bull. d'arch. comunale*, 1887, p. 119.
(3) Dressel, op. cit. pp. 3–4.

signum ferentes, quod navis erat et, iuxta quosdam auctores, etiam porcus (Tab. 172). Hoc, nisi aliunde res pateret, satis Romanum exercitum castra ibi locaque munita saeculo vergente primo habuisse demonstraret. Verum enim vero militares eiusmodi tegulae nullae in Urbe inveniuntur, sed plerumque in longinquis provinciis ubi legiones castrametatae erant. Una dumtaxat in Latio reperta est, ad lacum scilicet Nemorensem, iuxta quem revera legionis Parthicae secundae castra fuerant: LEG II P.

Quod si vocabulis seu dictioni attendatur, prioribus tribus saeculis, in sigillis nominati reperiuntur:

1. Dominus, vel domina, praediorum ex quibus argilla ad lateres conficiendos erat extracta, necnon figlinae, seu officinae, qua confectae tegulae fuerant, dominus:

— *Ex praediis Annii Veri,*(1) *ex officina Annii Zozimi, Pontiano et Atiliano cos.*

2. Dominus, vel domina, praediorum, figlinae dominus ac officinator, seu operarius, cuius ope opus doliare erat peractum.

— *Ex praediis Domitiae Lucillae, ex figlinis Domitianis minoribus opus doliare Aelii Alexandri.*

3. Dominus praediorum ac officinator, vel vice versa:

— *Opus doliare Aristi Thalli, ex praediis Plaetorii nepotis.*

4. Figlinae dominus, vel domina, ac officinator:

— *Ex figlinis Asiniae Quadratillae, opus doliare Caii Nunnilii Fortunati, Severo et Stloga cos.*

5. Officinator quandoque ut servus, praediorum domini scilicet, aut figlinae domini, exhibetur:

— *Ex praediis Domitiae Lucillae, opus doliare ab Tertio servo.*

— *Amoeni duorum Domitiorum Lucani et Tulli, ex figlinis Caninianis.*

— *Donnaei de figlinis Viccianis.*

(1) In sigillis, sicut in epitaphiis posterioris aetatis, raro tria nomina domini occurrunt.

Praeterea, ut numeris 1) ac 4) patet, nonnunquam et consulum, anni nempe huius quo lateres sunt confecti, nomina referuntur.

Praedia ac officinae aut privata, aut publica erant; nec raro ad imperatorum familiam pertinebant; unde laterum aetas, sicut ex consulum, ita ex imperatorum nominibus sigillis consignatis non raro eruitur. Exemplorum gratia:

— *Ex f(iglinis) Domitiae Domitiani Sulpic. Paetino et Aproniano cos* (an. 123).

— *Opus doliare ex praedis Lucillae Veri ab Ulpio Anicetiano* (an. 154).

— *Ex praediis Faustinae Augustae Opus doliare L. Bruttidi Augustalis.*

— *D. N. Constantinus Aug.* — *D. N. FL. Valentinianus Aug.*

+ *Reg(nante) D(omi)n(o) Theodorico felix Roma* (vel: *bono Romae*).

+ *Reg(nante) D(omi)n(o) Athal(arico) felix Roma* (vel: *bono Romae*). (1)

Necnon interdum horum mentiones aedificiorum ad quae lateres publici destinabantur in sigillis legere est:

— *Portus Traiani.*

— *Castris praetori(s) Augusti nostri.*

(1) Athalarici regis nomen, ut notat I. B. De Rossi, in tribus tantum sigillis legitur, dum e contra innumera prorsus exempla nomen Theodorici exhibent. Quam ob rem iuvat huc ipsius archaeologi verba quaedam adducere: «Les inscriptions prouvent que le successeur de Théodoric continua, à son exemple, de protéger avec sollicitude les fabriques publiques et les monuments de Rome; cependant la rareté des terres cuites marquées du nom d'Athalaric nous persuade que l'activité de ces sortes d'ouvrages s'était grandement ralentie sous son règne. Athalaric, comme Théodoric, mettait la croix en tête des sceaux de l'une et l'autre formule» (*Bull.* 1871, pp. 81-82). Athalarici sigilla quinque apud Dressel relata inveniuntur, neque alia, quod sciam, nostris temporibus detecta sunt.

ART. II. — **De Doliaribus sigillis quae Christianis signis formulisque sunt instructa.**

Iam inde a saeculo secundo, aliquis officinae dominus vel conductor videtur fuisse Christianus, ut quidam Annius Serapiodorus cuius nomina ita breviandi caussa coarctata invenimus: ANNSER, quique opera doliaria, praesertim lampades, figura boni pastoris insignire consueverat. I. B. De Rossi opinatus est Christianum pariter quemdam fuisse figulum, qui veluti medium sigilli signum duorum piscium imaginem adoptaverat; licet de zodiaci signo ibi tantum agi veri sit similius.(1)



Tab. 173.
(Ex *Bull. d'arch. crist.* 1870, Tav. VI, n. 1 et 2).

(1) Ad sigilla Christiana praeconstantiniana quod attinet, praestat aliqua I. B. De Rossi verba afferre: « Plus d'une fois déjà, j'ai eu l'occasion de faire remarquer que les premiers chrétiens avaient coutume d'orner des symboles et autres signes de leur religion leurs utensiles de tous genres, même ceux qui étaient affectés à l'usage civil ou domestique. Les potiers (*figuli*) chrétiens se conformèrent à cet usage, et tracèrent des signes de cette nature sur les briques, sur les tuiles, sur les amphores et sur tous les autres produits de leur art. Il est cependant essentiel d'établir, pour cet objet, une distinction entre les siècles des persécutions et ceux de la paix. Durant la première période, les signes les plus caractéristiques et les plus manifestes de la foi nouvelle sont, en thèse générale, employés avec une extrême réserve: et c'est ce qui explique pourquoi ils se rencontrent si rarement sur les objets destinés par leur nature à passer par les mains de tout le monde et à tomber sous les yeux des profanes. Cette loi de prudence fut constamment observée, pour les empreintes des potiers et de leurs officines » (*Bull. d'arch. chrét.* 1870, pp. 10–11; cf. 1867, pp. 78, 79, 81; 1868, pp. 31–41, 78–81).



Tab. 174.

Tab. 175.

Tab. 176.

Tab. 177.

(Cf. DRESSEL, *C. I. L.* XV, p. 441, n. 1663 et sq.).

Christianum autem sequens videtur esse sigillum, propter cruces in eo signatas, non autem ob eius formam, nam et pagani figuli interdum in formam crucis sigilla adhibuere:



Id est:

LVCII KAETII BRITTIANI

ut legit Marini; aut, ut legit De Rossi,

LVCII KAESONIS AETII BRITTIANI

Christianum quoque Cneum Domitium Evaristum [1] quemdam libenter dixeris, quippe qui opera doliaria his signaverit modis:

V·Q·F· = Valeat qui fecit;

V··Q·  F, quod quidem esset legendum: *Valeat (in Christo) Qui Fecit (eius pisciculus,* id est *fidelis).*

(1) Cneus hic Domitius duorum Domitiorum Lucani et Tulli, qui saeculo ineunte secundo floruere, libertus fuisse videtur.

I. B. De Rossi, cuius est ista interpretatio, eam tamen dumtaxat uti probabilem proponit.[1]

Post pacem Ecclesiae, Christi monogrammata lateribus imprimi coepta sunt, quorum innumera prorsus exempla in lucem prodierunt, eaque plerumque ad officinam pertinentia cui CLAUDIANA nomen fuit. Sigilla Christi quoque monogrammate non raro cum litteris A et Ω insignita, quamplurima in Hispania repperit Hübner,[2] in quibus insuper, praeter figuli nomina, etiam formulae huiuscemodi leguntur: SPES IN DEO, IN A ☧ Ω, IN DEO ☧, quae tamen Constantini tempore anteriores haud dicendae. Ut enim De Rossi animadvertit, licet formula *spes in Deo*, in epitaphiis antiquissima sit, praesertim Romae, tamen eius usus in supellectile et in doliaribus operibus post Constantinianam perduravit aetatem,[3] ac non pauca exempla nostris temporibus reperta sunt, quorum en aliqua specimina:

Tab. 178. ☧ M Γ

(Ex Dressel, *C. I. L.* t. XV, n. 4888).

Tab. 179. ☧ M Γ

(Ex Dressel, *C. I. L.* t. XV, n. 4889).

SPES I
N DEO (4)



(5)

(1) *Bull. d'arch. chrét.* pp. 12–13.

(2) Hübner, *Corp. inscr. Lat.* t. II, *Inscr. Hisp.* nn. 4967, 3240.

(3) De Rossi, *Bull. d'arch. chrét.* 1869, p. 82. — Verum si tunc temporis formula praefata ceteraeque formulae eiusdem generis ad Romana epitaphia pertinere solum saeculo anteriora quarto generatim reputatae sunt, non idem hodie dici fas est, cum e saeculi quarti coemeterialibus regionibus non paucae formulae istiusmodi in lucem prodierint.

(4) Delattre, *Bull. de l'Acad. d'Hippone*, 1885, p. 214.

(5) Cavedoni, *Spicilegio epigr. Modenese*, 1862, p. 50.

☧ (1) ☧ FVSERI VIVAS (2) - VTERE FELIX IN ☧ (3)
+ IN NOMINE DEI (4) - DEVS DAT (5)

De litteris X M L quae etiam in doliaribus sigillis conspiciuntur iam supra dictum est satis. In amphoris impressae sequentes reperiuntur formulae et haec habentur sigilla:

Tab. 180. Amphorae sigillum. (Ex La Blanchère, *Coll. du Mus. Alaoni*, 1890, p. 110).





Tab. 181. Amphorae sigillum. (Ex Delattre, *Mus. Lavigerie*, 1899, IIIe série, pl. VII, n. 5).



Ῥοδίος (?) sextaria ΑΓ = 33 1/2, 1/4.
Tab. 182.
Amphora in domo Coelimontana Ss. Ioannis et Pauli inventa litteris minio exaratis instructa. (Ex *Bull. di arch. crist.* 1890, Tav. III, 1 et 2).

Exempla denique dantur prorsus dubia, praesertim propter monogrammata ☧ et ☧ quae aliud quam nomen Christi si-

(1) Dressel, *Corp. inscr. Lat.* t. XV, n. 3551.
(2) Fiorelli, *Notizie degli scavi*, 1880, p. 110.
(3) Martigny, *Bull. d'arch. chrét.* 1870, p. 19.
(4) De Rossi, *Bull. d'arch. chrét.* 1869, p. 94.
(5) Dressel, *Corp. inscr. Lat.* t. XV, n. 3442.

gnificare possunt. Sic aegre Christiana reputari illa possunt signa cum inter testulas Pompeianae urbis inveniuntur, licet a quibusdam archaeologis saeculi elapsi haud dubie Christiana habita fuerint. Non proinde utile videtur de iis sermonem fieri.[1]

Sicut Romae ad S. Petri basilicam construendam speciales propriique lateres parati fuere, sic in Africa Numidica idem interdum factum esse videtur, nam in ruinis ecclesiarum eiusmodi inventa sunt sigilla:

BEATAM ECCLESIA
AM CA ΑΡΩ TOLI
CAM EX OFICI
NA FORTVNATIANI

*ad f*ABR CHATHOLICA
RV ECLESIA ☧
RVM

Ad fabricam catholicarum ecclesiarum.

Sigilla ista ad primaevam basilicarum constructionem pertunuisse arbitratus est I. B. De Rossi,[2] sumptu enim publico aedes ipsae fuerant, Constantini iussu, erectae; eodem vero regnante Constantino ab haereticis Donatistis occupatae, ite-

Tab. 183.
(Ex *Bull. d'arch. crist.* 1870, Tav. VII, n. 5).

Tab. 184.
(Ex *Bull. d'arch. crist.* 1870, Tav. VII, n. 4).

rumque catholicis traditae. Hinc illa Constantini epistola ad Numidiae episcopos anno trecentesimo trigesimo data, in qua legitur: « Comperi haereticos sive schismaticos eam basilicam *Ecclesiae catholicae*, quam in Constantina civitate iusseram

(1) Egregius H. Leclercq quem, eo quod monogrammatis ☧ significationem omnibus prorsus probatam negaverit, ego carpere quidem haud dubitavi (p. 63, 64), non parum in ulterioribus suis scriptis ad communem sententiam devenit. Sed hoc mihi tardius innotuit quam ut possem quidquam de facta animadversione mutare.

(2) De Rossi, *Bull. di arch. crist.* 1878, pp. 20–21.

fabricari, solita improbitate invadendam putasse. » Et in alia epistola: « Ad rationalem competentes (litteras) dedi ut do-

Tab. 185. Sigillum doliare Christianum Syracusis inventum.
(Ex *Bull. d'arch. crist.* 1870, Tav. VII, n. 1).

mum bonorum nostrorum transgredi faciat ad dominium *Ecclesiae catholicae*, . . . in quo loco sumptu fiscali basilicam erigi



Tab. 186. Sigilla doliaria Christiana Romae, in Monte Testaceo reperta.
(Ex *Bull. d'arch. crist.* 1870, Tav. III, n. 1).

praecepi: ad consularem quoque scribi mandavi Numidiae, ut ipse in eiusdem *ecclesiae fabricatione* in omnibus sanctimoniam vestram iuvaret ». (1)

(1) COLET, *Concil. coll.* ed. t. I, p. 1473, Venetiis, 1728. — « Spontaneo, ait I. B. De Rossi, è il confronto di queste solenni parole colle riferite scritture lapidarie della Numidia: le quali perciò possono sembrare costantiniane e dei primi tempi incirca della pace; piuttosto che di quelli del *risorgimento* della chiesa africana nel secolo sesto » (*Bull.* loc. cit.).

TABULA

CONSULUM, PONTIFICUM (CHRIST.) ET CAESARUM

Consulum Caesarumque Romanorum ac pontificum Christianorum series.

Consulum tabula, dum in praesenti opere natura nequit desiderari, magnae est utilitatis futura studiosis, si una cum consulum, etiam pontificum Caesarumque nomina simul ac chronologico ordine describantur, quod hic quidem praestare mihi curae fuit.

Annos, quorum consularis nota aliqua in Christianis inscriptionibus hucusque cognitis invenitur, stellulis distinxi; Caesarum nominibus, iuxta numismata eorum redactis, annos electionis mortisque tempus subiunxi; nominibus denique pontificum, praeter id, etiam sepulturae notam contuli, ex *Libro pontificali* excerptam.

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
† 67 (?)	Fonteius Capito, C. Iulius Rufus.	**S. Petrus.** « Qui et sepultus est via Aurelia, in templum Apollonis, iuxta locum ubi crucifixus est, iuxta palatium Neronianum, in Vaticanum, iuxta territurium triumphalem, III kal. iul. » (*Lib. pont.*).	**Nero.** Imperator anno 54 – mortuus 9 iunii 68.
68	Galerius Trachalus, Ti. Catius Silius Italicus.	**S. Linus.** « Qui et sepultus est iuxta corpus beati Petri in Baticano sub die VIII kal. octubris » (*Lib. pont.*).	**Galba.** 6 iun. 68 – 15 ian. 69.
69	Ser. Sulpicius Galba Caesar Augustus II, T. Vinius Rufinus.	. . . . .	**Otho.** 15 ian. 69 – 16 april. 69.
70	Imp. Caes. Vespasianus Aug. II, Titus Caes. Vespasianus.	. . . . .	**Vitellius.** 2 ian. 69 – 20 (?) dec. 70.
*71	Imp. Caes. Vespas. Aug. III, M. Cocceius Nerva.	. . . . .	**Vespasianus.** 69 – 13 iul. 79.
72	Imp. Caes. Vespas. Aug. IIII, Titus Caes. Vespasianus II.		
73	Caesar Domitianus II, L. Valerius Catullus Messalinus.		
74	Imp. Caes. Vesp. Aug. V, Titus Caes. Vesp. III.		
75	Imp. Caes. Vesp. Aug. VI, Titus Caes. Vesp. IIII.		
76	Imp. Caes. Vesp. Aug. VII, Titus Caes. Vesp. V.	**S. Cletus.** « Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Baticanum VI kal. mai » (*Lib. pont.*).	
77	Imp. Caes. Vesp. Aug. VIII, Titus Caes. Vesp. VI.		
78	L. Ceionius Commodus, D. Novius Priscus.		
79	Imp. Caes. Vesp. Aug. IX, Titus Caes. Vesp. VII.	. . . . .	**Titus.** 79-13 sept. 81.
80	Imp. Titus Caes. Vesp. Aug. VIII, Caesar Domitianus VII.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
81	L. Flavius Silva Nonius Bassus, Asinius Pollio Verrucosus.	. . . . .	**Domitianus.** 81 – 13 sept. 96.
82	Imp. Caes. Domitianus Aug. VIII, T. Flavius Sabinus.		
83	Imp. Caes. Domitianus Aug. VIIII, Q. Petillius Rufus II.		
84	Imp. Caes. Domitianus Augustus Germanicus X, C. Oppius Sabinus.		
85	Imp. Caes. Domitianus Aug. Germanicus XI, T. Aurelius Fulvus.		
86	Imp. Caes. Domitianus Aug. Germanicus XII, Ser. Corn. Dolabella Petronianus.		
87	Imp. Caes. Domitianus Aug. Germanicus XIII, L. Volusius Saturninus.		
88	Imp. Caes. Domitianus Aug. Germanicus XIIII, L. Minicius Rufus.	**S. Clemens.** « Qui etiam sepultus est in Graecias VIII kal. dec. » (*Lib. pont.*).	
89	Aurelius Fulvus, ... Atratinus.		
90	Imp. Caes. Domitianus Aug. Germanicus XV, M. Cocceius Nerva II.		
91	M. Acilius Glabrio, M. Ulpius Traianus.		
92	Imp. Caes. Domitianus Aug. Germanicus XVI, Q. Volusius Saturninus.		
93	(Cn.?) Pompeius collega, ... Priscinus.		
94	L. Nonius Torquatus Asprenas, T. Sextius Lateranus.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
95	Imp. Caes. Domitianus Aug. Germanicus XVII, T. Flavius Clemens.		
96	T. Manlius Vales, C. Antistius Vetus.	. . . . .	**Nerva.** 96 - 25 ian. 98.
97	Imp. Nerva Caesar Aug. Germanicus III, L. Verginius Rufus III.	**S. Evaristus** (97-105 ?). « Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Baticanum VI kal. nov. » (*Lib. pont.*).	
98	Imp. Nerva Caesar Aug. Germanicus IIII, Imp. Nerva Traianus (Aug.) II.	. . . . .	**Traianus.** 98 - 11 aug. 117.
99	A. Cornelius Palma, Q. Sosius Senecio.		
100	Imp. Caes. Nerva Traianus Aug. Germ. III, Sex. Iulius Frontinus III.		
101	Imp. Caes. Nerva Traianus Aug. Germ. IIII, Q. Articuleius Paetus.		
102	C. Iulius Ursus Servianus II, L. Licinius Sura II.		
103	Imp. Caes. Nerva Traianus Aug. Germ. V, M. Laberius Maximus II.		
104	Sex. Attius Suburanus II, M. Asinius Marcellus.		
105	Ti. Iulius Candidus Marius Celsus II, C. Antius A. Iulius Quadratus II.	**S. Alexander** (105 ?-115 ?). « Qui etiam sepultus est via Numentana, ubi decollatus est, ab urbe Roma non longe, milliario VII » (*Lib. pont.*) (1).	
106	L. Ceionius Commodus Aurelius Annius Verus, ... Cerealis.		

(1) Papa Alexander cum ceteris iuxta corpus beati Petri sepultus fuisse videtur. Auctor confundit Alexandrum quemdam episcopum, cuius extat coemeterium in via Nomentana cum pontifice.

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*107	L. Licinius Sura III, Q. Sosius Senecio II.		
108	App. Annius Trebonius Gallus, M. Atilius Metilius Bradua.		
109	A. Cornelius Palma II, Q. (Baebius?) Tullus.		
110	Ser. (Corn.) Scipio Salvidienus Orfitus, M. Peducaeus Priscinus.		
*111	C. Calpurnius Piso, M. Vettius Bolanus.		
112	Imp. Caes. Nerva Traianus Aug. Germ. Dacicus VI, T. Sextius Africanus.		
*113	L. Publilius Celsus II, C. Clodius Crispinus.		
114	Q. Ninnius Hasta, P. Manilius Vopiscus Vicinillianus.		
115	L. Vipstanus Messalla, M. Pedo Vergilianus.	**S. Xystus I** (115-125?). « Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Baticanum III non. april. » (*Lib. pont.*).	
116	L. Lamia Aelianus, Sex. Carminius Vetus.		
*117	Q. Aquilius Niger, M. Rebilus Apronianus.	. . . . .	**Hadrianus.** 117 10 iul. 138.
118	Imp. Caes. Traianus Hadrianus Aug. II, Cn. Pedanius Fuscus Salinator.		
119	Imp. Caes. Traianus Hadrianus Aug. III, ... Rusticus.		
120	L. Catilius Severus II, T. Aurelius Fulvius Boionius Arrius Antoninus.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
121	M. Annius Verus II, ... Arrius Augur.		
122	Acilius Aviola, ... Corellius Pansa.		
123	Q. Articuleius Paetinus, L. Venuleius Apronianus.		
124	M'. Acilius Glabrio, C. Bellicius Flaccus Torquatus Tebanianus.		
125	M. Lollius Paullinus Valerius Asiaticus Saturninus II, L. Elpidius Titius Aquilinus.	**S. Telesphor.** (125-136?). « Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Baticanum IIII non. ian. » (*Lib. pont.*).	
126	M. Annius Verus III, C. Eggius Ambibulus Pomponius Longinus Cassianus L. Maecius Postumus.		
127	M. Gavius Squilla Gallicanus, T. Atilius Rufus Titianus.		
128	(Nonius?) Torquatus Asprenas II, M. Annius Libo.		
129	P. Iuventius Celsus T. Aufidius Hoenius Severianus II, L. Neratius Marcellus.		
130	Q. Fabius Catullinus, M. Flavius Aper.		
131	Ser. Octavius Laenas Pontianus, M. Antonius Rufinus.		
132	C. Serius Augurinus, C. Trebius Sergianus.		
133	(C.?) Antonius Hiberus, (P.?) Mummius Sisenna.		
134	L. Iulius Ursus Servianus III, T. Vibius Varus.		
135	L. Tutilius Lupercus Pontianus, P. Calpurnius Atticus (?) Atilianus.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
136	L. Ceionius Commodus Verus (L. Aelius Verus Caesar), Sex. Vetulenus Civica Pompeianus.	**S. Hyginus** (136-140?). « Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Baticano, III id. ianuar. » (*Lib. pont.*).	
137	L. Aelius Caesar II, P. Coelius Balbinus Vibullius Pius.		
138	Kanus Iunius Niger, C. Pomponius Camerinus.	. . . . .	**Antoninus Pius** 138 - 7? mart. 161
139	Imp. Caes. T. Aelius Hadrianus Antoninus Aug. II, C. Bruttius Praesens II.		
140	Imp. etc. Antoninus Aug. III, M. Aelius Aurelius Verus Caesar.	**S. Pius I** (140-155?). « Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Baticanum V id. iul. » (*Lib. pont.*).	
141	T. Hoenius Severus, M. Peducaeus Stloga Priscinus.		
142	L. Cuspius Rufinus, L. Statius Quadratus.		
143	C. Bellicius Torquatus, Ti. Claudius Atticus Herodes.		
144	L. (Hedius Rufus) Lollianus Avitus, T. Statilius Maximus.		
145	Imp. etc. Antoninus Aug. IV, M. Aurelius Verus Caes. Aug. II.		
146	Sex. Erucius Clarus II, Gn. Claudius Severus Arabianus.		
147	L. Annius Largus, C. Prastina Pocatus Messalinus.		
148	C. Bellicius Torquatus, P. Salvius Iulianus.		
149	Ser. Cornelius Salvidienus Scipio Orfitus, Q. Nonius Sosius Priscus.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
150	M. Gavius Squilla Gallicanus, Sex. Carminius Vetus.		
151	Sex. Quintilius Condianus, Sex. Quintilius Val. Maximus.		
152	M'. Acilius Glabrio senior, M. Valerius Homullus.		
153	C. Bruttius Praesens, A. Iunius Rufinus.		
154	L. Aelius Aurelius Commodus, T. Sextius Lateranus.		
155	C. Iulius Severus, M. Iunius Rufinus Sabinianus.	**S. Anicetus** (155-166?). « Qui etiam obiit martyr et sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano » (*Lib. pont.*).	
156	M. Ceionus Silvanus, C. Serius Augurinus.		
157	M. Ceionus Civica Barbarus, M. Metilius etc. Torquatus Fronto.		
158	Ser. Sulpicius Tertullus, Q. Tineius Sacerdos Clemens.		
159	Plautius Quintillus, M. Statius Priscus Licinius Italicus.		
160	App. Annius Atilius Bradua, T. Clodius Vibius Varo.		
161	M. Aelius Aurelius Aug. III, L. Aelius Aurelius Commodus II.	. . . . .	**M. Aurelius,** 161 - 17 mart. 180 et **Lucius Verus,** 161 - hieme 169.
162	Q. Iunius Rusticus Secundus, L. Plautius Aquilinus.		
163	M. Pontius Laelianus Larcius, A. Iunius Pastor.		
164	M. Pompeius Macrinus, P. Inventius Celsus.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
165	M. Gavius Orfitus, L. Arrius Pudens.		
166	Q. Servilius Pudens, L. Fufidius Pollio.	**S. Soter** (166-175?). « Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri » (*Lib. pont.*).	
167	M. Aurelius Aug. III, M. Ummidius Quadratus.		
*168	L. Venuleius Apronianus II, L. Sergius Paullus II.		
169	Sosius Priscus, P. Coelius Apollinaris.		
170	C. Erucius Clarus, M. Cornelius Cethegus.		
171	T. Statilius Severus, L. Alfidius Herennianus.		
172	Sergius Calpurnius Scipio, Quintilius Maximus.		
173	Cn. Claudius Severus II, T. Claudius Pompeianus II.		
*174	Gallus, Q. Flac. Volusius Cornelianus.		
175	L. Calpurnius Piso, Salvius Iulianus.	**S. Eleuterius** (175-189). « Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Baticano VIIII kal. iun. » (*Lib. pont.*).	
176	T. P. Proculus Vitrasius Pollio II, M. Flavius Aper II.	. . . . .	**Commodus.** 176 13 dec. 193.
177	Aur. Commodus Aug., M. Plautius Quintilius.		
178	Sergius Scipio Orfitus, P. Velius Rufus (Iulianus?).		
179	Aur. Commodus Aug. II, P. Martius Verus II.		
180	L. Fulvius Bruttius Aquileius II, S. Quintillius Cordianus.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
181	Aur. Commodus Aug. III, L. Antistius Burrus Adventus.		
182	Petronius Sura Mamertinus, (Q. Tineius?) Rufus.		
183	Aur. Commodus Aug. IIII, C. Aufidius Victorinus II.		
184	L. Cossonius Eggius Marullus, Cn. Papirius Aelianus.		
185	(M. Corn. Nigrinius?) Maternus, Ti. Claud. App. Bradua Atticus.		
186	Aur. Commodus Aug. V, M'. Acilius Glabrio II.		
187	L. Bruttius Quintus Crispinus, Roscius Aelianus.		
188	Seius Fuscianus II, M. Servilius Silanus II.		
189	..... Duilius Silanus, Q. Servilius Silanus.	**S. Victor** (189-199). « Hic sepultus est iuxta corpus beati Petri apostoli in Baticanum v kal. aug. » (*Lib. pont.*).	
190	Aur. Commodus Aug. VI, M. Petronius Sura Septimianus.		
191	... ius Pedo Apronianus, M. Valerius Bradua Mauricus.		
192	Aur. Commodus Aug. VII, P. Helvius Pertinax II.		
193	Q. Sosius Falco, C. Iulius Erucius Clarus.	.....	**Pertinax.** 193 - 1 iun. 193.
194	Sept. Severus Aug. II, D. Clodius Sept. Albinus Caes. II.	.....	**Septimius Severus.** 193 - 14 febr. 211.
195	..... Scapula Tertullus Priscus, ... Tineius Clemens.		
196	C. Domitius Dexter II, L. Val. Messala Thaseas Priscus.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
197	T. Sextius Lateranus, L. (C.?) Cuspius Rufinus.		
198	..... Saturninus, ... Gallus.	.....	**Caracalla.** 198 - 8 apr. 217.
199	P. Cornelius Anullinus II, M. Aufidius Fronto.	**S. Zephyrinus** (199-217). « Qui etiam sepultus est in cymiterium Calisti via Appia VIII kal. sept. » (*Lib. pont.*).	
200	Ti. Claudius Severus (Proculus?), C. Aufidius Victorinus.		
201	L. Annius Fabianus, M. Nonius Arrius Mucianus.		
202	Sept. Severus Aug. III, M. Aur. Sev. Antoninus Pius.		
203	C. Fulvius Plautianus II, P. Septimius Geta II.		
*204	L. Fabius Cilo Fulcinianus II, M. Annius Fl. Libo.		
205	Imp. Caes. M. Aur. Severus II, P. Sept. Geta Caes.		
206	M. Umbrius Senecio etc., L. Fulvius Aemilianus.		
207	..... Aper, ... Maximus.		
208	Imp. Caes. M. Aur. Severus III, P. Sept. Geta Caes. II.		
209	Ti. Claudius Pompeianus, ... Avitus.	.....	**Geta.** 209 - 27 febr. 212.
210	M'. Acilius Faustinus, A. Triarius Rufinus.		
211	(Q. Hael. Rufus?) Gentianus, Pomponius Bassus.		
212	C. Iulius Asper II, C. Iulius Galerius Asper.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
213	Imp. Caes. M. Aur. Severus IV, D. Caelius Calvinus Balbinus II.		
214	Valerius Messalla (Apollinaris?), C. Oct. Appius Suetrius Sabinus.		
215	..... Maecius Laetus II, ... Sulla Cerealis.		
216	P. Catius Sabinus II, P. Cornelius Anullinus.		
*217	C. Bruttius Praesens, T. Messius Extricatus II.	**S. Callistus** (117-222). « Qui etiam sepultus est in cymiterio Calipodi via Aurelia miliario III prd. id. octob. » (*Lib. pont.*).	**Macrinus.** 217 - 8 iun. 218. **Heliogabalus.** 218 - 11 mart. 222.
218	Imp. Caes. M. Macrinus Aug., Octalinius Adventus.		
219	Imp. Caes. M. Aur. etc. II, Q. Tineius Sacerdos II.		
220	Imp. Caes. M. Aur. etc. III (Eliogabalus), (P.?) Val. Eutychianus Comazon.		
221	C. Vettius Gratus Sabinianus, M. Flavius (?) Vitellius Seleucus.		
222	Imp. Caes. M. Aur. etc. (Eliogabalus) IV, Severus Alexander Caes. Aug.	**S. Urbanus I** (222?-230). « Qui etiam sepultus est in cymiterio Praetextati via Appia » (*Lib. pont.*).	**Alexander Severus.** 222 - 235.
223	L. Marius Max. Perp. Aurelianus II, L. Roscius Paculus Papirius Aelianus.		
224	App. Claudius Iulianus II, C. Bruttius Crispinus.		
225	Ti. Manilius Fuscus II, Ser. Calpurnius Domitius Dexter.		
226	Alexander Severus Aug. II, L. Aufidius Marcellus II.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
227	M. Nummius Senecio Albinus, M. Laelius Maximus.		
228	..... Modestus II, ... Probus.		
229	Alex. Severus Aug. III, ... Cassius Dio Cocceianus II.		
230	L. Virius Agricola, Sex. Catius Clementinus Priscillianus.	**S. Pontianus** (21 iul. 230–28 sept. 235. « Quem beatus Fabianus adduxit navigio et sepelivit in cymiterio Calisti via Appia » (*Lib. pont.*).	
231	..... Claudius Pompeianus, T. Flavius Praelignianus.		
232	..... Lupus, ... Maximus.		
233	..... Maximus II, ... Paternus (Agricola).		
*234	M. Cl. Pupienus Maximus II, ... Agricola (?) Urbanus.		
*235	Cn. Claudius Severus, L. Ti. Claudius Aurelius Quintianus.	**S. Anteros** (21 nov. 235–3 ian. 236). « Qui etiam sepultus est in cymiterio Calisti via Appia III non. ianuar. » (*Lib. pont.*).	**Maximinus I.** 235 – mai. 238.
236	Imp. Caes. C. Iul. Verus Maximus etc. M. Pupienus Africanus.	**S. Fabianus** (10 ian. 236–20 ian. 250). « Qui etiam sepultus est in cymiterio Calisti via Appia XIII kal. feb. » (*Lib. pont.*).	
237	..... Marius Perpetuus, L. Mummius Felix Cornelianus.		
238	..... Fulvius Pius, ... Pontius Proculus Pontianus.	.....	**Gordianus I.** 238 – mart. 238. **Gordianus II, Balbinus, Pupienus.** **Gordianus III.** Iun. 238 – 13 mart. 244.
*239	Imp. Caes. M. Antonius Gordianus Aug., M'. Acilius Aviola.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
240	(Vettius?) Sabinus II, ... Venustus.		
241	Gordianus Aug. II, (Claudius?) Pompeianus.		
242	C. Vettius Atticus (Sabinianus), C. Asinius Lep. Praetextatus.		
243	L. Annius Arrianus, C. Cervonius Papus.		
244	Pollenius Armenius Peregrinus, ... Fulvius Aemilianus.	.....	**Philippus** (senior). 244 - 16 oct. 249 et **Philippus** (iunior).
245	Philippus Aug., ... Titianus.		
246	C. Bruttius Praesens, C. All... Albinus.		
247	Philippus Aug. II, Imp. Caes. Iul. Sev. Philippus Aug. etc.		
248	Philippus Aug. III, Philippus Aug. filius II.		
249	..... Fulvius Aemilianus II, L. Naevius Aquilinus.	.....	**Traianus Decius.** 249 - nov. 251.
250	Decius Aug. II, ... Vettius Gratus.		
251	Decius Aug. III, Q. Herennius Etruscus Messius Decius Caes.	**S. Cornelius** (251-... iun. 253. « Cuius corpus noctu collegit beata Lucina cum clericis, et sepelivit in crypta, iuxta cymiterium Calisti via Appia in predio suo XVIII kal. octob. » (*Lib. pont.*) (Novatiani schisma).	**Herennius Decii f. Hostillianus.** **Trebonianus Gallus.** 251 - sept. vel nov. 253. **Volusianus.** 251 - sept. 253.
252	Gallus Aug. II, Volusianus Aug.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
253	Volusianus Aug. II, (L. Valerius) Maximus.	**S. Lucius I** (253-5 mart. 254). « Qui etiam sepultus est in cymiterio Calisti via Appia VIII kal. sept. » (*Lib. pont.*).	**Aemilianus.** 253. **Valerianus.** 253 - captivus factus a rege Sapore anno 259. **Gallienus.** 253 - 20 mart. 268.
254	Valerianus Aug. II, Lic. Egnatius Gallienus Aug.	**S. Stephanus I** (12 mai 254-2 aug. 257). « Qui etiam sepultus est in cymiterio Calisti via Appia IIII non. aug. » (*Lib. pont.*).	**Saloninus.** 253 - 259.
255	Valerianus Aug. III, Licinius Egatius Gallienus II.		
*256	L. Valerius Maximus (II?), M. Acilius Glabrio.		
257	Valerianus Aug. IV, Gallienus Aug. III.	**S. Syxtus II** (30 aug. 257-6 aug. 258). « Qui vero sepultus est in cymiterio Calisti via Appia VIII id. aug. » (*Lib. pont.*).	
258	Memmius Tuscus, ...b... Pomponius Bassus.	.....	**Postumus.** 258 - 267.
259	.... Aemilianus, ... Bassus.	**S. Dionysius** (22 iul. 259-26 dec. 268). « Qui etiam sepultus est in cymiterio Calisti via Appia VI kal. ianuar. » (*Lib. pont.*).	
260	P. Cornelius Saecularis II, C. Iunius Donatus II.	.....	**Macrianus** (pater). 260 - 262. **Macrianus** (filius). 260 - 262. **Quietus.** 260 - 262.
261	Gallienus Aug. IV, L. Petronius Taurus Volusianus.		
262	Gallienus Augustus V, ... Faustinianus.		
*263	..... Albinus II, ... Maximus Dexter.		
264	Gallienus Aug. VI, ... Saturninus.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE ORITUS
265	P. Lic. Corn. Valerianus II, ... Lucillus.	.....	**Victorinus** (pater). 265 - 267.
266	Gallienus VII, ... Sabinillus.		
267	(Nonius) Paternus, ... Arcesilaus.	.....	**Lelianus,** vel **Lollianus,** vel **Aelianus,** vel **Aemilianus.** 267 - ...
*268	..... Paternus II, ... Maximianus.	.....	**Marius.** 268. **Claudius II** (Gothicus). 268 - 20 aug. 270. **Tetricus** (pater). 268 - 273.
*269	M. Aur. Claudius Aug., ... Paternus.	**S. Felix** (5 ian. 269-10 dec. 274). « Qui et sepultus est in cimiterio suo via Aurilia milliario II, III k. ian. » (*Lib. pont.*). — « III k. ian. Felicis in Callisti » (*Depositio episc. Rom.* seu *Index Philocalianus*) (1).	**Tetricus** (filius). 269 - 273.
270	Flavius Antiochianus II, Virius Orfitus.	.....	**Quintilius.** Regnavit per mensem unum. **Aurelianus.** 270 - mart. 275.
271	Aurelianus Aug., ...b... Pom. Bassus II.		
272	Quietus, Veldumnianus.		
*273	M. Claudius Tacitus, ... (Iulius) Placidianus.		
*274	Aurelianus Aug. II, (C. Iulius?) Capitolinus.		
275	Aurelianus Aug. III, ... Marcellinus.	**S. Eutychianus** (4 ian. 275-7 dec. 283). « Qui etiam sepultus est in cymiterio Calisti via Appia VIII kal. aug. » (*Lib. pont.*).	**Tacitus.** 275 - 276.
276	Tacitus Aug., ... Aemilianus.	.....	**Probus.** 276 - 282.

(1) Auctor *Libri pontificalis* videtur hunc pontificem cum Felice II confundere.

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
277	Probus Aug., ... Paulinus		
278	Probus Aug. II, (Virius?) Lupus.		
279	Probus Aug. III, Nonius Paternus II.		
280	.... Messala, ... Gratus.		
281	Probus Aug. IV, C. (Iunius?) Tiberianus.		
282	Probus Aug. V, ... (Pomponius?) Victorinus.	.....	**Carus.** 282 - dec. 283
283	Carus Aug., Imp. Caes. M. Aur. Carinus.	**S. Gaius** (17 dec. 283-22 apr. 296). « Qui vero sepultus est in cymiterio Calisti via Appia x kal. mai » (*Lib. pont.*).	**Carinus.** 283 - ... **Numerianus.** 283 - sept. 284. **Iulianus.** 283 - 284
284	Imp. Caes. M. Aur. Carinus II, Imp. Caes. M. Aur. Numerianus.	.....	**Diocletianus.** 284 - 1 mai 305.
285	Imp. Caes. M. Aur. Carinus III, ... Aur. Aristobulus. *In Oriente*: Diocletianus II.		
286	M. Iunius Maximus II, ... Vettius Aquilinus.	.....	**Maximianus Herculeo.** 286 - 1 mai 305.
287	Diocletianus III, Maximianus Aug.	.....	**Carusius.** 287 - 293
*288	Maximianus Aug. II, Pomponius Ianuarius.		
289	M. Macrius Bassus, L. Ragonius Quintianus.		
*290	Diocletianus Aug. IV, Maximianus Aug. III.		
*291	C. Iulius Tiberianus II, Cassius Dio.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*292	Afranius Hannibalianus, Asclepiodotus.	. . . . .	**Constantius I Clorus.** 292 - 25 iul. 306.
			Galerius Maximianus. 292 - mai 311.
*293	Diocletianus Aug. V, Maximianus Aug. IV.		
294	C. Fl. Val. Constantius Caes. Galerius Val. Maximianus Caes.	. . . . .	**Allectus.** 294 - 297.
*295	Nummius Tuscus, Annius Annullinus.		
*296	Diocletianus Aug. VI, Constantius Caesar II.	**S. Marcellinus** (30 iun. 296-23? aug. 303). « (*Sepultus*) in crypta quod ipse praeceperat, iuxta corpus sancti Criscentionis » (*Lib. pont.*).	
*297	Maximianus Aug. V, Gal. Val. Maximianus Caes. II.		
*298	Anicius Faustus II, Virius Gallus.		
*299	Diocletianus Aug. VI, Maximianus Aug. VI.		
*300	Constantius Caes. III, Gal. Val. Maximianus Caes. III.		
*301	T. Fl. Postumius Titianus II, Popilius Nepotianus.		
*302	Constantinus Caes. IV, Gal. Val. Maximianus Caes. IV.		
303	Diocletianus Aug. VIII, Maximianus Aug. VII.		
304	Diocletianus Aug. IX, Maximianus Aug. VIII.		
305	Constantius Caesar V, Gal. Val. Maximianus Caes. V.	. . . . .	**Flavius Severus II.** 305 - apr. 307.
			Maximinus Daza II. 305 - aug. 314.

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
306	Constantius Augustus VI, Galerius Augustus VI.	. . . . .	**Maxentius.** 306 – 27 oct. 312. **Constantinus I Magnus.** 306 – 12 maii 337.
*307	Maximianus Aug. IX, Fl. Val. Constantinus nob. Caes. *In Or.*: Val. Severus Aug. VII (1).	. . . . .	**Licinius** (pater). 307 – 324.
308	*Extra Ital.*: Maximianus Aug. X; Galerius Aug. VII. *Romae*: Maxentius Aug.; M. Val. Romulus nob. puer.	**S. Marcellus** (308?–309). « Qui etiam sepultus est in cymiterio Priscillae via Salaria XVII kal. febr. » (*Lib. pont.*).	
309	Maxentius II, M. Val. Romulus nobiliss. vir. II. *Extra Romam*: Post consulatum Maximiani X et Maximiani VII: *In Or.*: Imp. Licinius Nobilis Caesar.	**S. Eusebius** (309 vel 18 apr. 310–17 aug. 310). « Qui etiam sepultus est in cymiterio Calisti in cripta, via Appia VI non. octob. » (*Lib. pont.*).	
*310	*Romae*: Maxentius Aug. III. *Alibi*: Anno II post cons. etc.: *In Or.*: Andronicus et Probus.		
311	Maximianus Aug. VIII, Maximinus Aug. II.	**S. Miltiades** (2 iul. 311–11 ian. 314). « Hic sepultus est in cymiterio Calisti via Appia in cripta » (*Lib. pont.*).	**Alexander** (tyrannus).
312	Constantinus Aug. II, Licinius Aug. II.		
313 (Indictio I)	Constantinus Aug. III, Licinius Aug. III.		
314	C. Ceionius Rufius Volusianus II, Annianus.	**S. Silvester I** (31 ian. 314–31 dec. 335). « Hic sepultus est in cymiterio Priscillae via Salaria ab urbe Roma miliario III prid. kal. ian. » (*Lib. pont.*).	
315	Constantinus Aug. IIII, Licinius Aug. IIII.		
*316	Sabinus, Q. Aradius Rufinus.		

(1) Incipit Romae formula : POST CONS*ulatum*. Cf. p. 23 et Tab. 58, p. 129.

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*317	Ovinius Gallicanus, Iunius Septimius Bassus.	. . . . .	**Licinius** (filius). 317 - 326. **Crispus.** 317 - 326.
*318	Licinius Aug. V, Fl. Iul. Crispus Nobilis Caes.		
*319	Constantinus Augustus V, Licinius Nobilis Caes.		
320	Constantinus Aug. VI, Fl. Claud. Constantinus (*filius*) Nob. Caes.		
321	Fl. Iul. Crispus Constantinus II, Fl. Claud. Constantinus Nobilis Caes. II.		
322	Petronius Probianus, Amnius Anicius Iulianus.		
323	Acilius Severus, C. Vettius Cossinius Rufinus.	. . . . .	**Constantius II.** 323 - 3 nov. 361.
324	Fl. Iul. Crispus III, Fl. Claud. Constant. Iunior III.		
*325	Sex. Coceius Ani. Faust. Paulinus II, P. Ceionius Iulianus.		
326	Constantinus Aug. VII, Fl. Iul. Constantius, Caes. etc.		
327	Fl. Caesarius Constantinus, Maximus.		
328 (Indictio I)	Ianuarius, Iustus.		
329	Constantinus Aug. VIII, Fl. Claud. Constantinus IV.		
*330	Fl. Gallicanus, Aur. Tullianus Symmachus.		
*331	Annius Bassus, Ablavius.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
332	Papinius Pacatianus, Maecilius Hilarianus.		
*333	Fl. Iulius Delmatius (filius), Zenophilus.	. . . . .	**Constantius.** 333 - ian. 350.
*334	Proculus Optatus, Anicius Paulinus.		
335	Fl. Iulius Constantius, Ceionius Rufus Albinus.	. . . . .	**Delmatius** (Constantini I nepos). 335 - 337. **Annibalianus** (Delmatii frater). 335 - 340 circiter.
*336	Fl. Popilius Const. Nepotianus, Facundus.	**S. Marcus** (18 ian. 336-7 oct. 336). « Qui etiam sepultus est in cymiterio Balbinae, quem ipse insistens fecit, pridie non. octob. » (*Lib. pont.*).	
*337	Fl. Felicianus, Titus Fabius Titianus (post cons. Nepotiani et Facundi).	**Iulius I** (6 febr. 337-12 apr. 352). « Qui etiam sepultus est via Aurelia in cymiterio Calepodi, miliario ab urbe Romana III, prid. id. april. » (*Lib. pont.*).	
*338	Ursus, Polemius.		
*339	Constantinus Aug. II, Constans Aug.		
*340	Septimius Acyndinus, L. Aradius Val. (Populonius).		
*341	Antonius Marcellinus, Petronius Probinus.		
*342	Constantius Aug. III, Constans Aug. II.		
*343 (Indictio I)	M. Maecius Memmius etc., Flavius Pisidius Romulus.		
*344	Fl. Dometius Leontius, Fl. Sallustius Bonosus.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*345	Iulius Amantius, Rufius Albinus.		
	In Oriente et Aegypto:		
*346	Constantius IV, Constans III.		
	In Occidente:		
	Post consulatum Amantii et Albini. (Cf. p. 23).		
*347	Vulcatius Rufinus, Fl. Eusebius.		
*348	Flavius Philippus, Flavius Salia.		
*349	Ulpius Limenius, Fabius Aco Catullinus.		
	Romae (ante iul. mensem):		
*350	Post consulatum Limenii et Catullini - (postea): Sergio et Nigriniano cons.	. . . . .	**Nepotianus.** **Magnentius.** 350 - 11 aug. 353.
	Romae:		**Vetranio.** 350 - 356.
*351	Magnentius Aug. (et Decentius?) Gaiso.		
	In Oriente:		
	Post consulatum Sergii et Nigriniani.		
	In Occidente:		
*352	Magnus Decentius Caes., Paulus.	**S. Liberius** (17 maii 352-24 sept. 366). « Qui etiam sepultus est via Salaria in cymiterio Priscillae v id. sept. » (*Lib. pont.*).	
	In Oriente:		
	Constantius Gallus Caes.		
	In Occidente:		
*353	Magnentius Aug. II, Magnus Decentius Caes. II.	. . . . .	**Iulianus** (apostata). 353 - 26 iul. 363.
	In Oriente:		
	Constantius Aug. VI, Constantius Gallus Caes. II.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*354	Constantius Aug. VII, Constantius Gallus Caes. III.		
*355	Fl. Arbitio, Q. Fl. Marcius Lollianus Mavortius.	**Felix II** (antipapa?) (355-366). « Hic fecit basilicam via Aurelia miliario ab urbe II, ubi ipse quiescit » (*Lib. pont.*).	
*356	Constantius Aug. VIII, Fl. Claud. Iulianus Caes.		
*357	Constantius Aug. IX, Fl. Claud. Iulianus Caes. II.		
*358 (Indictio I)	..... Datianus, ... Neratius Cerealis.		
*359	Fl. Eusebius, Fl. Hypatius.		
*360	Constantius Aug. X, Iulianus Caes. III.		
*361	Fl. Palladius Rutilius Taurus Aemilianus, Fl. Florentius.		
*362	Claud. Mamertinus, Fl. Nevitta.		
*363	Iulianus Aug. IV, Flavius Sallustius.	.....	**Iovianus.** 363 - 20 febr. 364.
*364	Iovianus Augustus, Fl. Varronianus nobilis puer.	.....	**Valentinianus I.** 364 - 17 nov. 375. **Valens.** 364 - 9 aug. 375.
*365	Imp. Caes. Fl. Valentinianus Aug., Imp. Caes. Fl. Valens Aug.	.....	**Procopius.** 365 - 366.
*366	Fl. Gratianus nob. puer, Dagalaiphus.	**S. Damasus I** (1 oct. 366-11 dec. 384). « Qui etiam sepultus est via Ardiatina in basilica sua III id. dec. iuxta matrem suam et germanam suam » (*Lib. pont.*).	
*367	Fl. Lupicinus, Fl. Valens Iovinus.	.....	**Gratianus.** 367 - 25 aug. 383.

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*368	Imp. Caes. Fl. Valentinianus Augustus II, Imp. Caes. Fl. Valens Aug. II.		
*369	Fl. Valentinianus nob. puer, Fl. Victor.		
*370	Imp. Caes. Fl. Valentinianus Augustus III, Imp. Caes. Fl. Valens Aug. III.		
*371	Imp. Fl. Gratianus Aug. II, Sex. Anicius Petronius Probus.		
*372	Fl. Domitius Modestus, Fl. Arintheus.		
*373 (Indictio I)	Imp. Caes. Fl. Valentinianus Augustus IIII, Imp. Caes. Fl. Valens Aug. IIII.		
*374	Imp. Caes. Fl. Gratianus Aug. III, Flavius Equitius.		
*375	Post cons. Gratiani Augusti III et Equitii.	. . . . .	**Valentinianus II.** 375 - 392.
*376	Imp. Caes. Fl. Valens Aug. V, Imp. Caes. Fl. Valentinianus iunior. Aug.		
*377	Imp. Caes. Fl. Gratianus Augustus IIII, Fl. Merobaudes.		
*378	Imp. Caes. Fl. Valens Aug. VI, Imp. Caes. Fl. Valentinianus iunior Aug. II.		
*379	D. Magnus Ausonius, Q. Clodius Hermogenianus Olybrius.	. . . . .	**Theodosius.** 379 - 17 ian. 395.
*380	Imp. Caes. Fl. Gratianus Aug. V, Imp. Caes. Fl. Theodosius Augustus.		
*381	Fl. Syagrius, Fl. Eucherius.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*382	Flavius Claudius Antonius, Fl. Afranius Syagrius.		
*383	Fl. Merobaudes II, Fl. Saturninus.	. . . . .	**Maximus.** 383 – 28 iul. 388.
*384	Fl. Ricomer, Fl. Clearcus. *In Gall.:* Clemens Max. Aug. (p. c. Merob. et Saturn.).	**S. Siricius** (dec. 384-26 nov. 399). « Qui et sepultus est in cymiterio Priscillae via Salaria VIII kal. mart. » (*Lib. pont.*).	**Fl. Victor.** 384 – circ. 388.
*385	Imp. Caes. Fl. Arcadius Augustus, Fl. Bauto.		
*386	Fl. Honorius nobilis puer, Fl. Evodius.		
*387	Imp. Caes. Fl. Valentinianus Iunior Aug. III, Eutropius.		
*388 (Indictio I)	Magnus Clemens Max. Aug. II, *In Oriente:* Imp. Caes. Fl. Theodosius Aug. II, Maternus Cynegius.		
*389	Fl. Timasius, Fl. Promotus.		
*390	Imp. Caes. Fl. Valentinianus Augustus IIII, Neoterius.		
*391	Fl. Titianus, Aurelius Tullianus Symmachus.		
*392	Imp. Fl. Arcadius Aug. II, Fl. Rufinus.	. . . . .	**Eugenius.** 392 – 17 sept. 394.
*393	Imp. Caes. Fl. Theodosius Augustus III, *In Occ.:* Imp. Caes. Fl. Eugenius, *In Or.:* Abundantius.		
*394	*In Occ.:* Virius Nicomachus Flavianus, *In Or.:* Arcadius Aug. III, Flavius Honorius II.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*395	Anicius Hermogenianus Olybrius, Anicius Probinus.	. . . . .	*In Occ.:* **Honorius.** 395 - 423. *In Or.:* **Arcadius.** 395 - 408.
*396	Imp. Caes. Fl. Arcadius Aug. IIII, Imp. Caes. Fl. Honorius Aug. III.		
*397	Fl. Caesarius, Nonius Atticus Maximus.		
*398	Imp. Caes. Fl. Honorius Aug. IIII, Fl. Eutychianus.		
*399	*In Occ.:* Fl. Mallius Theodorus, *In Or.:* Eutropius (post cons. Honorii).	**S. Anastasius I** (27 nov. 399-10 dec. 401). « Qui etiam sepultus est in cymiterio suo ad Ursum piliatum (*sic*) v kal. maii » (*Lib. pont.*).	
*400	*In Occ.:* Fl. Stilico, *In Or.:* Aurelianus (p. c. Theodori).		
*401	*In Occ.:* Fl. Vincentius, *In Or.:* Fravita.	**S. Innocens I** (22 dec. 401-12 mart. 417). « Qui etiam sepultus est in cymiterio ad Ursum pileatum v kal. iul. » (*Lib. pont.*).	
*402	*In Occ.:* Honorius Aug. V, *In Or.:* Arcadius Aug. V.		
*403	*In Occ.:* Theodosius Iun. Aug., *In Or.:* Flavius Rumondus.		
*404	*In Occ.:* Honorius Aug. VI, *In Or.:* Aristaenetus.		
*405	*In Occ.:* Flavius Stilico II, *In Or.:* Anthemius.		
*406	*In Occ.:* Arcadius Aug. VI, *In Or.:* Anicius Petronius Probus.		
*407	*In Occ.:* Honorius Aug. VII, *In Or.:* Theodosius Iunior II.	. . . . .	**Constantinus III.** 407 - 411.

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*408	*In Occ.:* Fl. Anicius Anchenius Bassus, *In Or.:* Flavius Philippus.	. . . . .	**Constantius** (tyrannus). 408 - 411. *In Or.:* **Theodosius II.** 408 - 450.
*409	*In Occ.:* Honorius Augustus VIII et Claud. Constantinus Aug., *In Or.:* Theodosius Iunior Augustus III.	. . . . .	**Maximus** (tyrannus). 409 - 411. **Priscus Attalus.** 409 - 416.
*410	*In Occ.:* Tertullus, *In Or.:* Varanes.		
*411	*In Or.:* Imp. Fl. Theod. Iun. Aug. IIII (post. cons. Honorii VIII et Theodosii III).	. . . . .	**Iovinus.** 411 - 413. **Sebastianus** (Iovini frater). 411 - 413.
*412	*In Occidente:* Honorius Aug. IX, Theodosius Iunior Aug. V.		
413	*In Occ.:* Heraclianus (p. c. Honorii VIII et Theodosii V), *In Or.:* Lucius.		
*414	*In Occ.:* Fl. Constantius. *In Or.:* Constans (Constantinus).		
*415	*In Occ.:* Honorius Augustus X, *In Or.:* Theodosius Iunior Augustus VI.		
*416	*In Occ.:* Iunius Quartus Palladius, *In Or.:* Theodosius Iunior Augustus VII.		
*417	*In Occidente:* Honorius Aug. XI, Fl. Constantius II.	**S. Zosimus** (8 mart.417-26 dec. 418). « Qui etiam sepultus est via Tiburtina, iuxta corpus beati Laurenti martyris, VII kal. ian. » (*Lib. pont.*).	
*418 (Indictio I)	*In Occ.:* Honorius Aug. XII, *In Or.:* Theodosius Iunior Augustus VIII.	**Bonifacius** (29 dec. 418-4 sept. 422). « Qui etiam sepultus est in cymiterio sanctae Felicitatis martyris via Salaria VIII kal. nov. » (*Lib. pont.*).	

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*419	*In Occ.:* Flavius Monaxius, *In Or.:* Plinta.		
*420	*In Occ.:* Constantius Aug. III, *In Or.:* Theodos. Iunior Aug. IX.		
*421	*In Occ.:* Agricola (et qui de Oriente fuerit nuntiatus), *In Or.:* Eustachius.		
*422	*In Occ.:* Honorius Aug. XIII, *In Or.:* Theodosius Iunior Augustus X.	**S. Caelestinus I** (10 sept. 422–27 iul. 432). « Qui etiam sepultus est in cymiterio Priscillae via Salaria VIII id. apr. » (*Lib. pont.*).	
*423	*In Occ.:* Fl. Avitus Marinianus, *In Or.:* Asclepiodotus.	. . . . .	**Ioannes** (tyrannus). 423 – 425.
*424	Flavius Castinus, Victor. (p. c. Asclepiodoti).		
*425	*In Occ.:* Ioannes Augustus, *In Or.:* Theodosius Iunior Augustus XI et Valentinianus Caes. Aug.).	. . . . .	**Valentinianus III.** 425 – 455.
*426	*In Occ.:* Valentinianus Aug. III, *In Or.:* Theodosius Iunior Augustus XII.		
*427	*In Oriente:* Hierius, Ardabus.		
*428	*In Occ.:* Flavius Constantius Felix, *In Or.:* Flavius Taurus.		
429	*In Occ.:* Post cons. Felicis et Tauri, *In Or.:* Florentius et Dionysius.		
*430	*In Occ.:* Valentinianus Aug. III, *In Or.:* Theodosius Iunior Augustus XIII.		
*431	*In Occ.:* Anicius Auchenius Bassus, *In Or.:* Flav. Antiochius (post cons. Theodosii XIII et Valentiniani III).		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*432	*In Occ.:* Fl. Aetius, *In Or.:* Valerius post cons. Bassi et Antiochi.	**S. Syxtus III** (31 iul. 432-19 aug. 440). « Qui etiam sepultus est via Tiburtina in crypta, ad sanctum Laurentium » (*Lib. pont.*).	
*433 (Indictio I)	*In Occ.:* Petronius Maximus, *In Or.:* Theodosius Iunior Augustus XIII.		
*434	*In Occ.:* Fl. Ardabus Aspar, *In Or.:* Fl. Areobindus.		
*435	*In Occ.:* Fl. Valentinianus Augustus IIII, *In Or.:* Theodosius Iunior Augustus XV.		
*436	*In Occ.:* Post cons. Theodosii XV et Placidi Valentiniani IIII, *In Or.:* Fl. Anthemius Isidorus et Fl. Senator.		
*437	*In Occ.?* Fl. Aetius II et Fl. Sigisvultus (post cons. Isidori et senatoris).		
*438	*In Occ.:* Anicius Acilius Glabrio Faustus, *In Or.:* Theodosius Iunior Augustus XVI.		
*439	*In Occ.:* Rulfius Postumius Festus, *In Or.:* Theodosius Iunior Augustus XVII.		
*440	*In Occ.:* Fl. Valentinianus Augustus V, *In Or.:* Anatolius.	**S. Leo I** (29 sept. 440-10 nov. 461). « Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri III id. apr. » (*Lib. pont.*).	
441	*In Occ.:* Constantius Cyrus (post cons. Valentiniani V et Anatolii).		
*442	*In Occidente:* Fl. Dioscorus, Eudoxius.		
*443	*In Occ.:* Petronius Max. II et Paterius Albinus.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*444	*In Occ.:* Albinus, *In Or.:* Theodosius Iunior XVIII.		
	In Occidente:		
*445	Valentinianus Aug. VI, Nomus (Nonius?).		
	In Occidente::		
*446	Fl. Aetius III, Symmachus.		
*447	*In Occ.:* Calepius, *In Or.:* Ardabur.		
*448 (Indictio I)	*In Occ.:* Rufius Praetextatus Postumianus, *In Or.:* Flavius Zeno.		
*449	*In Occ.:* Fl. Asturius, *In Or.:* Protogenes.		
*450	*In Occ.:* Valentinianus Aug. VII et Gennadius Avienus p. c. Asturii et Protogeni.	. . . . .	*In Or.:* **Marcianus.** 450 - 457.
*451	*In Occ.:* Fl. Adelphius, *In Or.:* Fl. Marcianus Augustus.		
*452	*In Occ.:* Fl. Bassus Herculanus, *In Or.:* Sporachius.		
*453	*In Occ.:* Fl. Rufius Apilio, *In Or.:* Ioannes Vincomalus.		
*454	*In Or.:* Aetius et Studius post eons. Opilionis.		
*455	*In Occ.:* Valentinianus Augustus VIII, *In Or.:* Procopius Anthemius.	. . . . .	**Petronius.** 455 - 455. **Avitus.** 455 - 456.
*456	*In Occ.:* Fl. Eparchus Avitus. *In Or.:* Ioannes et Varanes.		
*457	*In Or.:* Fl. Constantinus et Rufus post cons. Ioannis et Varanis.	. . . . .	*In Or.:* **Leo.** 457 - 474. **Maioranus.** 457 - 464.
*458	*In Occ.* Maioranus Aug. *In Or.:* Imp. Caes. Leo Aug.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*459	*In Occ.:* Fl. Ricimer, *In Or.:* Fl. Patricius (Asparis filius).		
*460	*In Occ.:* Magnus (p. c. Ricimeris), *In Or.:* Apollonius.		
*461	*In Occ.:* Severinus, *In Or.:* Dogalaiphus.	**S. Hilarius** (19 nov. 461–29 febr. 468). « Qui etiam sepultus est ad sanctum Laurentium in crypta iuxta corpus beati episcopi Xysti » (*Lib. pont.*).	**Severus III.** 461 – 465.
*462	*In Occ.:* Libius Severus Aug. (p. c. Severini), *In Or.:* Leo Aug. II.		
*463 (Indictio I)	*In Occ.:* Fl. Caecina Decius Maximus Basilius, *In Or.:* Vivianus.		
*464	*In Or.:* Rusticius et Olybrius post. cons. Basilii.		
*465	*In Occ.?* Herminericus, *In Or.:* Fl. Basiliscus.	. . . . .	**Ricimer.** 465 – 467.
*466	*In Occ.?* Tatianus, *In Or.:* Leo Aug. III.		
*467	*In Or.:* Puseus et Ioannes (post cons. III Leonis).	. . . . .	**Anthemius.** 467 – 472.
*468	*In Occ.:* Anthemius Aug. II.	**S. Simplicius** (3 mart. 468–10 mart. 483). « Hic sepultus est ad beatum Petrum VI non. mart. » (*Lib. pont.*).	
*469	*In Occ.:* Marcianus, *In Or.:* Zeno.		
*470	*In Occ.:* Phoebus Severus, *In Or.:* Iordanes.		
*471	*In Occ.:* Cael. Aeonius Probianus, *In Or.:* Leo Aug. III.		
*472	*In Occ.:* Fl. Festus, *In Or.:* Marcianus.	. . . . .	**Olybrius.** 472 – . . .

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE ORITUS
*473	*In Or.:* Leo Aug. V post cons. Festi.	. . . . .	**Glicerius.** 473 - 480 (?).
*474	*In Or.:* Leo Iunior Aug. II.	. . . . .	**Iulius Nepos.** 474 - 475. *In Or.:* **Zeno** (Isauricus). 474 - 491.
475	*In Or.:* Zeno Aug. II (post cons. Leonis Iunioris).	. . . . .	**Romulus Augustulus.** 475 - 476.
*476	*In Or.:* Basiliscus Aug. II et Armatus.	. . . . .	*In Or.:* **Basiliscus.** 476 - 477.
477	*In Occ.:* Post cons. Basilisci II et Armati, *In Or.:* Post cons. Armati.		
478	*In Or.:* Illus post cons. iterum Armati.		
*479 (Indictio I)	*In Or.:* Zeno Aug. III post cons. Illi.		
*480	*In Occ.:* Caecina Decius Maximus Basilius Iunior.		
*481	*In Occ.:* Fl. Rufius Placidus.		
*482	*In Occ.:* Severinus Iunior, *In Or.:* Trocondus.		
*483	*In Occ.:* Anicius Acilius Aginatius Faustus.	**S. Felix II** (III?) (13 mart. 483-1 mart. 492). « Hic sepultus est apud beatum Paulum » (*Lib. pont.*).	
*484	*In Occ.:* Venantius (p. c. Fausti), *In Or.:* Theodericus.		
*485	*In Occ.:* Q. Aurelius Memmius Symmachus.		
*486	*In Occ.:* Caecina Mavortius Basilius Decius (p. c. Symmachi), *In Or.:* Longinus.		
*487	*In Occ.:* Flavius Boethius (p. c. Decii; p. c. Longini; iterum p. c. Symmachi).		
*488	*In Occ.:* Claud. Iul. Elesius Dynamius et Rufius Acilius Sividius p. c. Boethii; p. c. II Longini.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*489	*In Occ.:* Probinus, *In Or.:* Eusebius.		
*490	*In Occ.:* Fl. Probus Faustus Iunior, *In Or.:* Longinus II.		
*491	*In Or.:* Olybrius Iunior (p. c. Longini II et Fausti; p. c. Fausti).	. . . . .	*In Or.:* **Anastasius I.** 491 - 518
*492	*In Or.:* Anastasius Aug. et Rufus.	**S. Gelasius** (1 mart. 492-21 nov. 496). « Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum XI kal. dec. » (*Lib. pont.*).	
*493 (Indictio I)	*In Occ.:* Faustus Albinus (Iunior), *In Or.:* Eusebius II.		
*494	*In Occ.:* Turcius Rufius Apronianus Asterius et Flavius Praesidius.		
*495	*In Occ.:* Fl. Viator.		
496	*In Or.:* Paulus (Anastasii frater) p. c. Viatoris.	**S. Anastasius II** (24 nov. 496-19 nov. 498). « Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum in Baticanum XIII kal. dec. » (*Lib. pont.*).	
497	*In Or.:* Anastasius Aug. II (p. c. iterum Viatoris).		
*498	*In Occ.:* Flavius Paulinus, *In Or.:* Iohannes Scyta (p. c. Anastasii Aug.).	**S. Symmachus** (22 nov. 498-19 iul. 514). « Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum XIII kal. aug. » (*Lib. pont.*).	
*499	*In Or.:* Ioannes (Gibbus) (p. c. Paulini).		
*500	*In Or.:* Patritius et Hipatius (iterum p. c. Paulini).		
*501	*In Occ.:* Rufius Magnus Faustus Avienus, *In Or.:* Pompeius.		
*502	*In Occ.:* Fl. Avienus Iunior, *In Or.:* Probus.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*503	Volusianus, Dexicrates (p. c. Avieni Iun.).		
*504	*In Occ.:* Fl. Rufius Petronius Nicomachus Cethegus.		
*505	*In Occ.:* Fl. Theodorus, *In Or.:* Sabinianus (p. c. Cethegi).		
*506	*In Occ.:* Fl. Ennodius Messalla, *In Or.:* Fl. Dagalaiphus Areobindus.		
*507	*In Occ.:* Venantius, *In Or.:* Anastasius Augustus III.		
*508 (Indictio I)	*In Occ.:* Venantius Iunior, *In Or.:* Celer (p. c. Anastasii et Venantii; p. c. iterum Messallae).		
*509	*In Occ.:* Importunus (p. c. Venantii) (?).		
*510	*In Occ.:* Manlius Anicius Severinus Boethius (p. c. Importunii).		
*511	*In Occ.:* Flavius Felix, *In Or.:* Secundianus.		
512	*In Or.:* Paulus et Muschianus, *In Occ.:* Post. cons. Felicis.		
513	*In Occ.:* Probus, *In Or.:* Fl. Clementinus Armenius.		
*514	*In Occ.:* Aurelius Cassiodorus Senator, ...	**S. Hormisda** (20 iul. 514-6 aug. 523). « Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum VIII id. aug. » (*Lib. pont.*).	
*515	*In Occ.:* Florentius, *In Or.:* Anthemius.		
*516	*In Occ.:* Flavius Petrus post cons. Florentii et Anthemii.		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*517	*In Occ.:* Fl. Agapitus, *In Or.:* Fl. Anastasius Paulus Probus Sabinianus Pompeius Anastasius.		
518	*In Or.:* Fl. Anastasius Paulus Probus Moschianus Probus Magnus (regnum Theodorici) p. c. Agapiti.	. . . . .	*In Or.:* **Iustinus** 518 - 527.
*519	*In Occ.:* Fl. Eutharicus Cillica, *In Or.:* Imp. Caes. Iustinus Aug.		
*520	*In Occ.:* Rusticius, *In Or.:* Vitalianus.		
*521	*In Occ.:* Valerius, *In Or.:* Fl. Petrus (Sabbatius) Iustinianus.		
*522	*In Occ.:* Fl. Symmachus et Boethius.		
*523 (Indictio I)	*In Occ.:* Fl. Anicius Maximus post cons. Symmachi et Boethii.	**S. Iohannes I** (13 aug. 523-18 maii 526. « Cuius corpus translatum est de Ravenna et sepultus est in basilica beati Petri sub die VI kal. iun. Olybrio consule » (*Lib. pont.*).	
*524	*In Occ.:* Opilius, *In Or.:* Iustinus Aug. II (p. c. iter. Symmachi).		
*525	*In Occ.:* Fl. Probus Iunior, *In Or.:* Fl. Theodorus Philoxenus Sotericus Philoxenus.		
*526	*In Occ.:* Fl. Anicius Olybrius Iunior.	**S. Felix III** (IIII?) (12 iul. 526-22 sept. 530). « Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri Apostuli IIII id. oct. » (*Lib. pont.*).	
*527	*In Occ.:* Vettius Agorius Basilius Mavortius.	. . . . .	*In Or.:* **Iustinus I.** 527 - 56
528	*In Or.:* Iustinianus Aug. II (post cons. Mavortii).		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*529	*In Occ.:* Fl. Deius Iunior, iterum post cons. Mavortii.		
*530	*In Occ.:* Fl. Postumius Lampadius Rufus Gennadius Probus Orestes.	**Bonifacius II** (22 sept. 530–17 oct. 532). « Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri Apostoli » (*Lib. pont.*).	
531	Post cons. Lampadii et Orestis.		
532	Post cons. Lampadii et Orestis anno II.		
*533	*In Or.:* Imp. Iustinianus Aug. III, et iterum p. c. Lampadii et Orestis.	**Iohannes II** (2 ian. 533–8 maii 535). « Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri apostuli VI kal. iun., p. c. iterum Lampadii » (*Lib. pont.*).	
*534	*In Occ.:* Fl. Decius Paulinus Iunior (ultimus consul Occidentalis), *In Or.:* Iustinianus Aug. IIII.		
535	*In Or.:* Fl. Belisarius, *In Occ.:* Post cons. Paulini Iunioris.	**S. Agapitus** (13 maii 535–22 apr. 536. « Cuius corpus in loculum plumbeum translatum est Romam usque in basilicam beati Petri Apostuli ubi et sepultus est XII kal. oct. » (*Lib. pont.*).	
*536	*In Or.:* Post cons. Belisarii, *In Occ.:* Post cons. Paulini Iunioris – Consulatu Belisarii.	**S. Silverius** (iun. 536–mart. 537). « Missus in exilio in Pontias ... sepultus est in eodem loco XII kal. iul. » (*Lib. pont.*).	
*537	*In Or.:* Iterum post cons. Belisarii, *In Occ.: In regno Goth.:* Iterum p. c. Paulini; *in Sicilia et Romae:* p. c. Belisarii.	**Vigilius** (29 mart. 537–7 iun. 555). « Sepultus est in basilica beati Petri apostuli VI non. mart. » (*Lib. pont.*).	
*538 (Indictio I)	Fl. Ioannes Cappadox (p. c. Paulini Iun. anno IIII, iterum p. c. Belisarii).		
*539	Fl. Appion (p. c. Paulini Iunioris anno V).		

ANNI CHRISTIANI	CONSULES ORDINARII	PONTIFICES EORUMQUE DEPOSITIONUM LOCA	CAESARES EORUM IMPERII ANNI DIESQUE OBITUS
*540	*In Or.:* Fl. Iustinus Iunior (p. c. Paulini VI).		
*541	*In Or.:* Fl. Anicius Faustus Albinus Basilius Iunior (ultimus hic est consul ordinarius privatus); p. c. Paulini anno VII; p. c. Iustini anno II.		
*542	*In Occ.:* P. c. Basilii Iunioris anno I; p. c. Paulini Iunioris anno VIII; p. c. Iustini anno II.		
*543	Iterum p. c. Basilii (p. c. Basilii anno II).		
*544	P. c. Basilii anno III (et iterum p. c. Basilii).		
*545	P. c. Basilii anno IIII (quater p. c. Basilii).		
*546	Quinquies p. c. Basilii.		

BIBLIOGRAPHIA

Opera praecipua de Christiana epigraphia tractantia, aut quae inscriptiones exhibent, consulenda.

1634. Bosio, *Roma sotterranea*, opera postuma compita e disposita da Giov. Severani etc. in-fol.

1651. Aringhi, *Roma subterranea novissima*, in qua post Ant. Bosium, Ioa. Severanum et celebres alios scriptores antiqua christianorum et praecipue martyrum coemeteria, tituli, monimenta, epitaphia, inscriptiones ac nobiliora sanctorum sepulcra ... declarantur. Duo vol. in-fol. Romae; Coloniae et Parisiis, 1659.

1700. Fabretti, *Inscriptionum antiquarum, quae in aedibus paternis asservantur, explicatio et supplementum*, in-fol.

1720. Boldetti, *Osservationi sopra i cimiteri dei santi Martiri ed antichi Cristiani di Roma*, in-fol. Roma.

1731. Gudius, *Antiquae inscriptiones*, in-fol. Leovardiae.

1731. Doni, *Inscriptiones antiquae* cum notis, edidit A. Gorius, in-fol. Florentiae.

1734. Lupi, *Dissertatio et animadversiones ad nuper inventum Severae martyris epitaphium*, in-4°, Panormi.

1734. Giorgi, *De monogrammate Christi dissertatio*, in-4°, Romae.

1739. Bertoli, *Le antichità d'Aquileia*, in-fol. Venezia.

1739. Muratori, *Novus thesaurus veterum inscriptionum*, in-fol. Mediolani.

1740. Marangoni, *Acta sancti Victorini, episcopi Amiterni et martyris*, illustrata, in-4°, Romae.

1747. Hagenbuch, *Epistolae epigraphicae*, in-4°, Tigurii.

1749. Maffei, *Museum Veronense*, in-fol. Veronae.

1750. Eisenhart, *De auctoritate et usu inscriptionum in iure commentatio*, in-4°, Helmstadii.

1752. Zaccaria, *Marmora Salonitana in ordinem digesta*, in-fol.

1755. Gori, *Xenia epigraphica*, in-8°, Ienae.

1758. Iacuzio, *De epigrammate Ss. Bonusae et Mennae*, in-4°, Romae.

1761. Zaccaria, *De veterum Christianorum inscriptionum usu in rebus theologicis*, in-4°, Venetiis.

*

1767. GENER, *Theologia dogmatico-scholastica, sacrae antiquitatis monumentis*, illustrata, 6 vol. in-4°, Romae.
1775. GUASCO, *Musaei Capitolini antiquae inscriptiones*, in-fol. Romae.
1793. ZACCARIA, *Instituzione antiquario-lapidaria*, in-8°, Venetiis.
1795. MORCELLI, *Commento all'iscrizione sepolcrale della S. Martire Agape*, in-8°, Brescia.
1805. VERMIGLIOLI, *Le antiche iscrizioni Perugine*, in-4°, Perugia.
1815. NICOLAI, *Della basilica di S. Paolo*, in-fol. Romae.
1817. KOPP, *Palaeographia critica*, 4 vol. in-4°, Manheimii.
1823. CARDINALI, *Iscrizioni antiche Veliterne illustrate*, in-4°, Roma.
1826. VIDUA, *Inscriptiones antiquae in Turcico itinere collectae*, in-8°, Parisiis.
1828. WELCKER, *Syll. epigr. Graecorum*, in-8°, Bonnae.
1828–1877. *Corpus inscriptionum Graecarum*, Berolini.
1831. MARINI, *Inscriptiones Christianae* apud A. MAI, *Scriptorum veterum nova collectio*, t. V, in-4°, Romae.
1837. STEINER, *Codex inscriptionum romanarum Rheni*, in-8°, Darmstadt.
1846. DE BOISSIEU, *Inscriptions antiques de Lyon*, in-4°, Lyon.
1847. LEBAS et WADDINGTON, *Voyage archéologique en Grèce et en Asie-Mineure et Inscription*, 5 vol. in-4°, Paris.
1849. CAVEDONI, *Ragguaglio critico dei monumenti delle arti cristiane primitive nelle metropoli del Cristianesimo* etc. in-8°, Modena.
1853. CAVEDONI, *Ragguaglio storico-archeologico di due antichi cimiteri cristiani della città di Chiusi*, in-8°, Modena.
1855. DE ROSSI, *De christianis monumentis ἰχθὺν exhibentibus* ap. PITRA, *Spicilegium Solesmense*, t. III, pp. 544–577.
1856. GARRUCCI, *Mélanges d'épigraphie ancienne*, 2 fasc. in-8°, Paris.
1856. ORELLI-HENZEN, *Inscriptionum latinarum amplissima collectio*, Taurini, 1828–1856.
1856. LE BLANT, *Recueil des inscriptions chrétiennes de la Gaule, antérieures au VIIIe siècle*, in-4°, Paris.
1858. DE ROSSI, *De christianis titulis Carthaginiensibus* ap. PITRA, *Spicilegium Solesmense*, t. IV, 505–538.
1860. CAVEDONI, *Annotazioni al fascicolo del « Corpus inscriptionum graecarum » contenente le iscrizioni cristiane*, in-8°, Modena.
1861. DE ROSSI, *Inscriptiones christianae urbis Romae*, in-fol. Romae.
1863 sq. *Corpus inscriptionum latinarum*, Berolini.
1863. DE ROSSI, *Bullettino di arch. cristiana*, 1^a serie 1863–1869; 2^a serie 1870–1875; 3^a serie 1876–1881; 4^a serie 1882–1889; 5^a serie 1890–1894.
1871. HÜBNER, *Inscr. lat. Hispaniae christianae*, in-4°, Parisiis.
1876. HÜBNER, *Inscr. Britanniae christianae*, in-4°, Berolini.
1876. DUMONT, *Inscr. de Thrace* ap. *Archives des Missions scientifiques*, in-8°, Paris.

1878. HÜBNER, *Inscr. lat. Hispaniae christianae*, in-4°, Parisiis.
1878. BAYET, *De titulis Atticae christianis antiquissimis*, in-8°, Lutetiae Parisiorum.
1885. BLADE, *Epigraphie antique de la Gascogne*, in-8°, Bordeaux.
1885. HÜBNER, *Exempla script. epigraph. lat.* in-fol. Berolini.
1888. DE ROSSI, *Inscr. christ. urbis Romae*, vol. II, in-fol. Romae.
1888. DE ROSSI, *Museo epigrafico cristiano pio-lateranense*, Roma, 1878.
1890. KAIBEL, *Inscriptiones graecae Siciliae et Italiae, additis graecis Galliae, Hispaniae, Britanniae, Germaniae inscriptionibus*, Berolini.
1890. LE BLANT, *L'épigraphie chrét. en Gaule et dans l'Afrique romaine*, in-8°, Paris.
1890. KRAUS, *Die christl. inschriften der Rheinlande*, 2 vol. in-4°, Freiburg.
1891. WILPERT, *Ein Cyclus christologischer Gemälde aus der Katak. der heiligen Petrus und Marcellinus*, in-8°, Freiburg.
1892. WILPERT, *Die gottegeweihten Jungfrauen in ersten Jahrhunderte der Kirche*, in-4°, Freiburg.
1892. LE BLANT, *Nouveau recueil des inscriptions de la Gaule*, in-4°, Paris.
1895. *Nuovo Bullettino di arch. cristiana*, Roma, 1895-1908.
1895. CARTON, *Découvertes archéologiques et épigraphiques faites en Tunisie*, in-8°, Paris.
1896. LE BLANT, *750 inscriptions de pierres gravées inédites ou peu connues*, in-4°, Paris.
1898. MARUCCHI, *Guida del museo epigrafico Lateranense*, in-12°, Roma.
1900. HÜBNER, *Supplementum*, in-4°, Berolini.
1900. DELATTRE, *Musée Lavigerie de St-Louis de Carthage*, in-4°, Paris.
1900. MICHEL, *Recueil d'inscriptions grècques*, in-8°, Bruxelles.
1902. CRUM, *Coptic moniuments*, in-fol. Cairo.
1902 sq. CABROL et LECLERCQ, *Monumenta Eccl. liturgica*, Paris.
1902. Dom CABROL, *Dictionnaire d'archéol. chrét. et de liturgie*, fasc. 1-17.
1904. LECLERCQ, *L'Afrique chrétienne*, in-12°, Paris.
1904. CABROL et LECLERCQ, *Monumenta Ecclesiae liturgica*, t. V, Paris.
1904. G. OLCOTT, *Thesaurus linguae latinae epigraphicae - A dictionary of the latin inscriptions*, Loescher, Rome, 1904-1909, *A - ANIM.*
1906. DELATTRE (A. L.), *Inscriptions chrètiennes de Carthage 1898-1904*, 1906, in-8°, Tunis.

INDEX

AUCTOR LECTORI HUMANISSIMO . . . . . p. VII

DE CHRISTIANA EPIGRAPHIA

Ratio tractationis et materiae divisio 1

PROLEGOMENA 5

CAPUT I. Inscriptiones certa temporis nota munitae. 15

Art. I..... De certis temporis notis 15
Art. II..... Notae historicae 16
Art. III.... De tabulis fastorum consularium 30
Art. IV.... De cyclicis notis 34

CAPUT II. Criteria chronologica. 43

Art. I..... De aetate inscriptionum quaerenda, quae nulla temporis nota munitae sunt 43
Art. II..... De criterio chronologico e stilo deducendo . . 45
Art. III.... De criterio chronologico e nominum indole et ratione deducendo 49
Art. IV.... De criterio palaeographico 56
Art. V..... De criterio chronologico e symbolis in epitaphiis incisis deducto 62

CAPUT III. Epitaphia Christiana dogmata significantia 67

Art. I..... Deus unus 67
Art. II..... Deus Christus 69
Art. III.... Deus Spiritus Sanctus 74
Art. IV.... Deus Pater et Filius. 76
Art. V..... Deus Pater et Filius et Spiritus Sanctus. . . 81
Art. VI.... Angeli 84
Art. VII.. Anima. Eius in epitaphiis vocabula et figurae. 89
Art. VIII. Animae post mortem destinatio. Orationes pro defunctis 93

Art. IX.... Utrum sancti iam aeterna in Deo beatitudine gaudeant . . . . . p. 120
Art. X..... Universale iudicium – Christi adventus . . . 140
Art. XI.... De peccato originali, deque eius propagatione et effectibus 149
Art. XII.. Inscriptiones baptismi et confirmationis sacramenta significantes 154
Art. XIII. Epitaphia Eucharistiam significantia 168

Caput IV. Hierarchia 175

Art. I..... Inscriptiones papales. 175
Art. II..... Episcopi 180
Art. III.... Presbyteri 186
Art. IV.... Archidiaconus et diaconus. 189
Art. V..... Subdiaconus 194
Art. VI.... Acolythi. 196
Art. VII.. Lectores. 198
Art. VIII. Exorcistae 203
Art. IX.... Ostiarii et fossores 205
Art. X..... Diaconissae seu viduae. 209
Art. XI.... Virgines 213

Caput V. De epitaphiis cognationem et familiam respicientibus . 225

Art. I..... Inscriptionum cognatos designantium indoles. De Christianorum coniugio quidquam apud epitaphia 225
Art. II..... De servis, de libertis, de alumnis 230
Art. III.... De Chistianis nobilibus. 237
Art. IV.... De artificibus 246
Art. V..... Epitaphia dictionis singularis. 253

Caput VI. Inscriptiones sacrae 281

Caput VII. Damasiana carmina. 293

Index topographicus 319

Caput VIII. Inscriptiones quae Italice dicuntur «graffiti» . . . 323

Art. I..... Harum inscriptionum indoles et exempla . . 323
Art. II..... Huiuscemodi inscriptionum lectio 333

Caput IX. De operum doliarium sigillis. 339

Art. I..... Criteria chronologica 339

ERRATA CORRIGE

Pag.	3,	*lin.*	22:	post eas	*Pag.*	107,	*lin. ult.:* petebatur
»	51,	»	24:	quibusnam	»	161,	» 22: eloquentissimas
»	53,	»	23:	εὐλαβ(ης)	»	169,	» 10: pagina 114
»	62,	»	13:	dignam	»	209,	» 8: quidem
»	70,	»	19:		»	211,	» 16: ϑυγάτHP
					»	217,	» ult.: cernerentur
					»	245,	» 6: civilis iuris.

EN ΘΕΩ